Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

723. Gasparis Sagittarii. Historia Imperatorum... Deum et Principium S. Rom. Germanici Imperii (XVII w.).

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бав 723

99. No. 723 VIII B 80

Ex Libris Bibliotheca
Valentini Wolski
Constat Vm k. l. a. 3.

7. 5x ni-agl.

DNI CASPARIS SAGITTARII

SS. Theologiæ D. et in illustri Salana Historiarum Professoris Publici

HISTORIA IMPERATORVM ELECTORVM DVCVM & PRINCIPVM SACRI ROMANO-GERMANICI IMPERII

Jena in Collegiis privatis

professus

calamo expressa

Henrico Hardovico de Rhem

CAPUT I.

DE IMPERATORE VIII ROMANO GERMANICO.

§. 1. Gravissima inter eruditos agitatur Controversia an hodiernum, quod præcæteris Europæ Regnis, præcipuè in Germaniâ effulget, antiquum illud Romanum sit Imperium, adeoque Summo Germanorum capiti ex re et vero Romani Imperatoris nomen tribuatur? Et diu sanè id pro liquè fuit creditum, ut etiam contraria Sententia passim pro hæretica, seditiosa et Statui præsenti infesta haberetur. At verò postquam viri quidam celebres et historias tam Romanas quam Germanicas egregiè doctissimi in hoc argumentum cœperunt inquirere, tantum abest, ut antiquæ et vulgatæ inhæserint Opinioni, ut contra eandem gravibus gravibus rationibus pugnantes, Germanicum nostrum Imperium nequaquam actu pro Romano habendum esse asseruerint.

§. 2. Quoniam igitur hoc ipsum non nisi beneficio Historiarum definiri potest, illis ad finem excussis, an et quomodo ad Germanos nostros pervenerit, crevrit, ac imminutum quoque fuerit Imperium sincerè dispiciemus.

§. 3. Urbem Romanam à principio Reges habuisse; pulso Tarquinio, libertatem et Duumviralem Consulatum coepisse, extincta Pompeji potentia Cajum Jul. Cæsarem supra Consulare Imperium valuisse; eodem in Curiâ occiso,

4. Lepidi atq; Antonii armis Octavio Augusto cessisse
Deinceps callidissimum Tiberium, truculentum Ca-
ligulam, stolidum Claudium, sanguinolentum Nero-
nem Romanum imperium [illegible] et nactum.

§. 4. Extincto Nerone unico eorum, qui ab Au-
sto [illegible] genus, Galba, Otho & Vitellius
unico Imperium degustarunt, citius, quam sanguino-
Flaviae Genti Ianuam aperuerunt, ex quibus
Vespasianus et filii duo, Titus ac Domitianus;
alter delicium Generis humani, alter hominibus aque
ac muscis infestus, ab anno primi à nato Chri-
culi nono et sexagesimo in quintum et nonagesimum in-
serantes, optimo Seni ac Senatori Coccejo Nervae
locum fecerunt: qui Trajani Principis, si praganam im-
pietatem excipias, optimi adoptione immortalem sib
gloriam et summam Romanis rebus felicitatem peperit.

§. 5. Et sub Trajano quidem Romani Imperii
latissimè statuerunt: qui sub Hadriano, varii ingenii Princi-
pe, tres Asiae Provincias dimittente, imminuti; nec sub
Antonino Pio et Philosopho, Palladiis potius quam
Bellonae disciplinis efflorescentibus, prolati sunt. Nec
incommodus ille Commodus, Patre Philosopho indignissi-
mo, ut et per decennium aetatem non nisi in quartam Mensem regnaret
Helvius Pertinax; ac Imperium malè quaesitum malè ser-
vans Didius Julianus ad summam rei quicquam memora-
bile gesserunt.

§. 6. His melior, sed in Christianos durior Septimius

Severus

Severus in illa Persarum Regna et Clodius Albinus [illegible]
turbatam quam alteregit Romanum fecit [illegible]

§. 7. Iuo [illegible] Secular [illegible] Gete fratis
et [illegible] excusare
recentis, inter fecton[illegible] celeribus innotuit
Opilius Macrinus, [illegible] pecunia redi-
mere Heliogabalus alter Sardanapalus infamem potentie
[illegible] exitum obsignans, indignissimi fuerunt tanto fastigio.
Alexander Severus tamen Magni Alexandri æmulus, &
Christianus in gratiam Mammæ Matris non iniquus, toga pariter
[illegible] inclytis, optimis Imperatoribus annumerari meretur;
[illegible] num Romanum Imperium adversus Persas belligeravis
[illegible] tractarit, an servarit, inter Scriptores haud æque convenit.

§. 8. Maximino Thrace in illo Corporis robore effero Imperato-
re nondum triennio Tyrannidis exacto; Gordiano item
Nepote Philippi Arabis Pseudo Christiani insidiis, ac Phi-
lippo itidem occisis; circa medium Seculi Decius rerum
potitus, altero Principatus anno furibundam in Christia-
nos animam in Paludis voragine mersus efflavit.
Hunc secuti Trebonianus Gallus, cum filio Volusiano,
Æmilianus, Licinius, Valerianus, Gallienus et
frater Valerianus Junior miserè item furierunt,
XXX Tyrannis Imperium Romanum miserè dilaniandi
ansam interea exhibentes.

§. 10. At nisi M. Aurelius Claudius intra biennii
Imperii, fuste correptus vita excessisset, Trebellii Pollio-
nis Judicio, Scipiones et Camilles superasset. Aure-
lianus quoq; Gothorum & Marcomannorum victor salutu
restituisset, nisi dolo Scribæ acerbum vitæ finem inveni-
set. Claudius quoq; Tacitus, Historiarum Tacibi
servatorq; licet in sobrietate militari sexto mense

[illegible] Cui imperat Florianus [illegible] rium ar[illegible] est: [illegible] à Militibus [illegible] Pannonia tru[illegible]

§. 11. M. Aurelius Carus, Militibus charissi[illegible] quam filios Carinum & Numerianum Cæsares re[illegible] verat, in Parthia fulmine examinatus reperiebatur, [illegible] rianus ab Aspro Socero cæsus Diocletianum habuit [illegible]. Carinus ejus præcipuè Tribuni dextrâ, cujus Conjuge[illegible] luisse dicebatur, interfectus, Diocletianum illu[illegible] cepit Successorem, sed qui memorabili exemplo, [illegible] indignatione crescentis per Supplicia Christia[illegible] cum Maximiano Collegâ fasces Imperii deposuit anno 304 ac tandem epoto veneno decessit.

§. 12. Seculo IV. Constantius Chlorus filius Diocletiani adoptivus, et Gener Maximiniani favore in Christianos floruit: ejusdem verò Collegâ Galerius Maximinus à Maximiano adoptatus, ut et Valerius Licinius acerbissimo in eosdem flagrarunt odio. Hinc CONSTANTINUS I. Christianis Sacris ex animo addictus Imperator, ob illustria facta Magni nomen adeptus, majorem à Posteritate meruisset laudem nisi Sedem Imperii Constantinopolin transferens, eoq; Semina divisionis sparsens, ut et Provincias Romanas militari præsidio denudans, tantum Reip. damnum inflixisset, quantum Christianis emolumentum peperit.

§. 13. Triga igitur filiorum Constantini in divisa à Patre Imperio fraterna [illegible] secum Collega[illegible] sceptra sævire coegit Dicenn. & Constantino quidem a Militibus Constantii, Constante [illegible] Magnentii dolo interemtis, Constantius [illegible] infectus, per Orientem solus rerum potitus, Magnentium Galliæ Tyrannum devicit. Sed cum contra Julianum pararet, & concitus fertur ad pugnam, in Mopsi viculo moriens, magno dolore hosti reliquit Imperium.

§. 14. Atq' hic Julianus egregiis annumerandus esset Cæsaribus, nisi animi fortitudinem ac præclaram eruditionem defectione à religione Christianâ ejusdemq' infectatione turpiter foedasset. Ejusdem Successor Jovianus, Christianorum Patronus, gustatis tantum Imperialibus bonis, fœtore prunarum suffocatus interiit.

§. 15. Valentinianus I. Alemannos, Quados & Saxones Romanis finibus imminentes difficulter arcuit, annoq' regiminis duodecimo inultam patriam relinquens, vomitu sanguinis interiit. Hujus frater et Collega Valens, Gothico bello victus in Thracia, eundem locum habuit et mortis et sepulchri.

§. 16. Valentiniano nati Gratianus & Valentinianus II Imperium inter se partiti sunt, ac ille quidem assumto in Societatem Theodosio, ab exercitu suo in Gallia proditus et ab obvijs urbibus non receptus, ludibrio fuit maximo hosti, cruentæq' manus vestigia Lugdunenses parietes ostentarunt. Hic verò adolescente ætate post fugam, post exilia, post recuperatum multo sanguine Imperium, haud procul Urbe fraterna

[illegible] et [illegible] fraude [illegible]

§. 17. Ad Theodosium, [illegible] forte ducens ge-
nus, [illegible] tatur vulgo, [illegible] Imperii inter [illegible] Honorium & Arcadium (quorum
ille pur Occidente primo sub Stiliconis, perfidi [illegible] merito suo demum occisi; hic pur Orientem, sub Rufino
pessimi Eunuchi, Gothos adversus Principem evocantis, ac
ob id à militibus trucidati, tutela regnarique) irreparabile damno
majestatem Romanam utcunq; hactenus servatam affecit.

§. 18. Quam sollicitus de Româ suâ fuerit Honorius, liquido
exco patet, quod Urbe ab Alarico Gothorum Rege capta, solitæ
gallinæ, cui Romæ erat nomen, quam ipsius Urbis jacturam dux
rit. Non melior fortuna Valentiniano III. cujus Imperium multi-
plici clade, ac infaustis rerum mutationibus infame fuit. Nam
flagellum illud Dei, quo tremendo elogio superbiebat Attila, fu-
minis instar varias terras perrumpebat vastabatq; et Franci
non sine majore felicitatis omine, sub Merovæo, à quo Merovingica
Francorum familia descendit, in Galliâ fixerunt sedem.

§. 19. Post Valentinianum exiguæ potestatis et potentiæ Im-
peratores Romanos (modo tantum nomen mereruntur) numera-
mus Anicium Maximum, Flavium Avitum, Majorianum,
Severum, Anthemium, & hoc à Socero Ricimere victo et ne-
cato, Olybrium, Glycerium, Julium Nepotem ab Oreste Patri-
cio Imperio exutum.

§. 20. Confessum [illegible] est veritatis; Odoacrum Herulorum
Regem ex Rugiâ Insula oriundum, postquam Orestem Pa-

centia

[illegible] Augustulum
Imperatorio solio, cuius [illegible] sub protectione
tem quam [illegible] se ipsum
vero Regem Italiæ nuncupasset [illegible] ejus victor Fla-
vero Odoacer Ostrogothus, et hujus [illegible] per 77. annos
dominatus, adeoq; Seculi V. anno 76 Romanum Imperium
in Occidente finiuit: siquidem Majestas Italica à Romanis
ad Gothos devoluta ac Imperatoria dignitas atq; inaugura-
tio penitus extincta est.

§. 21. Quamvis autem Seculi VI. anno 54 Justiniani Im-
peratoris Dux bellicus Narses, Corpore quidem Eunuchus, sed
animo verè masculo actelli Sacris artibus inclytus, ex quo octa-
vum eundemq; ultimum Gothorum in Italia Regem Tejam prælio
victum obtruncaverat, Italiam postliminio, ditioni Imperii O-
rientalis restituit; non tamen per has oras singulare Regnum
ac Imperium coepit stabilerii, sed universa Italia una cum ipsa
Roma Provincia Imperii Orientis redacta, adeoq; Imperii
Romani per Occidentem interitus satis superq; confirmatq; fuit.

§. 22. Bene igitur hactenus res Italiæ administraverat Narses,
sed cum Sophia Justini II. uxor ad colum et pensa revocaret Virum
gloriosissimum, Longino Patricio, qui primus Ravennæ Exarchus
appellabatur, in locum ejus submisso, Narses contumeliæ ingati-
ens, Longobardos ex Pannonia in Italiam evocando, verè talem est
exorsus telam, quam nulla Penelope nec quicquid usquam Sophiarum
valuit retexere.

§. 23. Seculi enim VI anno 67. Alboinus Longobardorum Rex, à
multis Saxonum ac Thuringorum adjutus, Galliam Cisalpinam

(quæ exinde Longobardia, ac postea corrupto voce Lombardia voca-
ri cœpit) primo impetu occupavit, non brevi spatio Italiam in suam
redegit potestatem, sic ut longe plurimas Orientis spoliis Exarchatum
sive Præfecturam Ravennæ nihil minores reddidit.

§ 24. Atq; hic in [illegible] Longobardis, qui sexto anno 752 in Re-
gem Italiæ formam [illegible] regni Longobardici, cujus
viginti enumeravit Reges eorundem, penultimus Aistolphus
medio Seculo octavo Ravennâ primum ac postea Roma potitus,
Exarchatum illum Orientalium Imperatorum delevit, post quem
paulo ultra sesqui Seculum duraverat.

§ 25. Aistulpho hoc regnante Romanus Papa erat Stepha-
nus III. qui frustrà Constantini V. Copronymi, Orientalis Impe-
ratoris opem implorans, ad Pipini Francorum Regis auxilium con-
fugit. Pipinus memor artium Papalium, quibus corona Francica
Childerico erepta suo capiti imposita, progressus in Italiam, Aistul-
phum ad petendam pacem dandosq; obsides adegit, sed cum hic denuo
tumultuaretur, iterumq; contendens in Italiam Pipinus, Aistulphum
cogit relinquere Ravennam aliasq; Urbes Italiæ, quas partim Pontifex
partim tenuerant Exarchi, eademq; Pontifici Romano, frustra con-
tradicente Constantino, donat. Ac exinde repetenda est Origo Pa-
trimonii, quod vulgo Sancti Petri vocatur.

§. 26. Aistulpho apoplexia in venatione, et improli [illegible]lem,
extincto, Successor ejus Desiderius, contra fidem Pipino datam,
occupavit Ravennam et alia vicina oppida. Quapropter CA-
ROLVS, qui Patri in Regno Francorum successerat, Hadriani Pon-
tificis precibus concedens anno 774 movit in Italiam, et Desi-
derium victum Longobardico Regno exuens, Exarchatum
Ravennatensem, et quicquid Pipinus Pater Pontifici donarat,
in ejusdem manus resignavit. Regnum verò Longobardi
cum sibi asseruit, Desiderio cum uxore et filia captivis secum
in Franciam abductis: cujus filius Adalgisus Italia pulsus, ac
cum postea Græcorum ope restitutum veniret Regnum, interfectus
est.

§. 27. Hic

§ 27. Hic igitur est exitus [illegible] Regni quidem, utpote ad Francos translati, sed Regum Francicæ Monarchiæ, qui integris duobus Seculis per Italiam regnantes maximo vicinis fuere formidini.

§ 28. Post illa cum [illegible] Pippini Caroliniq; donationem in Romana sede et territorio Romæ vicino confirmati recordarentur, Caput quondam Orbis mundiq; dominam fuisse Romam, Romanosq; Imperatores præ reliquis Regibus summâ gavisos dignitate, CAROLO Magno redintegrandi cujusdam loco Imperatoris Romani titulo sibi eum obtrudere voluerunt. Cum enim Carolus anno 800. ad componendas res Romanas civiles, et reparandum Ecclesiæ statum Romam venisset, à Leone III. Pontifice, consentiente et applaudente Populo, Imperator Romanus et Augustus renunciatus fuit.

§ 29. Renunciatus inquam à Pontifice, unctus et coronatus fuit Carolus, nequaquam verò à Papa factus Imperator. Nam ad ipsum Imperii vestigium solo belli Jure evectus, Pontificiam consecrationem parvi faciendis et tantum non detrectans, affirmare solitus est: Si Pontificis consilium præscire potuisset, minimè se eo die Ecclesiam intraturum.

§ 30. Nimirum prævidebat Carolus, hoc pacto ad defensionem Romani Papæ magis se obligatum, quàm titularis illa dignitas sibi foret proficua; Et sanè si rem penitius introspicimus, hoc unicè spectasse videntur Pontifices, quomodo nomine Imperii ad alios translato, ipsi interim in summo Romanæ Sedis solio sedentes

occasionem [illegible] per [illegible] Reges ac [illegible] quo minùs [illegible] storum Historiæ [illegible] satis superq́ [illegible] calamitosæ experientia.

§ 31. Quando quidem igitur CAROLVS Magnus [illegible] Germaniæ partem idolorum cultui addictam et Sacramentum imprimis partim armis domuisset, partim pacto sibi conjunxisset, non minus Germanorum Rex, quam Imperator Romanus, Rex Francorum ut et Longobardorum Rex erat audiebatq́ et ab aliis Regibus pro summo quodam Orbis Monarcha habebatur. Jam ipsam Irenen Leonis IV. Constantinopolitani Imperatoris viduam (cujus Matrimonium, et in eo conjunctionem Occidentis et Orientis haud obscurè ambiebat Carolus) per Legatos suos omni Jure, quod in Urbem Romam & Imperium Occidentale adhuc vel habebat, vel habere putabat, renunciando in Carolum transmisisse ferunt. Ac porrò per cartam inter Carolum & Nicephorum Irenes Successorem de Finibus pacta, non nisi exigua Italiæ portio Beneventanus Siciliæ Ducatus, et Calabria ultima cum Sicilia Insula in potestate ac patrocinio Orientis Imperatorum manserunt, ut adeo Provinciarum Romanarum Imperiiq́ Romani reliquias ac dignitatem Imperatoriam justissimo Carolus possideret titulo.

§. 32

§. 32. Nec verò hoc Imperatorium [illegible] titulorum vanum plane credamus ac inanem. Quin ipse hic ipsum Summam potestatem in Romam, Exarchatum Ravennæ ac Civitates eo pertinentes, extra Regni Longobardici fines positas, ut & in Personas ecclesiasticas et Civiles ac in ipsum Papam Romanum eidem competisse certum est.

§. 33. Non igitur hic moremur [illegible] Pontificiæ Monarchiam & Vicedeatum Papalem defendentes, quando quidem, Sigeberto teste, jam tum anno 773 in frequenti Synodo Romana, præsentibus 153. Episcopis et Abbatibus, communi consilio Jus eligendi Pontificem et ordinandi Sedem, ut vocatur, Apostolicam, investiendi item Episcopos Carolo delatum est. Ipsa Sigeberti verba ita habent: Carolus iterum Romam rediit, Synodum constituit cum Hadriano Papa aliisq; 153 religiosis Episcopis et Abbatibus, in qua Adrianus Papa cum universali Synodo dedit ei Jus eligendi Pontificem et ordinandi Apostolicam Sedem, dignitatem quoq; Principatus: insuper Archi Episcopos & Episcopos per singulas Provincias ab eo Investituram accipere definivit, et ut nisi à Rege laudetur et investiatur Episcopus, à nemine consecretur, omnes huic decreto rebelles anathematizavit. Quod autem Bellarminus, Baronius & Gretzerus in gratiam Impetratoris hoc privilegium à Monacho Gemblacensi confictum scribunt, causæ suæ potius quàm veritati inserviunt. Præterea Anastasius Bibliothecarius testatur, Adrianum in Synodo anni 785. ex totius Concilii consensu jus eligendi Pontificem Carolo M. dedisse. Quam in rem videatur Conringius libro de Germanorum Imperio Romano Cap. 6. ubi de Jure Patritiatus Romani Carolino egregiè disputat.

§. 34. Hæc tamen absoluta potestas Imperatoria tantum in Provinciis Romanis habebat locum. Nam in Francia Carolo

non ut Romanus Imperator, sed ut Rex Francorum secundum Leges et consuetudines Francicas in Longobardico Regno, ac ejus consuetudinem illius Regni in eum normam, paulo tamen strictè ut victor regnabat. Singulis Germaniæ non regebat Carolus nomine Imperii, sed ut singulares quidam Germaniæ Reges non illimitatâ sed ad leges et consuetudines Germanorum quatenus restrictâ potestate: quod antiqua et radicata Germanorum, maximè Saxonum, ut volunt, libertas absolutum non ferret Imperium.

§. 35. Discrimen illud Regnorum tempore Carolino bene observavit magnus ille Grotius de Jure Belli ac Pacis lib. II. cap. 9. his verbis: Carolus M. ejusq; Successores Jus Imperii, quod habebant in Francos, ut et in Longobardos à Jure Imperii in Romanos, ut nova ex causa quæsito, sollicitè distinxerunt.

§ 36. Ex his itaq; evidenter satis apparet, Germaniam nostram nequaquam esse Romanum illud Imperium, sed singulare, speciale ac à Romano distinctum Regnum, quodq; diverso etiam ac Romanum istud modo administratum fuit: rem tamen partim et eminentiam Romanam jure per Carolum M. sibi vindicavit, hactenus civili magis possessione retinens. Quod Sequentium temporum Historia dabit clarius.

§ 37. Enim verò à morte Caroli M. quæ in Seculi noni annum 14 incidit, ut et ab excessu filii Ludovici nimium in monasteria pii, sed per immorigeros liberos, qui imperium habere quàm exspectare malebant, infelicissimi; omnes Provinciæ regna Carolina, post intestinum gravissimumq; bellum inter Ludovici tres filios distributa sunt.

§. 38. Maximus natu LOTHARIVS una cum Titulo et dignitate imperatoria urbem Romam totamq; propè Italiam, tam Romanam, quàm Longobardicam, ac præterea Provincias Germanicas à Mosella ad Rhenum (quæ hactenus Austra-

sia

[illegible] habuerant, [illegible] accipiebat. Ludovico eam Pannonia regio cum [illegible] Germania, et trans Rhenum proxima urbs nobilis Civitate Moguntia, Wormatia, Spira, cum adjacentibus Pagis, sub nomine Orientalis Francorum Regni, quod ipsissimum est Germaniæ Regni, cedebat. Carolo autem Occidentalis Provinciæ omnes, à Britannico Oceano usq; ad Mosam fluvium, quod Occidentale Francorum dicebatur Regnum, cum Gallicano adtributæ.

§39. Unde clarius est tria distincta Regna, Romanum scilicet, quod licet angustis circumscriberetur limitibus, Imperii titulo ex veteri more novoq; Pontificum commento, Senatus Populiq; Romani consensu confirmato, gaudebat; Germanicum simili et Gallicanum sub diversis tribus fuisse Dominis: quorum nemo alterius Legibus subjectus, sed summa quisq; potestate per Provincias subditas gavisus est.

§40. Lotharium, Ludovici Pii filium Romanas Provincias cum titulo Cæsareo, simul etiam Regnum Longobardicum, à Romano tamen Imperio distinctum, nec nisi ex accidenti nunc conjunctum, ut et quasdam Provincias Germanicas habuisse diximus.

§41. Huic Cæsari Lothario filii erant tres, Ludovicus, Carolus, Lotharius. Hiq; ex more ævi totidem in Regna tertia pars Francici Imperii divisa est. Ludovico Italia cum Imperatoria dignitate; Carolo Provincia sive Gallia Narbonensis, & ut alii addunt, Burgundiæ minoris nonnulla; Lothario quicquid reliquum fuit patriæ hæreditatis trans Alpes (quod sive à Patre, sive ab Avo Lothario

16. Regnum Lotharii sine Lotharingiæ dictum, cujus multa portio antiquum Lotharii nomen retinuit) obtigerunt.

§. 42. Carolo anno 864 mortuo, Ludovicum Imperator Galliam Carolinam; Lotharius Lotharingiæ Rex Burgundica fratris hereditarie jura acceperunt.

§. 43. Hic Lotharius Lotharii Cæsaris filius anno 869. mortalitatem exposuit. Hujus Regnum Lotharingicum cum occupare niteretur Carolus Calvus Gallicanus, repulsus est à fratre Ludovico Germaniæ Rege. Anno tamen 870 inter duos fratres illos, cum adhuc viveret proximus hæres Ludovicus Imperator, duas in partes Regnum Lotharingiæ divisum est. Quid tum factum fuerit Germanicci, quid Gallici Juris distinctè docuit Conringius de Finib. Imperii Cap. 7.

§. 44 Ab Ludovico II. Imperatore post laudatos fratres Carolum et Lotharium sine liberis anno 875. defuncto, si non unicus, saltim primarius omnium Ludovici Provinciarum, ac dignitatis ac tituli Imperatorii hæres erat Patruus major natu Ludovicus Rex Germaniæ. Sed Carolus Calvus Italiam cum Cæsarea dignitate majori fratri per summam erexit injuriam, ac à Johanne VIII. Papa Romæ coronatur.

§. 45. Illegitimè igitur grassatus est ad Solium Imperatorium Calvus ille Carolus, quod insinuare videntur temporum illorum Scriptores, quando Calvum Papæ & Romanis magna dedisse munera, adeoq; largitione Jus perfregisse testantur. Intoleranda verò hæc Johannis Papæ

fuit

simil praesumtio, cujus profecto non erat in legitimo & proximo haerede in remotiorem tunc pene Imperii Romani Provincias ac titulum Imperatorium. Et tamen Pontificis Romanorum Civium exemplum secuti Optimates Italiae eundem Calvum jam Augusti fulgenten titulo Regem suum elegerunt.

§. 46. Ita tum Germaniae Reges privati sunt successione et simul injusta hac Caroli invasione Caesarea Regiaq; Jura, tum aliàs magnam jacturam fecerunt; tum quae ante hereditaria erant, ab arbitrio Populi Romani, ut de Procerum Italiae novo modo suspensa sunt.

§. 47. Praeterea Galliam Narbonensem injustè occupavit Carolus, sed ita, ut vanâ ductus ambitione novum ibi Regnum conderet, Bosoni Judithae Uxoris fratri commissum, quod deinceps à Regia Sede primaria Arelatense coepit appellare. Hujus Regni Historiam in Praefatione Gervasii Tilberiensis eruditè nuper exposuit clarissimus Maderus, et nos quoq; in hac ipsa Scriptione ejusdem fortunas subindè memorabimus.

§. 48. Neq; tamen aequo animo tulerunt hanc injuriam Ludovicus Germanicus Pater & filii ejus Carolomannus, Ludovicus & Carolus; Quamquam, si Constitutionem Gallicani Regni excipias, vivo Parente nemini promotum sit.

§. 49. Sed post obitum Ludovici Patris septuagesimum agens septuagesimum, postquam per septem lustra Regno Germaniae summa cum laude praefuerat, in Palatio Francofurtensi An. 876. decessit, cum filium ejus Ludovicum contra datam fidem aggrederetur Calvus patruus, ad Andernacum victus fugâ

salutem [illegible] Nec multum per Italiam sonitus
qua Carolomanni celeritatem & felicitatem fugiens
no à Medico Judæo Zedechia subministrato extinctus est a
no 877. adeo ut [illegible] scribit Regino, Imperatoris nomen, q
" à Præsule sedis Apostolicæ Solarium ingenti pretio emerat, Re-
" gnum q' Italiæ magis in transeundo vitiis, quam fruendo
" potitus est. Cadaver exanime cum in Franciam deporta-
taretur intolerabili fœtore prohibiti Vercellis sepelirent
aulici: undè septennio elapso refossum Parisias in Mona-
sterium S. Dyonysii translatum est, ubi hodieq' ejus Epita-
phium superat, quod sic orditur:

Imperio Carolus Calvus Regnoq' potitus
Gallorum jacet hic sub brevitate situs.

§. 50 Nomen tum quidem Imperatorium à Johanne
VII. Papa; sed in Gallia accepit Calvi filius Ludovicus
Balbus: verùm quia nec Romam, nec cætera Italiæ, quæ
in Carolomanni, titulis tamen Imperatorii abstinentis,
erant manibus, unquam est adeptus à nonnullis Scriptori-
bus ex Fastis Imperatorum expungitur. Neq' post illum
Reges Franciæ Occidentalis quicquam Juris sive in Regno
Italiæ, sive in Romani veteris Imperii reliquias Italicas
Franciæ Regno asseruerunt. Quamobrem argumenta Auberiana
quibus ante paucos annos prætensiones in Imperium Galliæ Regi
coeperunt vindicari, risum potius quam refutationem merentur.

§. 51. Cæterum ut ad Ludovici Germanici trigam filiorum
Carolomannum, Ludovicum & Carolum revertamur, memo-
ratu utiq' dignissimum est, quod Parentis Germaniæ Regnum in
tria Regna paris per omnia dignitatis, et quorum alteri in alteri

nihil

illud esset Juris, fuerit divisum. Etenim verò Carolomannus Bojoariam, Pannoniam & Carniolam, nec non Rusciniæ Sclavicas, Bojemicas & Moravicas; Ludovicus Orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam & Partem Regni Lotharingici; Carolus Alemanniam & Civitates illas trans Rhenum sitas, acceperunt.

§ 52. Statim verò post Carolomanni et Ludovici, qui legitimâ sobole caruerunt, obitum, tria hæc Germaniæ Regna in unum denuo coaluerunt Corpus: sub Carolo scilicet fratre tertio, qui ab obesitate ventris Crassus audit. Et verò exindè summo Germaniæ commodo, nulla Regni Germanici, quale illud Ludovicus Pii filius adeptus erat, divisio facta est. Nam etsi Eventi pololo, Arnulphi Cæsaris filio notho Lotharingia cum Regio totius tituli, quam potestate et dignitate Regia anno 896 cesserit; paucorum tamen etiam id annorum fuit: abhinc ita in Corpus Germanici Imperii ipsamet quoq; Lotharingia rediit.

§. 53. Nec tamen hic stetit, modo perpetua fuisset Caroli Crassi fortuna: sed præterea Carolomanno fratri anno 850. vita functo in omnium sui Italiam successit possessione, nomenq; Imperatorium impetravit. Imo post mortem Ludovici Balbi communi Procerum Francorum consensu Occidentalis Franciæ, hoc est Gallicanum Regnum, non tutorio nomine vel Procuratorio, sed summa potestate administravit.

§. 54. Excusſi verò ea ætate Reges Germaniæ Italici Regni Romanici Imperii possessione, id ipsa Paparum non levi culpa. Cum enim Carolus Crassus bello Normannico esset implicatus, eaq; occasione abusi Italiam lacerarent Saraceni, Hadrianus III. Pontifex libertati gloriæq; Italicæ favens, publico Edicto cavit, de moriente Rege Crasso sine filiis, Regnū Italicis

Principib

Principibus tam, quam titulo Imperii traderetur. Hoc modo etiam decretum in dubiis nec erando Pontifice Imperatoris autoritas exspectaretur. Ita auſi sunt Pontifices, (quæ verba sunt Gratiæ) Imperatores suos contemnere, dum Imperii virtus elanguerit.

§. 55. Quandoquidem igitur Carolus Crassus axino et corpore marcidus Germanis fieret despectui, ut Proceres non dubitarent Regno exuere, eidemq; Carinthiæ Ducem Arnulphū filium Carolomanni nothum suffiere; à Magnatibus Italiæ Guiclo Dux Spoletanorum, et post eum Berengarius Foro-Julienſis, Reges Italiæ declarantur. Quo facto Italia Francis erepta ad peregrinos devenit. Licet verò Berengarius et Formosus Papa Arnulpho Germaniæ nostræ Regi Regnum Italicum pariter ac Imperatoriam dignitatem, quo sè ac sua tuerentur ab injuria, tradiderint anno 888. quia tamen accepto per fraudem uxoris Guidonis veneno, languidus ex Italia in Germaniam reversus morbo pediculari obiit Arnulphus, Formosi decreta à Stephano VI. aliisq; Pontificibus sunt abolita, & Ludovico IV. Arnulphi filio & Successori à Pontifice in Italia oppositus est Ludovicus Boſonis filius: quem secuti sunt Rodulphus Rex Burgundiæ, Hugo, Lotharius, Berengarius II. cum Adelberto filio.

§. 56. Quam verò confusus hac tempestate fuerit Italiæ Status, liquidò ostendit Carolus Sigonius lib. VI. Historiarum de Regno Italiæ his verbis: Francos Reges Itali excepere. Hi summam sibi rerum haud malo consilio adsciscere nixi, intestinis factionum discordiis Italiam perturbarunt, ac seipsos prorsus una cum Ecclesia perdiderunt, ea tempora in Rempublicam inferentes, quibus nulla aliâ deteriora ac fœdiora fuisse, vel Principum negligentia, vel Populorum insania in tota Antiquitate reperiuntur.

§. 57. Interea Ludovicus Arnulphi Regis filius contracta obstinatiori cum Vngaris pugnam egressione, anno 912 decessit: ac in eo Germaniæ Reges ex masculâ Carolina stirpe descendentes defecerunt.

§. 58 Hujus Successor Conradus I. Franciæ Orientalis Dux, Vngarico & Saxonico bellis impeditus, Italiæ ac Cæsareæ dignitatis recuperandæ curam necessum habuit seponere.

§. 59. Porrò Conradi æmulus et Successor Henricus Aucupis, qui primus Saxonum genti Regiam Germaniæ dignitatem intulit, majorem muniendæ contra Vngaros Germaniæ, quam impetrandi nominis Imperatorii, ad quod à Papâ vocabatur, curam habuit, licet paulo ante obitum iter in Italiam ad capessendum Imperium animo volvisse reperiamus.

§. 60. Cæterum Magni Ottonis, qui Henrici Aucupis filius et Successor erat, auspiciis pristina felicitas Germaniæ Regno iterum obtigit. Hic namq; repressis æmulis cum exercitu in Italiam movens, Berengarium II. compescuit, eidemq; ad Sarnum flexo Regnum Italiæ in feudum commisit: quod factum Augustæ Vindelicorum anno 952. Sed Berengario ad vomitum reverso, denuo in Italiam facta expeditione, is quidem cum filio Adelberto in exilium conjectus est: Otto autem à Johanne XII. diadema nomenq; Cæsareum suscepit anno 962. Novus hic Imperator Jurejurando obstrinxit Romanos, ne unquam alium admitterent Imperatorem, quam qui à Germaniæ Proceribus esset electus, neq; alium eligerent Pontificem, quam qui Imperatori fuisset probatus, ut mox patebit.

22. §. 61. Magnum hunc Ottonem Romanæ Sedi donasse omnia gloriantur Pontificii, ejusq; donationis tabulas Baronius ad annum 961 produxit. Verum licet demum, tabulas illas (de quo non immerito dubites) genuinas esse ac sinceras, nequaquam tamen Provincia illa Cæsareo Imperio subducta sunt, quod demonstrant hæc verba: Salva in omnibus nostra dominatione, et illorum ad
21 nostram partem, et filii nostri subjectione. Quamobrem illud
21 territorium non aliter Juris Pontificii fuit factum, quam ista tempestate Ottonis dono passim omnibus pene Episcopis terrarum Principatus cedebant: eoq; tum quidem temporis intra Imperii Cæsarei limites omne Papatum Patrimonium, ut ut opimum valde, remansit. Quæ enim donantur Ecclesiæ, censentur donata, ut Jus Regium servetur donanti, maxime si superior sit in Republica.

§. 62. Præterea Ottoni nostro ejusq; Successoribus per novum cum Leone VIII. pactum anno 964 initum, et in ejusdem Decretum Gratiani relatum circa Papatum omnium Episcoporum per universam Italiam electionem magna vis cessit et auctoritas: cujus vigore Johannes XIII. Gregorius V. Sylvester II. sola Imperatorum auctoritate Pontificiæ sedi sunt impositi. Nec id tantum, sed et per eandem constitutionem Ottoni ejusq; Successoribus facultas et Jus æternum Successorem sibi in Imperio deligendi attributi. Recitabimus ipsa Decreti verba, quæ habentur
21 Distinct. 63. Capit. 23: Ad Exemplum B. Hadriani Apostolicæ
21 Sedis Antistitis qui Domino Carolo victoriosissimo Regi
21 Francorum et Longobardorum Patriciatus Dignitatem ac ordi-
21 nationem Apostolicæ Sedis, et investituram Episcoporum
21 concessit: Ego quoq; Leo Episcopus, Servus servorum Dei,

cum tot

cum toto Clero ac Romano Populo constituimus & confirmamus, et corroboramus, et jure nostram Apostolicam auctoritatem concedimus atq; largimur Domino Ottoni I. Regi Teutonicorum, ejusq; Successoribus hujus Regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi Successorem, atq; Summum Sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, et per hæc Archi Episcopos & Episcopos, ut ipsi ab eo investituram accipiant et consecrationem, unde debent &c. Ita explicavit Conringius de German. Imperio Romano cap. 9.

§. 63. Quid de eo dicam, quod magnus noster Otto totam Chersonesum Cimbricam sive Jutiam ad ditionem Imperii Germanici redegerit? Bojemos sub jugum Germanicum miserit? Ungaros Germaniæ infestos fregerit? Polonos imperata facere jusserit? Quæ quidem omnia clarissimè demonstrant, sub hoc Ottone in summum felicitatis culmen evectum esse Regnum Germanicum.

§. 64. Mansit ille rerum Status sub Ottone II. qui Patre vivo videlicet coronatus Romæ: nisi quod Cæsar superbiam Italicorum Procerum, quæ saverè tamen castigata, senserit.

§. 65. Idem Otto Lotharium Francia Regem, Lotharingiæ in hanc jure jurando obstrinxit, ut ipse nostris intactam relinquerent hanc ipsam Regni Germanici Provinciam.

§. 66. Ottonis Magni Nepos Otto III. à Gregorio V. Romæ consecratus vel ob id singulariter commemorandus est, quod Papæ territorium intra angustiores limites

revocaverit, prælatis illis dotationibus, ut vitio factis, & nullis remotis: ut ex consilio ipsius met Sylvestri II. Papæ.

§. 67. Qui Ottoni III. anno 1002 sequi secum fecerat Henricus II. Bojariæ Dux, ob sanctimoniam, quam fecerat, conjugalem Sancti nomen meritus, Ardoino Eporediensi Marchioni, qui se in Italia Regem fecerat, omni potestate exuto regnum servavit Italiæ, coronatus ab Arnulpho Mediolanensi Archi Episcopo Anno 1013. ac sequenti anno Imperatoris Romani insignia à Benedicto Papa accepit, beneficia ab antecessoribus Romanæ sedi concessa firmans. Tabulas hujus confirmationis refert Baronius, sed cum nulla sit addita temporis nota, aliisque laborent nævis, facilè appareat autographa in Vaticano desiderari, apographa verò fluxæ esse fidei.

§. 68. Sub hoc Henrico Normanni Sedem acceperunt in Italia, quæ res ita se habet. Tenebat adhuc Imperator Orientis ultimas Italiæ Provincias Apuliam & Calabriam, eas que sæviore, quam antea, imperio gubernabat. Hanc tyrannidem cum Apuli et præcipuè Barenses ferre non possent, consilium deponendi coeperunt, autore Melo quodam, summæ inter ipsos nobilitatis ac potentiæ Viro, et facto Equite fortissimo. Meli conatus juvit Gisselbertus, ob eadem Guilielmi ex Normannia cum fratribus aliisque popularibus profugus. At verò licet Græcis infeliciter aliquoties præliantibus Oppida erigerentur non pauca, quarto tamen anno Cannas prælio insidiis sigeratus exercitum & Oppida universa amisit Melus. Itaque Normannis, qui prælio superfuerant, partim Pandulpho Capuano, partim Guaimario

Salern

Salernitano Principi commendabis, ipsum ad incitandum contra Græcos Henricum in Germaniam profectum. Quod autem Henricus novæ Bambergensi Episcopatui exornando vehementer intentus Italiæ interim sepponeret, Melus victorum compos non est factus. Postquam vero Pandulphus Capuæ Princeps ad Græcos defecerat, Paltus etiam à Bubagano Cataspano (Magistratus id græci in Italia nomen) captus, parricidarum more culeo insutus ac in mare fuerat præcipitatus; his adversis exterritus Melus denuo se recepit in Germaniam: verum in itinere morbo confectus expiravit.

§ 19. Henricus ne per has, ut et quasdam in Longobardia turbas universam sensim amitteret Italiam, expeditione suscepta occupatâq; Capuâ, Pandulphum in deditionem accipit, Urbesq; deinceps plures expugnans, Italiam ab externis hostibus et intestinis motibus pro tempore liberat. Sed dum Normannis sedem in Apulia concedit, Italiæ quieti in futurum male consulit. Scio equidem Wippronem Presbyterum, qui vitam Conradi II. scripsit, licentiam habitandi in Italia, Normannis à Conrado suo concessam affirmare: at dum Hermannum Contractum et Bertholdum Constantiensem gravissimos Autores sequimur, Conradum potius Henrici antecessoris factum auctoritate sua confirmasse opinamur. Quomodo autem Apulia de Græcorum potestate, imperioq; subtracta in Normannorum manus venerit, ex recentioribus bona fide tradit Sigonius de Regno Ital lib. 7. Inter cæteros inter Normannos illustres fuerunt Guilielmus, Robertus & Rogerius, Guiscardi

fratres

fratres germani, à quibus clara post Ducum et Regum Ver
mannorum in ulteriori Italia progenies propagata est.

§ 70. Sequitur in serie Germanicorum Regum Conradus
ex Wormatiâ Ducibus, et quod ab antiquis Francis Sale accoly
oriundus, Salicus fortasse dictus, ab Henrico II. qui anno 1024
obiit designatus, et à Principibus Germaniæ coronatus, ao 1026
Longobardicam Coronam Mediolani, Imperatoriam anno sequen
ti accepit Romæ, ibidemq; Gisela uxor Conradi Imperatricis
consecrationem & nomen (quæ sunt Wipponis verba) accepit.

§ 71. Conradi temporibus Rex Burgundiæ erat Rudolphus
III. Hic cum pactis cum Henrico II. cui legaverat Regnum, sta
re detrectavit, Conradus Basileam ad Regnum Arelatense tum
pertinentem occupat; Sed mox intercedente Gisela tales compo
nuntur, successionis Jure Conrado per Rudolphum confirmato
quod etiam à morte Rudolphi, quæ contigit anno 1032 inspe
travit, nec quicquam turbas dante Ottone Comite Campani.
Quamobrem Regnum illud Burgundicum, cujus fundamenta
jecit Carolus Calvus in clientelam Germaniæ Regum hac
tempestate rediit, postquam ab obtentu Caroli Crassi per
annos ultra 130 singularibus Regibus paruerat

§ 72. Nihil ergo Juris in Regnum illud Burgundicum re
manſit amplius Francorum Regibus, sed citra omnem con
troversiam accessit Regno Germaniæ: eoq; amplissimè
promoti fines Imperii Germanici, ab Ursa Scaticatin Helvetiis
et Rheni ripa, ac Jura monte, ad Rhodanum usq; Mare Me
diterraneum & Alpes, ita ut Lugdunum etiam, Valentia, Vienna
Avenio, Arelate, Massilia aliæq; præclaræ Urbes in ditionem
Germanici Imperii pervenerint.

§. 73 Augustum sic ab aucto insigniter Imperio non immuta
vocaremus Conradum, nisi diminutioni ejus ad Septentrio

nem

rem causam dedisset. Canutus hoc tempore non sur Danicam duntaxat, hæreditarium Regnum, sed et Angliam Jure belli acquisitam dominabatur. Hujus filiam cum Henrico filio sponsam expeteret Conradus Imperii Jura Canuto cessit, Marchiam Slesvicensem, quæ hactenus Imperii Germanici fuerat portio, eidem donans, quâ occasione indubiè omni etiam reliquo in Daniam parto per Ottonem M. Juri renunciatum est.

§ 74. Henricus III. à crinium colore Niger dictus, Conradi II. non gener, sed filius, jam tum vivo Patre anno 1026 Successor designatus, nec multo post Aquis grani coronatus, ab anno 1039. quo Trajecti vitâ excessit Pater, bellis præcipuè Ungaricis, Bohemicis et Polonicis inclytam nomen meruit. eidemq; acceptum est ferendum, quod Ungaria in Provinciam Imperii Germanici redacta, Germanorumq; Regum Vasalli facti fuerint Ungariæ Reges, Vid. Hermann. Contractus ad annum 1045.

§. 75. Non equidem ignoro Ungaricos Scriptores aut dissimulare hoc, aut negare seriùs: at enim quantum horum autoritati tribuendum, præclarè monuit Conringius de Finibus Imp. cap. 7.

§. 76. De motibus Italiæ nolim afferre multa. Sufficerit verbo monuisse, Henricum Regem ad tollendum Ecclesiæ Schisma anno 1046. perrexisse in Italiam, et, depositis tribus Pontificibus, Benedicto IX, Sylvestro III, Gregorio VI. Suidigerum Bambergensem Episcopum, qui Clementis II. nomen sumsit, Romanæ sedi præfecisse, à quo Henricus cum uxore anno 1047 coronatus est, Jurantibus Romanis se sine consensu Imperatorum Papam nunquam electuros.

Eodem quoq; anno Henricum Normannis Beneventanum Ducatum concessit; Clementem verò Papam cum Cæsare in Germaniam reversum Bamburgæ defunctum ac tumulatum legimus. Et in ejusdem locum ab Henrico suffectus est Damasus II. donec Brixiensis Episcopus esset, Popponis nomen servans; qui demortuo, Romani Papam ab Henrico accepierunt Brunonem, ex Comite Daxburgensi Episcopum Tullensem, qui Leo IX. dictus est.

§77. Atque hic est Leo ille, quem primum temporalem gladium spirituali junctum contra Normannos, novum in Apulia atq; Calabria Regnum auspicantes inauspicato vibrasse, constans Historicorum hujus ævi est sententia, quod Ziegleri Episcopus miles in Vet. Ecclesia inversus cap. 16. fusè declarat, item Francicus Juretus, notis ad Ivonis Carnot. Ep. 30.

§. 78. Leoni verò, qui curis confectus anno 1054 decessit, successor fuit Henricum Cæsarem dabatur Gebhardus Eichstetensis Episcopus, qui Victoris II. nomine inter Pontifices clarus est.

§ 79. Hoc ipso Victore Papa præsente Henricus III. in media ætatis flore anno setatis vitæ 39. Botfeldiæ in Saxoniâ obiit ejusq; viscera Goslariæ, reliquum Corpus Spiræ, ubi et Patres sepulcrum nactus, recondita fuerunt. Parentabimus Henrico juxta clarissimi Aventini elogio: Henricus III. omnes superiores Reges, Imperatores, Cæsares Justitiâ atq; industriâ superavit, longo post se intervallo reliquit.

§. 80. Antè verò, quàm ad filium Successorem pergamus, duo cedro digna de hoc Henrico Imperatore asseram: unum quod Ferdinandum I. Castellæ Regem, Imperatoris elogium sibi

Sumenten

sumentem acriter perstringens à cœpto revocaverit; Alterum quod Henricum Francorum Regem, Germaniæ Regni majoribus suis præreptum conquerentem ad singulare certamen provocaverit, qui tamen insalutato Cæsare nocte intempesta fuga sibi consuluerit. Prius tale persequitur Johannis Mariana accuratissimus rerum Hispanicarum Scriptor lib. 9. cap. 5. De posteriori nec dubitemus gravissimi Gentis nostræ Historici Lamberti Aschafnaburgensis fuit autoritas.

§ 81. Quintum ætatis annum agebat Henricus IV. cum Henrico Patri anno, postquam in Regem unctus erat, tertio succederet. Filioli tutelam etcum eadem Imperii curas susciperet. Filioli tutelam etcum eadem Imperii curas succederet. Filioli tutelam etcum eadem Imperii curas succederet. Filioli tutelam etcum eadem Imperii curas succeder

30 §. 83 Namq; initio quidem à Carolinis temporibus in plusculos Comitatus diversa cum Germania, quibus ex arbitrio Regum dabantur Comites: at procedente tempore, multis Comitatibus minus circumspecta Regum libertate in unum Corpus (Archi-Episcopatus, Ducatus, Episcopatus intelligo) coalescentibus, quidam suis opibus erant formidabiles. Et sane tales imprimis aliqui erant Episcoporum, non quae Dei & Ecclesiae, sed quae mundi & Diaboli curantium, quita men eo majori Reipublicae erant incommodo, quo magis externa religione armarentur.

§ 84. Ludolphus hoc tempore Moguntino, Hermannus Colonienſi Archi Episcopatui praerant. Series hos, teste Lamberto
21 Schafnaburgenſe, educatio Regis alij Ordinatio omnium publi
21 carum rerum erat. Ab his, cum in partem consilii Adel
21 bertus Bremenſis Archi Episcopus assumeretur, is crebro col
21 loquio, obsequio item ac assentatione ita sibi Regem devin
21 xerat, ut caeteris Episcopis posthabitis, totus in eum inclina
21 retur, et ipse in Regno communi pene Monarchiam usurpare
videretur. Et forte quod per adolescentem aetatem vitiis ac flagitiis quibusdam Henricus commacularetur, non suarum per indulgentiam ac negligentiam Alberti stetit. Sua tamen insolentia caeterorum Principum invidiam contraxit Adelbertus, quae non quievit prius, quam is et cuncti ejus asseclae aula eliminarentur. Elapsis tamen aliquot annis non modo in gratiam et familiaritatem, sed pene in Regni consortium recessus, in ministerio Regis diem clausit extremum anno 1072. Cujus vitam et mores viris coloribus depingit Adamus Bremenſis Canonicus.

§. 85.

§. 85. Varia in Saxonicis terris Castella extruxit Henricus; quæ utpote libertati suæ adversa cum diruta vellent Principes Saxoniæ, ipse autem detrectaret, hi non tantum gravissimo illum bello impetere sunt ausi, sed etiam, ut Rudolphus Sueviæ Dux, qui Henrici Sororem in matrimonio quondam habuerat, novus Germanorū Rex eligeretur, sedulo laborarunt.

§. 86. Thuringi e' Saxonibus facilè in partes rebellionis trahebantur, cum jam tum Henrico Regi esset infensi, quòd Archi Episcopo Moguntino, ut in divortio Bertha uxoris faveret, decimas Thuringicas contra pristinam hujus Provinciæ libertatem addixerat.

§. 87. Imprimis autem his malis frigidam suffundebat Gregorius VII. Pontifex Rom. sub nomine Hildebrandi (Hellebrandum Germanorum plurimi vocabant) pregè notior. Hic primus divum excommunicationis fulmen in sanctam Henrici caput aliquoties vibrare ausus, eo ipso innumeras excitavit calamitates.

§. 88. Incredibile dictu est quam indignis Henricum Hildebrandus tractaverit modis, quamq' is ad ferendas injurias obduraverit animum. A Principibus enim desertus, Italiam anno 1077. ingressus, Canusii, ubi tum Papa morabatur, intra secundum munitorum Castelli ambitum receptus, foris derelicto omni Comitatu suo, deposito cultu Regio, nihil præferens Regium, nihil ostentans pompaticum, nudis pedibus jejunus manè usq' ad vesperam perstabat, Romani Pontificis sententiam præstolando, (verba sunt Lamberti) Hoc secundo, hoc tertio die fecit, quarto demum in conspectum ejus admissus, post multas hinc inde dictas sententias, his postremo conditionibus excommunicatione absolutus est, ut die et loco, quemcunq' Papa designasset, evocatis ad generale Concilium Teutonicis Principibus, præsto esset, et accusa-

tionibus, qua inter derentur, respunderet, ipso Papa cognitore causarum assidente, et ad ejus Sententiam vel retineret Regni si objecta purgasset, vel regno animo amitteret, si probatis criminibus Regno deinceps honore indignus decerneretur &c. &c. plura videantur apud Lambertum.

§. 89. En Hildebrandi Secri, ut fallunt, Servorum scelestum in Sanctum Imperii caput insolentiam, ac stygiendum Majestatis Sacrilegium! Non igitur mirum, & indignissimè hanc submissionem tulisse Procures Italiæ, et Henricum ipsum rebeni sua sitatâ infaustis pactis renunciasse. Verum Hildebrandus sævo ob id furore percitus, ac in eo quoq; proh dolor! à Germanorum Principum nonnullis confirmatus, rebellionem in Germaniâ fovit, Rudolphoq; Suevo nov. Anti-Cæsari, anno 1077. Forchemii in Regem electo Coronam Imperialem transmisit hâc inscriptione insignitam:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

§. 90. Deo tamen bonam causam respiciente, Henricus pristinam dignitatem haud segniter recuperare laborarit: ut tandem Rudolphus aliquot præliis fractis anno 1080 dextram perjuram cum vitâ amitteret Merseburgi, ubi in præsentem diem manus Rudolphina commonstratur.

§. 91. Sic represso æmulo Hildebrandum aggressus est Henricus, eidemq; in Brixinensi Synodo Pontificatum abrogans, substituit Guibertum Ravennatensem Archi Episcopum Clementis nomen tum accipientem. Romam post deditionem occupavit, aufugiente Hildebrando: ac plura hoc tempore restituisset Cæsar, nisi novis Saxonum motibus, qui Hermannum Lucelburgium Rudolphi loco elegerant, in Galliam

Cisalpinâ

Cisalpinam retractus fuisset. Paulo post Henricus Romam reversus eandem vi expugnat, Hildebrando in mole Hadriani cui obsesso et clam Salernum aufugiente. Frustra igitur tentata inter Henricum & Hildebrandum concordia, de nuo turbini abjudicatur Pontificatus, ac fusis postea Normannis in Campania anno 1048 Henricus cum uxore Bertha per Clementem Papam coronatur.

§. 92. Anno sequenti furibundam animam Hildebrandus in exilio exhalavit, de cujus urbe fine videatur Sigebertus Gemblacensis ad hunc annum.

§. 93. Porro eodem anno aliquot Synodi tam faventes Henrico, quam ipsi adverse sunt habitæ. Et in Moguntia quidem Hildebrandina factio expulsa damnataq; ac Episcopi eidem addicti perduellionis, perjurii parricidiiq; accusati, alibo Episcopali erasti; Hermannus Lucelburgius aliiq; Principes rebelles proscripti sunt.

§. 94. Et observatu profecto est dignissimum plerosq; adversariorum Henrici misero fato obiisse: ex quibus Hermannus Anti-Cæsar sive sorte cardinalibus, sive facto in Caput à muliere Saxo oppressus: Ecbertus Saxoniæ Marchio propre Eisenbuttelium à Cæsareanis militibus in medendino confossus est.

§. 95. Annus 1086 vel præterea memorabilis est, quod Vratislaus Bojemiæ Dux ab Henrico Cæsare in Regiam dignitatem evectus ab Engelberto Trevirensi Archi Episcopo coronatus sit. Successorum tamen nonnulli Regio abstinuerunt titulo.

§ 96. Anno 1091. Mathildam potentem Italiæ Comitem

ut et Urbanum Papam res novas molientes cœrcuit Henricus. Mox Conradus Henrici primogenitus, ductâ Rogerii Apuliæ et Siciliæ Reguli filiâ, Patri rebellis Italiæ Regnum sibi vendicat: quod in annum Seculi primum administravit, quo vel morbo consumptus, vel, ut alii tradunt, veneno extinctus est.

§. 97. Conrado à Paternâ hæreditate excluso successor designatus alter filiorum Henricus V. nunquam à Patre se defecturum juravit.

§. 98. Ac enim quid non designet à Pontificibus et rebellibus Principibus exstimulata regni cupiditas? Nam Patri infestus eundem in Moguntinâ Civitate obsidet anno 1105. ac parum abfuisset, quin funesto præsidio Patris gratiæ manus commacularet. Mutata tamen fortuna receptus in gratiam, denuo ad rebellionem reversus Patri eripuit Regnum, eidemq; Ingelheimii publicè exuta est regalis purpura. Nec diu post in summa paupertate obiit Leodii anno ætatis 56.

§. 99. Atq; hæc de Henrico IV. et statu regni Germanici eodem regnante dicta sunto: quibus fortè addideris quod per bella Germanorum intestina Regnum Ungariæ Juri Cæsareo se subtraxerit, nec pristinum Imperii gloriam Principum fatali discordia civilibusq; bellis impeditus in Ungaria recuperare potuerit Henricus. Quanquam et has turbas bonis ille Hildebrandus sufflaminavit: id quod ejusdem Epistolis à Baronio exhibitis, etâ Conringio c. 17. de Fi. magnam partem repetitis, clarum est

§. 100.

§ 100. Praterea inferior Lusatia cum in Germanici sanguinis Principum dudum fuisset potestate, dono Henrici nostri in præmium navitæ variis bellis operæ, Vratislao Bohemorum tum Regi et Bohemis in perpetuum Jus est tradita: quo ipsa tamen Imperii finibus nequaquam excidit. Quomodo superior Lusatia sive Hexapolis à Bohemis per totalitium ad Polonos ab his ad Brandenburgios Marchiones devoluta, ac deinceps Ludovici V. Cæsaris autoritate in Bohemorum corpus redierit, inculcat Conring. de Finib. c. 29.

§ 101. Verum tempus postulat qui ad Henricum V. pergamus. Hic à furiosis tam Ecclesiæ, quam Reipublicæ turbatoribus turpiter seductus, postquam Patron Germaniæ libertatis vindicem acerrimam expugnasset, regnoq; ac tantum non urbi exuisset, Papales illas furias nequaquam potuit effugere. Nam cum hactenus investitura Clericorum majoris ordinis, Archiepiscoporum Siciliæ, Episcoporum & Abbatum per Regnum ac Imperium à Carolino usq; ævo solenne Cæsarum munus ac primum sibi fuisset, bolum illum Regibus Germaniæ extorquere nisus est Papalis II. Pontifex, Synodo Trecis in Gallia coacta. Sed Henricus strenuè contra nititur et conciliabulum illud Gallicanum acri rescripto, cujus summam habet Aventinus l. 6. Rer. et Annal. Bojorum non leviter perstringit.

§ 102. Atq; quod Stephanus Anno 1107. Trecis ac sequenti anno Beneventi fecerat in Romana Synodo Anno 1110. repetit, sub anathemate investituram Clericorum Laicis abjudicans. Ad componendum hoc negotium recipiendamq; imperialem Coronam cum moveret in Italiam Henricus, ejusdem potentiam metuens Paschalis prisca Imperatorum Jura ea lege confirmat, ne solemnia investituræ per annulum et baculum à Cæsare adhiberentur.

Hac dere quando cum Papa ageret Henricus, Romani seditione contra Cæsareanos excitati Henrico occasionem præbere abducendi Papam tradendiq; Custodiæ Vlrici Aquilegensis Episcopi. Intercedente tamen Welphone Mathildæ Comitis marito, controversia sic composita, ut Henricus liberatis Pontifice ac captivis Cardinalibus à Papa coronaretur, ac investitura Clericorum liberè iterum fieret, pactis Juramento confirmatis, ac insuper parte panis in Eucharistia consecrati Henrico Cæsari exhibita, cujus alteram partem ipse Papa sumsit, quæ contigerunt anno 1111.

§. 103. Verumtamen reverso in Germaniam Imperatore, instinctu Cardinalium, revocat omnia, quæ tam sancte promiserat Paschalis, perfidiæ obtentum quærens ac si ad permittendam Investituram extremo discrimine coactus fuisset. Imo anno 1114 excommunicationis fulmen ex Bellovacensi Synodo in Henricum jaculatur: ipse quamvis Paschali anno IIIo mortis spiculæ evitare non licuerit.

§ 104. Gelasio à Cardinalibus in locum Paschalis surrogato clanculum se subtrahente, Henricus Cæsar Mauritium Hispanum elegit Pontificem Gregorii VIII. nomine insignem. Post Gelasium in Gallia mortuum, Guido Archiep. Viennensis sub Calixti nomine à factiosis cardinalibus creatur Papa, qui antecessorum impia decreta ac Henriciani excommunicationem firmans, Gregorium Pontificem, Saltri captum aversumq; camelo impositum Romæ exagitat.

§ 105. Tandem Henricus V. Schismatis Ecclesiastici ac turbarum exin civilium pertæsus cedit adversariis, et investituram Clericorum per trua et quod excurrit secula li-

gitimi

gibbine usurpatam, coruscos nuper Germanorum sanguine defensam, frequentibus Normannae Comitis Papae Romano resignat, sibi tantum Regalia electis Episcopis conferendi per sceptrum servata potestate.

§. 106 Quantum hoc pacto detrimenti experiri Germaniae Regi eorundemq; Romanorum Imperatoribus allaturam, aestimare facile licet exstimare. Nec tacuit, quid ens regale Patrimonium facile liceat existimare. Nec tacuit, qui totam hanc investiturae controversiam singulari exposuit descriptione Summus Polyhistor Henricus Meibomius.

§. 107. Henrico V. tribuit Bodinus lib. 1. de Republ. c. 9. Arelatensis seu Burgundiae Regni ac Germaniae Coronae in Jus Gallicanum per vectionem translationem, emtionis Tabulas, et solutionis & traditionis exstare scribens in Archivis Regum Galliae. Verum quia nec Bodinus, nec alii Gallorum has tabulas unquam produxerunt, Bodinianum hoc commentum jure meritò explodimus.

§. 108 Pependebat olim ab Arelatensi Regno solum Sabaudiae sed regno illo in Germaniae Regum concedente ditionem per Magistratus ab iisdem missos administrari coepit. Hi cum superbe ac avarè imperarent bono publici nullam haberent curam, tandem Henricus V. Amadeum Maurienne Comitem, bellicis artibus inclytum hunc Provinciae cum Comitis elogio ea praefecit lege, ut titulum hunc caeteris omnibus praeferret, utq; clientelari in posterum jure Imperium Romanum Sabaudia respiceret. Vid. Lamb. Vandenburgius in originib. Ducum Sabaud.

§. 109. Anno 1115. famosa illa Mathildis in Italia obiit. Hanc Martinus Polonus aliiq; cum secuti Marchiam Anconitanam Pontifici et Ecclesiae Romanae donasse fertur. Quia tamen Petrus Diaconus Ostiensis, qui singula per Pontifices hac aevo gesta libro IV. Chronici Cassinensis diligenter scripsit, nec caeteri ejus aevi

Cujus

ordinem redegit, deinde Apuliam Reginulpho Germano Ducis titulo regendam committit anno 1136.

§. 118. Verum dum Lotharius Germaniam repetit, sed eo haud pervenit, Rogerius omnia recuperat. Nec timebat vindicem Lotharium, qui in jugis Tridentinarum Alpium vallibus, in vilissima casa, sicut quondam asserit, mortalitatem deposuit. Mox translatus in Saxoniam in monasterio Königslutter à se condito humatur, resq; ab eo gestæ in ære incisæ mausoleo conduntur.

§. 119. ab excessu Lotharii ejusdem gener Henricus, progenitor Bojariæ et Saxoniæ Dux Diadema affectabat, insignium jam a Socero compos: sed propter cognitam cæteris Principibus arrogantiam, ex qua Superbi nomen meruit, Conradus III. Suevia Dux Sororis Henrici V. filius eidem præfertur, ac Confluentiæ electus Aquisgrani coronatur; Imperatoriam tamen à Longobardicam coronam haud impetravit, quod per Septennium, quo regnavit, in Italiam ire non liceret.

§ 120. Anno quidem 1152. Italicam expeditionem parabat Conradus: sed in ipsa apparatu, non sine suspicione veneni, decedit Bambergæ ubi juxta tumbam Henrici II. Sepelitur.

§ 121. Prætermisso Friderico Conradi Regis filio Sueviæ ejusdem ex fratre Friderico nepote, Fridericus I. Suevia Dux à rubore barbæ vulgo dictus Baebarossa. Imprimis fortissimum hunc Regem exercuit Italia Gibellinorum & Guelphorum factionibus, quarum illa Cæsari, hæc Pontificibus addicta, nimium quantum concussa, quod ferale malum per tria ferè Secula duravit.

§ 122

§. 122. Sex (alii septem faciunt) diversas expeditiones Fridericus fecit in Italiam. Primam anno 1154. qua Mediolanenses cum oppidis quibusdam captis et everssis, Romæ ab Adriano Papa, cujus equum conscensuri stapidem paulò antè tenuerat, coronatus, seditiosos Romanos ingenti strage cædit, ac reversus in Germaniam, Spoletanos et Veronenses coërcuit.

§. 123. Altera contigit anno 1158. qua Hadriano Papæ, qui Imperium Romanum pro Papali beneficio, postmodum callide pro bono facto venditaverat, os obturat; Brixiam à Bohemis graviter attritam recipit; Mediolanenses ad pretendam nudis pedibus rebellionis veniam, adigit; cætera Italiæ negotia tum per se, quam per Legatos ordinat. Nova interea inter Fridericum ac Hadrianum lites morte hujus Papæ ao 1159 sunt compositæ.

§. 124. Tertiam suscepit eo 1159. contra Mediolanenses denuo tumultuantes, ac vitæ etiam Friderici insidiantes. Anno sequenti Crema Cremonæ difficilis à Cæsare exuritur. In Synodo quoq; Ticinensi Victor Papa, rejecto Alexandro in schismate electo, quem fovebant Ludovicus Galliæ et Henricus Angliæ Reges, à Friderico confirmatur. Anno 1162. captum tandem tam diu rebelle Mediolanum, inductoq; aratro, solo æquatum, quo de argumento legendum Guntheri carmen titulo Ligurini nobile Jacobi Spigelii & Conradi Rittershusii notis illustratum.

§. 125. Quartam iniit 1161. quo in Papali solio à Friderico firmatur Paschalis III. captaq; Româ et coërcitis rebellibus Beatrix uxor Cæsaris à Paschale coronatur. Quod autem et pestifera lues, et hac deterior multarum Civitatum Italiæ

defecta

defectio Alexandrinam excommunicationem sequens, negotium facesseret Friderico, Germaniam repetens, Alexandro Papæ turbandæ interim Italiæ occasionem præbet. Paschali Pontifici Anno 1170 mortuo surrogatus Calixtus III. eundem Fridericus approbat.

§. 126. Quintam subit A. 1174 quo Alexandriam ab Anti-Cæsareanis in honorem turbulenti Papæ conditam frustrà tentat, et ab Henrico Leone, ad incitas postea ob id redacto, deperit, à Mediolanensibus Sociisq; Civitatibus semel atq; iterum vincitur. Quamobrem turbarum Italicarum pertæsus, pacem tandem cum Alexandro conficit Venetiis Anno 1177. Hîc loci Papam Friderici collum, non sine sarcasmo malè ex Scripturâ, mutuato conculcasse ferunt. Ferunt inquam, nonnulli: at non pauci Veterum dubitanter asserunt, tacent vetustissimi. Quamquam igitur veritatem rei gestæ præsenti Seculo asserere voluerit Fortunatus Ulmus Cassinensis Monachus, egregiè tamen eundem confutavit singulari libro Felix Contelorius: nec de Sigelio, Lehmanno, Pinnero, Baronio, ipsoq; Urbano VIII. Papa, Conzingio de Finib. hoc nomine laudatis, dicam

§127. Ultimam ingressus anno 1184 quæ controversiis inter Cæsarem & Lucium, ejusdemq; Successorem Urbanum III. Papas ob hæreditatem Mathildæ, ac Episcoporum in Schismate electorum confirmationem nobilitata est.

§128. Equidem hanc ultimam vel ideo propter præfero, quod circa illud tempus Friderici primogenitus Henricus VI. Constantiam Rogerii II. Siciliæ Regis sive filiam sive neptem ducendo, Regnum Siciliæ et Neapolis, quod Apuliæ Calabriæq;

brigq; Ducatus & Principatum Capuæ complectebatur, dotalitii Jure accepit; quod alii in septimam expeditionem collocant.

§ 129. In nulla harum expeditionum Augustus Cæsar Fridericus cessit imperatorio Regiq; per Provincias Italicas Juri. Nam ann. 1155. Hadriano Papæ diruerit Civitatem Tiburtinam, supremum tamen dominium Imperio conservasse, exstant verba Tabularum: Salvo super omnia Jure Imperiali, Salvo in omnibus Jure Imperiali.

§ 130 Fateor equidem Hadrianum Papam hanc protestationem Friderici limis adspexisse oculis, ac impatientis aegrè tulisse, quòd Legati Cæsarei ad ordinandam Romam missi. Quo jure tamen id fecerit Fridericus, patet ex ipsiusmet Cæsaris verbis apud Radevicum: Legatos ab Imperatore ad Urbem non esse mittendos, affirmat Hadrianus, cum omnis Magistratus in ibi B. Petri sit cum universis Regalibus. Hæc res, fateor, magna est et gravis, gravioriq; et maturiori egens consilio. Nam cum divinâ ordinatione ego Imperator Romanus dicer et sim, speciem tantum dominandi effingo, et inane utiq; porto nomen, ac sine re; si Urbis Romæ potestas de manu nostra fuerit excussa.

§. 131. Ex re et vero igitur Legati Pontificii hæc formula Fridericum Cæsarem allocuti sunt: Salutant vos venerabiles fratres nostri, Clerici autem vestri, universi Cardinales, tanquam Dominum et Imperatorem Urbis & Orbis; quæ sic dicere recitat Radevicus lib. 1. cap. 22.

§. 132. Præterea quamvis nonnullæ Urbes Italicæ, cum primis Longobardicæ ad libertatem aspirassent abate Henrici IV. variis bellis ne easdem coërceret, impediti; Friderici

tamen primi felicibus armis ad pristinum obsequium omnia
penè reducta sunt.

§ 133 Hoc modo Principes Civiles ac Magistratus Urbani Regalia Friderico resignarunt, sed et Archiepiscopi, Episcopi et Abbates idem facientes fidem de omnibus Imperatori dederunt: quo de legenda verba Radevici lib. II. cap. 5. & 6. ut et Ottonis Morenæ à Baronio adducta, ac à Conringio repetita lib. 1. de Finib. cap. 9.

§ 134. Cæterum non fuerit incongruum, expositis Rebus Italicis, de aliorum Regnorum Germaniæ obnoxiorum statu quædam afferre. Exordiemur à Burgundia. Conradum Zehringensem Burgundiæ Ducem Comitem, sive ab Henrico V. sive à Lothario constitutum diximus. Eidem tamen nequaquam cessit Reinholdus Wilhelmi Successor, sed bello utrinq; concitato eximiam Comitatus partem retinens defendensq; spreta Regum Germanorum Majestate, ex arbitrio rebus suis præfuit. Attamen collapsam in Burgundia majori parte Cæsaream auctoritatem egregiè restituit Fridericus noster, ducta in matrimonium Beatrice ipsius Reinholdi filia: Unde Magnates Burgundiæ Civiles Ecclesiastici q; Ordinis omnimodam subjectionem et debitam fidelitatem Imperio Romano convoniserunt, ut loquitur Radevicus lib. 1. cap. 9. Vid. etiam Conring. de Fin. cap.

§. 135. In Daniam navigaremus, nisi ipse Rex Danorum Petrus, qui et Sueno dicebatur, ad Cæsarem evocatus in Germaniam venisset, coronamq; Regni de manibus Friderici hominio et fidelitate facta suscepisset, uti ipse Cæsar

literis

ad Ottonem Frisingensem scripserit, et plenius ipse Otto lib. 2. de gestis Friderici cap. 5. narrat.

§. 136. Suenonis Successor Waldemarus anno 1158 electionis confirmationem ac investituram seu legatos fidelitatis juramentum interponentes expetiit, ac annuo sive Nestorione sive Melsi praesens impetravit. Contra tamen Waldemari filius successor homagium negavit a Friderico exigi voluit: cui Caesarea in Dania auctoritas et potestas hoc ævo inseparata. Nec abeo in praesens usque tempus quisquam amplius Caesarum jus aliquod in Dania sibi extendit, multo minus aliquid vindicavit.

§. 137. Poloniam adhuc Friderici ano tempore tributariam Germanorum Regno fuisse, ex Ottonis Frising. Chronico clarum est. Nempe quando Boleslaus Crispus debitam fidelitatis Sacramentum offerre, solitumque singulis annis tributum marcarum quingentarum ei serio detrectaret, armis Friderici territus, multis precibus, multis lacrymis, multisque promissionibus ut sub jugum Romanae ditionis et in gratiam Principis regni mereretur, postulavit, quemadmodum hæc recenset Radevicus l. 2. c. 4.

§. 138. Ungaricæ Regnum jam ante se subduxerat Imperio: quod cum ad Monarchiæ apicem reducere vellet Fridericus, Principem a sensum, nescio quibus de causis, impetrare non potuit. Adeoque ab ea ætate Imperii Germanici nomine in Ungariam nihil est tentatum.

§. 139. Exercite Seculo XI. Christiani Palæstinam Saracenis extorserant, occupatâ ipsâ Hierosolymâ, et

nova Hierosolymitana Regno eodem condito: cui primus praefuit Gotfridus Bullionensis. Verum anno 1180 Saladinus Babylonius per Palaestinam pedalis victoriis grassatus, recepit Hierosolymam, crepsby Dominici Sepulchro, quod in proximis externa dominium cessit, loca sacra omnia.

§ 140 Tam afflictam Christianismi in Oriente faciem dolens Gregorius VIII. Papa, Principes Christianos ad recuperandam Palaestinam excitabat, urbem ipsi aeternam, negotium Provinciae protectionem proponit per Legatos Bullas Papales sollicitus.

§ 140. Neq; tamen Palaestinae jacturam unice in animo habuisse Gregorium ejusdemq; Successores opinor, sed suam sanctae Sedis auctoritatem, ac interdum subditum fastigium sacram civili junctam potentiam. Nempe experti Reges inimicorum armis strenue asserta per Italiam, sacrilega animum subibat cogitatio, non licere sibi in Petri Patrimonio quietis otiosa, nisi per Romanis legationes, aut Ostracismum quasi quendam Germanos procul ab Italia in Orientem relegarent.

§ 141. Feliciter sane ad strategematis cessit Pontificibus: ac primum quidem Fridericus Caesar, decreta in Comitiis Moguntinis expeditione, cum Friderico filio multisq; aliis Germaniae Principibus signatus crucem, anno 1189 in Palaestinam movet, Henrico filio ad procuranda Imperii negotia domi relicto. Per Indulgentias

Papales

Papales promissis admodum diuites magnanimusq; sexus in illa expeditione coaluit collegies. Sed nata ex indulgentiis nimia securitas reliquos non potuit non infelices eiusmodi successus parere.

§. 143. Quasi vero calamitas in extera usti Corporis membra liberius grassari posset, sublato capite, fatalem in ipsum Cesarem facit impetum. Hic enim innumeris defunctus periculis, ac tentata fortitudine, Cydni Armeniæ fluvii, in quem corporis refrigerandi gratia descenderat, vorticibus haustus, incredibili cum exercitus et totius Christiani Orbis luctu occumbit anno 1190. Ossa deinceps Syriam translata, carne ac visceribus vel Antiochiæ vel Tyri recondita. Patris fatum brevi post secutus filius Fridericus, Ptolomaide immaturo obitu exstinctus. Ac tum ille Exercitus, quem collegerat totius robur Imperii, absq; nominati alicujus operis executione mirabiliter est dissolutus; quomodo loquitur Gerhardus Praepositus Steterburg. in narratione de Henrico Leone à Meibom edita.

§. 144. Successit Friderico I. filius Henricus VI. ob severitatem morum Asper dictus, à Cœlestino Papa anno 1191. Romæ cum uxore coronatus. Coronam tamen, quam pedibus imposuerat Papa, elevatis iterum pedibus decussit, significans in potestate sua esse Imperium dare et pro arbitrio auferre. Fabulosa hæc esse crederes, nisi fidelissimi Scriptores Rogerius Hovedenus in Annalib. et Ranulph. in Polychron. narrarent. Utinam ditiorem hanc fastum excusset Baronius, antiquum esse ritum testatur, sed profecto non habet, unde id confirmet.

§. 145. Post Coronationem Henricus Cæsar movet contra Tancredum Rogerii II. filium spuriũm, Regno Siculi & Apuliæ, post obitum Guilielmi II. qui Guilielmi I. erat filius, Rogerii laudati regis, invasorem ac usurpatorem. Sed lues exercitum, morbusq; alius Henricum ipsum corripiens, ac Constantiæ uxoris à Salernitanis captæ et Tancredo traditæ fortuna majores conatus stitit; donec anno 1193 quo functus fato Tancredus, excæcato ejusdem filio, Henricus filius speraret Siciliam: quam dejecto à Jordano Comite, non ipsiæ sine Constantiâ, turbatam anno 1197 in ordinem redegit, adversus rebelles acerbissimâ sævitiâ. At verò sequenti anno, contractâ è lacte gliore aquæ potu febri, Messanæ obiit. Sunt qui scribunt, pomum venenosum perniciosæ fraude uxoris, quod maritus, contemtæ secundæ, juvenculæ amore secutus

§. 146. De hoc Henrico illud singulariter notandum est, quod in animo habuerit Germaniæ Regnum et Romanum Imperium electitio hæreditarium facere, ac ea simul Siciliam, Calabriam, ac Apuliam per matrimonium ad se devoluta Regno ac Imperio unire. Hæc dicere legas insigne testimonium Johannis, Hirsaugiensis Monachi, in m. Chronico Belgico, quod tamen partem apud Comitem Princeps Saxoniæ intervertisse, nos docet Gobelini persona Paderbornensis Cosmodromium.

§. 147. Non mirum Saxones reclamasse huic proposito; quod satis jam tum suspecta ipsis esset Suevicorum Principum potentia; certè si hæreditaria accessisset successio, majora patefactura. Quam potissimam quod causam reor, cur præteritis Friderici, Henrici filio quadrimulo, Siciliæ Regi, in cujus verba jam juraverat in Palæstinâ qui morabatur exercitus, Otto IV. Henrici Leonis filius à Coloniensi et Trevirensi Archiepiscopis aliisq; Principibus Rex Germaniæ eligeretur, ac anno 1198 Aquisgrani solemni ritu coronatus

§. 148.

§148. Attamen Philippus Suevie Dux, Friderici Barbarosse filius, Henrici VI. frater (à quo, teste Sigonio, Tuscie et terre Mathildis Dux creatus erat) largitione sua rem eo redegit, ut Moguntie ab Archi Episcopo Tarentino coronaretur; qui, ut gratiam Papæ, ne sic tamen rebentam, acquireret, Ducatum Tuscie, præter montem Flasconis, sedi Romanæ dimisit. Non multo post Otto IV. à Premislao Bohemorum Duce, ob ejd in Regiam dignitatem erecto, præstio superatur. At verò idem Premislaus postea ad Ottonem defecit, ac prius tam fidelem (modo non postea mutasset animum) eidem præstitit operam, ut etiam Ottocari nomen exinde repererit. Hujus Premislai sive Ottocari vel propterea hic diserte faciendæ fuit mentio, quod in eo Regium nomen Bohemiæ stabilitum.

§149. Non mihi nunc est animus repetere bella inter Ottonem et Philippum civilia, quibus imprimis Hermannus Thuringiæ Landgravius fuit implicitus. Satis est Pacem confectam tetigisse, cujus vigore Otto titulo ac re Imperii, cum certa ab obitu Philippi successionis spe, abstinere debuit.

§150. Et sanè postquam Philippus ab Ottone Wittelsbachio Palatino esset occisus, anno 1208. successionem adiit Otto IV. Regni jam amplius æmulum non metuens, quid Fridericus Rex Siciliæ, Henrici VI. filius impubis regno impar; Bertholdus verò Zaringiæ Dux nuper ad Imperii gubernacula accitus socordis esset animi, nihil minus quam fasces cogitans, quos concorditer oblatos, auro delinitus, Philippo resignasset. Quinquaginta Francofurti Principes fuerunt congregati, quorum unanimi consensu Otto Monarchiam obtinuit. Non multo post Italiam intrantem Principes

totius Longobardiæ cum gloria sus cipientes, infinitam pecuniæ vectigalium & tributorum à temporibus Henrici VI. reservatam ei tradiderunt, teste Gotfrido Monacho et Trithemio in Chron. Hirsaug.

§ 152. Postea Mediolani coronatus, Romæ quoq; ab Innocentio Papa imperialem Coronam accepit, prævio tamen Juramento de obedientia Romanæ Ecclesiæ præstanda, ejusq; ditione ab aliquibus Imperatoribus detenta ex possidentium manibus extorquenda Sedi q; Romanæ cum omnibus juribus integrè et liberè dimittenda ac deinceps pro viribus propugnanda, uti habet Albericus Monachus trium fontium. Erat et caput juramenti, de Rege Siciliæ Friderico impubere non oppugnando. Nec minus aliud habetur, de dignitate Imperii modis omnibus asserenda, ejusq; juribus dispersis revocandis, pervirn alienatis recuperandis defensandis q; uti locuples testis est seni ex ipso illo ævo Matthæus Parisius, magna prudentia et usurarum prævalens Scriptor Anglicus.

§ 153. Quandoquidem autem hoc ipsum Juramenti caput cum altero de assertione Patrimonii Petrini è diametro pugnaret extorquenda omninò erat Pontifici injusta terræ Mathildis possessio. Itaq; multas Urbes & castella per injuriam à Pontificibus occupata, ac totum Patrimonium San Petrinum brevi in suam potestatem redegit, ac Apuliam, quam Papa feudum suum asserebat, Imperio restituere conatus, multa per hanc Provinciam loca cum ipsa Capua in Calabriam usq; obtinet.

§ 153. Hæc res bilem movit Papæ Innocentio, quam in excommunicando mox Ottone evomit, omnes Principes Populosq; sacramento eidem dicto solutos ab illo tanquam à nefario homine et Ecclesiæ capitali hoste recedere præcipiens. Et vide quid perfecerit Superstitio! Non modo enim in Italia ad tumultus omnia spectabant, sed et Ottone in Germaniam reverso, Sigfridus Moguntinus & Albertus Magdeburgicus

Papali

Papali excommunicationi obsecundantes, religios post se trahebant Principes, ut non tantum gravissimis bellis implicaretur Cæsar, verum etiam Fridericus Henrici VI filius, vivo videlicet Ottone jam ab amicis, ipsoq; Henrico fratre Palatino deserto surrogatus Aquisgrani coronaretur Anno 1215.

§ 154. Et ab eo tempore ad fatalem usq; emigrationem Otto Cæsar privatus vixit Harzburgi, sine omni spe vel cogitatione Imperii recuperandi, etsi nec à titulo ejus abstineret, nec Regalia insignia è manibus demitteret. Obitus Ottonis contigit anno 1218. corpusq; ejus Brunsvicum est translatum, & imperialibus indumentis juxta Parentes in Basilica Blasiana sepultum.

§ 155. Geminam verò in papalibus diris fortunam habuit Fridericus II. Nam licet anno 1220 ab Honorio III. coronaretur Romæ, quod nollet tamen morem gerere Pontifici, hæreditariam Siciliæ Apuliæq; possessionem ipsi invidenti, ut et quod in Personas Ecclesiasticas animadverteret, ægrè ferenti, excommunicationis vinculo constringitur. Is tamen autoritatem suam masculè defendit, purgatorium etiam B. Petri Ecclesiam edicens, utrem illuc sed, nisi qui sequatur vestigia Apostolorum.

§ 156. Gregorius IX Honorii successor, Friderico vel ob id infensus, quod non pedes suos, sed genu, & levissimè quidem osculatus Cæsarem ad expeditionem Syriacam relegare tentat. At, quadis morbo et motibus Apuliæ ac Longobardiæ à cœptis revocaretur, tam ægrè moram tulit Pontifex, ut excommunicationem antecessoris repeteret.

§ 157. Quamobrem Fridericus anno 1228 Syriacam expeditionem aggressus, remeo usq; deduxit, ut Hierosolymis potitus, pacem cum Saracenis factâ, in Regem Hierosolymitanum coronaretur.

§. 158. Ecce autem Gregorianam perfidiam! Hic non modo terras Friderici hæreditarias bellum movit, sed ne supplementum exer-

citus

hujus donationis diserte meminerunt, se non solum sic dubium sanctæ ecclesiæ nomen censemus. Vid. Matthæum Aquileg. pro Ottone IV. Conring. de Finib. Imp. Germ.

§ 110. Sed quid multa disceptationem in hac donatione Mathildiana esse? Ea si fuisset certa, non profecto anno 1125 ab illa diversi Nuntii, qui ad defunctæ principum terras ampliss. mas hæreditario jure possidendas Henricum Cæsarem invitaverint, quæ ipsa sunt Conradi Abbatis Urspergensis verba.

§. 111. Ab obitu Henrici V. (incidit is in annum 1125) probuisset et debuisset in eadem jura succedere Lotharius Cæsar, sed ille prosese et genere suo Henrico Sugerio detentæ illius possessione cum Innocentio II. Papa maluit pacisci in ea conditiones, quas recitat Baronius ad annum 1133. quo facto, Romæ ab hoc Pontifice cum Richenza Conjuge coronatus est.

§ 112. Atq; illud ipsum Lotharii Regis pactum quantum Romanæ sedi profuerit, tantum Reipublicæ incommodi ipsorumq; Cæsarum potentiæ infestum fuisse, extra controversiam.

§ 113. Hic Lotharius, quo rectius Luderus vel potius Lutherus dicitur, Gebhardi Comitis Supplenburgensis, et Hedwigis Burggraviæ Norimbergensis filius natus est in ericis Luneburgensibus, ubi pagus et incolæ domus, in quo assepit lucem ab his incunabulis Cæsar. acceperunt.

§ 114. Imprimis Alberti Magnitini commendatione ad Regnum Germanicum sublatus strenue se contra æmulum Fridericum & Conradum Sueviæ Ducem Henrici V. ex sorore Nepotes, defendit. Ulricum etiam Bojemiæ Ducem Vratislai Regis filium terruit, et ad juramentum fidelitatis

tatis consulit; Conrado Wettinensi Comiti, à quo universa familia Saxonica Electoralis & Ducalis felicissimam originem trapit, ab Henrici Marchionis obitu Marchiam Misnensem contulit anno 1127.

§ 115. Quanta auctoritatis ac potentiæ Rex ac Imperator fuerit Lotharius, illud quoq; est indicio, quod ei Halberstadii Comitia celebranti, Dania Rex, Magnus Nicolai filius, hominium faciens (verba sunt Chronici Bigaugiensis) Regnum Daniæ ab ipso suscepit, et postquam præstabit Juramentum, Imperatori ad Ecclesiam proceunti circulo decoratus aureo gladium præportavit.

§ 116. Origines novi in extremis Italiæ Normannici Regni supra tetigimus, ast ulteriorem ejus fortunam paucis hic necesse habemus pandere. Nimirum postquam Leo Papa ingenti strage victus, coactus est Normannos communioni Ecclesiæ restituere; sexto anno post Nicolaus II. Pontifex majora iis indulsit privilegia, inq; clientelam recepit. Nicolai exemplum secuti successorum alii. Imo Anacletus Innocentio II. hac ætate oppositus non dubitavit Rogerium Rogerii filium, Tancredi Nepotem, Siciliæ Comitem primum Siciliæ Regem declarare, ut et Apuliæ Calabriæq; Ducem Capuæq; Principem renunciare ac feudatarium Ecclesiæ confirmare.

§. Sed Lotharius Cæsar Innocentii Pontificis causam contra Anti-Papam Anacletum defendens, Rogerium in

ordinem

citus in Palæstinam transfretaret, prohibuit, prætextu Classis non satis pro Cæsare instructæ.

§ 159. Fridericus igitur in Italiam reversus recuperat sua, et Pontificis quoq; territorium vastat: donec pace anno 1230 confectâ excommunicationis vinculo solveretur. Neq; tamen illam servavit Paparum perfidissimus, quin imò omni sagacitate et industriâ sategit, quomodo ipsum Fridericum Imperio privare posset ac dejicere, urbesq; Imperii Regniq; Longobardici ad rebellionem concitavit; quas Fridericus, compositis in Germania rebus, in ordinem redigens, Mediolanum imprimis coërcuit. Cui Gregorius novam excommunicationem de Viribus extinctis candelis, eructum opponit. Verùm jussu Cæsaris Bulla Excommunicationis, papalibus flagitiis splendidè detectis, à Petro de Vineis acerbè refellitur.

§ 160. Hinc Henricus Friderici filius, jam tùm puer Aquisgrani 1222. coronatus, Patri rebellis, captus mittitur in Apuliam ubi in carcere exspiravit. In cujus locum Pater alterum filiorum Conradum Regem Teutonicæ designari ac confirmari non tamen coronari fecit.

§ 161. Duravit dissidium Papale ac Fridericianum in annum usq; 1241. quo Gregorius IX dignissimus Gregorii VII (Hildebrandi) æmulus turbulentam efflavit animam. Cœlestino à Successione Gregorii die 18. extincto, Sedes Pontificia per biennium fermè caruit Rectore, quem accepit tandem in Innocentio IV. Hic ex faventissimo erga Fridericum Cardinali in ejusdem hostem infensissimum mutatus, ad Concilium Lugdunense illum citavit, et quando

non

non compareret. Principibus subditisq; omnibus per excommunicationem Domini à debitâ subjectione solutis, quantum in se erat, Imperio privavit anno 1249. tantumq; etiam perfecit ut Henricus Thuringiæ et Hassiæ Landgravius Rex Germaniæ renunciaretur, qui tamen anno 1246. victo licet Conrado Friderici filio, in obsidione Ulmæ sagitta confossus interiit.

§ 162. Hoc sublato, cum Henricus Dux Lotharingiæ et Brabantiæ ab Innocentio Papa ad successionem invitatus, sui loco commendaret Wilhelmum Hollandiæ Comitem, is ipse Coloniæ electus Aquisgrani coronatur. Circa hæc tempora definitum septenarium Germaniæ Regis Electorum coepisse numerum vero admodum videtur simile.

§ 163. Non diu post, anno scilicet 1250 Fridericus Imperator in Apulia decessit, soluti, ut nonnulli tradunt infectu à Manfredo filio notho suffocatus.

§ 164. Tres legitimas Fridericus habuit uxores: Constantiam Arragoniæ Regis filiam, Henrici rebellis matrem. Yolen Johannis Brenni Regis Hierosolymitani filiam, unde Jus et titulus Regni Hierosolymitani hæreditarius quasi ad Reges Siciliæ et Neapolis devenit, ex qua Conradum filium suscepit. Isabellam Anglicanam, cujus filiolus Henricus infans decessit. Ex Concubinis nati Enricus Rex Sardiniæ, Manfredus Princeps Tarentinus, Fridericus Antiochenus Regulus.

§ 165. A morte Friderici Conradus filius in Germania moratus, in Apuliam ut Neapolitanum & Siciliæ Regna hæreditaria, ab Innocentio Angliæ Regis fratri Carolo concessa, recuperaret, properat, subactis q; Civitatibus rebellibus regnis potitur suis, et defendisset strenue, nisi 1254 veneno fuisset sublatus.

§ 166. Reliquerat Conradus uxorem Elisabetham, Ottonis Bojoariæ Ducis filiam de Gemenia gravidam, quæ modum ante excessum mariti annis filium Conradum peperit. Huic Manfredus Patruus primo se pro tutore gerens, nisi exstinctum mentiens, regna Neapolitanum Siculumq; præripit, ipsi Alexandro IV. à quo excommunicatus erat, multum negotii facessans

§ 167. Urbanus tunc quartus Successor Alexandri, ut Gallos contra Manfredum excitaret, Carolo Andium Duci, Ludovici Sancti Galliæ Regis fratri Neapolitanum & Siciliæ Regna in feudum confert, ac à Clemente IV. ubrius, ut vocant Sicilia hoc est Neapolis & Sicilia ut et Hierosolymorum Rex unà cum Conjuge coronatur.

§. 168 Non diu post Manfredus fortissimè prælians à Carolo victus in præmium perfidiæ occumbit, ac quod prædictus esset, in fossam prope Beneventanum pontem sepelitur, et sic Carolus totum Regnum Neapolitanum & Siciliæ in potestatem redigit.

§. 169. Interea Conradus (Conradinum vocant Itali) Conradi filius, Friderici II. Nepos in Bojoaria educatus, ab Italiæ Civitatibus quibusdam, ut et Henrico Hispano, ut hereditaria Regna per fraudem Pontificum ac vim Gallorum ademta repeteret excitatus, cum selectis copiis movet in Italiam, tanquam victima ad Sacrificia macellus.

§ 170. Nam mutatâ in deterius, quæ primò arriserat, fortunâ, victus à Carolo, ex annulo, quem pignori de-

derat

derat Piscatori cibum petens in fugâ, agnitus capitisq;
elapso anni spatio publicè in foro Neapolitano, una cum
fido utriusq; fortunæ Comite Friderico juvene, Austriæ
et Styriæ Duce ultimo, manu carnificis capite truncatus
est Anno 1268. Clementem Papam Carolo, quid de illu-
stribus captivis faciendum? sciscitanti, rescripsisse ferunt:
Vita Conradini Mors Caroli, Mors Conradini vita Caroli.
§ 171. Ecce verò justissimum Dei Judicium! Siculis à fide
Caroli, ob Præfectorum Gallicorum tyrannidem, Johanne
Prochyta concitore, deficientibus, anno 1282. Signo Cam-
panæ ad vespertinas Preces audito, Gallicani sanguinis
in Sicilia commorantes ad unum omnes trucidati, lo
cum Proverbio de Vesperis Siculis dederunt. Ac cum
Petrus Arragoniæ Rex, quem Conradus moriturus, pro-
secta Chirothecâ hæredem Regnorum designaverat
à Siculis vocatus in Civitate Panormitana Rex coro-
natus est, frustrà repugnantibus Carolo cum Pontificibus.
§ 172 Quin imò quod cepit Petrus, Siciliam retinuit,
et in Paparum ludibrium, qui abrogato nomine Regio
etiam Regnis illum exuere conabantur, aliorum Regno-
rum Arragoniæ et Siciliæ Pater, maris q; Dominus ac
Miles imperterritus appellari voluit, tum etiam qui ex
eo sunt oriundi ad præsentem usq; diem Siciliæ Regnum servant.
§ 173. Iidem ipsum etiam Neapolitanum Regnum
omnibus Caroli posteris, se mutuò conficientibus;

extinctis, jam obtinent, ac irrita fuerunt omnes molitiones Pontificum ad ejus possessionem alios ab alios vocantium.

§ 174. Friderici II. Obitus ad Conradorum filii ac Regni fortunam nos deduxit. Jam id inprimis est mouendum, cum Friderico II. priscam Cæsarum autoritatem et Germanici Imperii decus concidisse, & post illa non gradu, non cursu, ut loquitur Conring. c. 19. de Finib. Imp. sed præcipite quadam lapsu corruentem propemodum Rempublicam Germaniæ, simul et fines vehementer turbasse penè ubivis.

§ 175. Nimirum in eligendo Wilhelmi Successore in diversa itum, ac Moguntinus, Coloniensis, Ludovicus Rhenus Palatinus, ejusdemq; frater Dux Bojariæ Henricus Richardo Cornubiæ Comiti, Johannis Angliæ Regis fratri fasces Regni Germanici obtulerunt: Trevirensis autem, Saxo, Brandenburgicus in Alphonsum Arragoniæ Regem consenserunt. Sed Richardus nimis largitionibus exhaustus et à suis destitutus re infecta redit in Angliam. At Alphonsus radio Mathematico, quam temperando sceptro aptior, Italicarum Germanicarumq; discordiarum intelligens, cunctando non modo occasionem nominis impetrandi, sed et suum quoq; Regnum amisit, ejectus cognomi à filio Sancho.

§ 176. Inde ab anno 1198. usq; ad annum 1273. fatale quodclam interregnum fuit, innumeris obnoxium calamitatibus, quarum partem Nicolaus Cusanus Cardin. Concord. Cathol. l. 3. c. 4. recensuit.

§ 177.

§.177. Anno demum 1273. operâ sotissimum Wernheri à Falckenstein Moguntini Archi-Episcopi Francofurti in Regem Germaniæ eligitur Rudolphus Habsburgicus ab obsidenda Basilea ad capessendum diadema vocatus et Aquisgrani coronatus, cum Sceptum fortè non adesset, Crucifixi Signo in fidem recipiendo Principes. Electionem approbabat Gregorius Pontifex, quod spem, quam faciebat novus Rex in Palæstinam abeundi, ratam fore putaret. Sed nec iter Sacrum, nec Italicum, quod antecessorum vestigia ipsum terrerent, intravit unquam, adeoq' nec coronam imperialem impetravit, sed in componenda Germania unicè elaboravit.

§.178. Post interitum Friderici Austriaci per Caroli Andegavensis tyrannidem sublati vacans Austriæ Stiriæq' Ducatum feudum in Albertum filium contulit Rudolphus Pater. Porrò alter filiorum Rudolphus post Conradini cedem Dux Sueviæ creatus fuit.

§.179. Præterea Wenceslaus Ottocari Bojemiæ Regis vacantem Austriam involantis filius, victo occisoq' Patre, Cæsari Rudolpho conciliatur, ducta in matrimonium filia ejus Judittha, eoq' pacto in fide Regni Germanici retinetur Bojemia, eidemq' Regno, post obitum Henrici Ducis Silesii, conjungitur etiam Silesia.

§.180. Post obitum Rudolphi, qui anno 1291 decessit, Spiraeq' sepultus, successionem affectabat Albertus filius. Huic autem arte Gerhardi Moguntini præferebatur Adolphus Comes Nassovius. Quod verò is negligentius hab-

ret Imperii Principes, Moguntiæ congregati plerique Electores, publicè eum, electo Alberto Austriaco, abdicarunt, cum prælio asserere dignitatem cuperet, ad pagum Gellenhusium ipsius Alberti manu anno 1298. interemtus, ac in monasterio vicino primum sepultus, sed sub Henrico VII. Spiram translatus est.

§ 181. Post cædem Adolphi Albertus, ex venenatâ potione monoculus Aquisgrani, Elisabetha autem Conjux Norinbergæ coronatur. Papa tum Romanus erat Bonifacius, qui confirmationem ipsi primum denegans, ortâ postea inter Papam & Philippum Pulchrum controversiâ, Albertum non modo confirmavit, verum Francorum quoque Regnum eidem addixit, ex quâ tamen illegitima liberalitate nihil accrevit Germaniæ.

§ 182. Vitio alias Alberto Regi vertitur nimium in subjuganda Helvetia, ac filios locupletandi studium. Et Helvetii quidem ab insolentia Præfectorum Alberti, et post cæsum ad Sempachium Leopoldum Austriæ Ducem, condito novo fœdere in libertatem sese vindicarunt, ac tandem legibus Regni Germanici exciderunt.

§ 183. Favor autem in filios perfecit, ut non modo, post occisum Wenceslaum juniorem Rudolpho filio coronam Bojemicam impetraret, sed eteo intra anni decursum decedente Fridericum Filium Bojemis obtrudere laboraret, ac præterea Johannem, Rudolphi fratris Sueviæ Ducis filium, sub speciosso Tutoris nomine hæreditario ducatu privare conaretur. Quamobrem ab hoc ipso Johanne Patrueli per Rudolphum à Wart[illegible], Walthezum ab Efrubas, Ulricum à Palm, juxta Reinfeldam in Bojemos moturus occiditur ao 1308.

Johannes

Johannes tamen à Successore Alberti in Italia captus in carcere exspiravit, eoq; Ducatus Sueviæ ad Austriacam Alberti familiam devolutus.

§184. Ex eo Philippus Pulcher inhiabat Regno Germaniæ cui adversatus Clemens V. Pontifex, Unde Henricus Comes Lützelburgius Rex Germaniæ Francofurti eligitur, et Aquisgrani coronatur, Imperatoriam verò coronam per delectos à Clemente, Avenione in Gallia commorante, Cardinales Romæ impetrat, Romanosq; in fidem suam sacramento adigit.

§185. In cœrcenda Italia quomodo laboraverit, ac in rebelles civitates animadverterit longum esset enarrare, Vid. Albertus Mussatus Paduanus in Historia Henrici Lützelburgi.

§186. Idem Henricus Johannem filium, ejecto Henrico Carinthiæ, Bojemiæ Regem dedit. Reinoldum Barri Comitem ad officium ac homagium compulit, Robertum in Apulia regnantem, Carolo claudo natum Provinciæ Comitem lasæ Majestatis reum ac privationis omnium dignitatum titulo proscripsit.

§187. Per quinquennium strenuè Regnum Germaniæ et Italiæ rexerat Henricus, quando à Bernhardo Dominicano Monacho per panem Eucharisticum veneno infectum tolleretur ac Pisis sepeliretur.

§188. Post exactum Henrici Germaniæ in mensem 14 Supremo Rectore caruit, quem accepit tandem anno 1314 d. 20. Octobris in Ludovico V. Comite Palatino Rheni ac Duce

Bojariæ

Bojaria, Francofurti electo ac legitimè coronato, de cuius legitima electione et gestis vid. J.G. Herwartii ab Hohenburg Ludovicus IV. Imperator defensus &c.

§189. Ludovicianæ electioni adversantur Henricus Archiepus Coloniensis, & ejusdem Ludovici frater Rudolphus Palatinus Rhen. & in Fridricum Pulchrum Austriacum Alberti I. filium consentientes, eundem Bonnæ eligunt & coronant. Friderici tamen à Fratre Leopoldo adjuti, et favoribus Johannis XXII. aliquot justis præliis victus 1322. captus, ac per triennium in arce Trausnitz detentus, certisq; demum conditionibus dimissus, nomine quidem Regis retento, sed ab Imperii rebus abstinens Anno 1330 ex philtro decessit.

§190. In ordinanda et cœrcenda Italia strenuè laboravit Ludovicus, juraq; veteris Imperii multis modis fortiter asserta quasi postliminio recuperavit. Hinc Præfectum Urbi dedit Castruccium, multis etiam aliis tam Pontificiæ ditionis, quam cæteris Oppidis Italicis Vicarios, Jurium Imperii Vindices præfecit, exquibus successu temporis legitimi evaserunt Principes, famosi sunt præ cæteris Galeacci Mediolanenses Vice-Comites, Scaligeri Veronæ, Atestini Ferrariæ, Gonzagæ Mantuæ Domini.

§191. At verò propter hanc ipsam jure asseratam defensam Imperii potestatem adeò in Ludovicum exarserunt Johannes XXII. Benedictus XII. et Clemens VI. Papæ, Galliæ Regum

Regum ob mansionem Avenionensem clientes, ut unus post alterum excommunicationis fulmine in Cæsarem detonnarent. Et hæc quidem majores excitassent bombos, nisi Ludovicus egregios ex ordine Minorum Scriptores, defensorem, et in his Marsilium Patavinum, Johannem de Jandino, Andream Laudensem, Gulielmum Occamum reperisset. Quamobrem etiam Ludovicus Johannem illum XXII. ceu multis facinoribus & hæresi infamem, legitimè unà cum Roberto Apuliæ Rege proscriptum dignitate exui, eidemq; Petrum de Corbona, Monachum Minoritam, nomine Nicolai V. curavit sufficiq; à quo cum summo Senatus, Cleri, Populiq; applausu anno 1328. Roma Coronatus fuit.

Regi Johanni Bohemiæ Regi Ludovicus attribuit Lusatiam; Uxor verò Margaretha post obitum fratris imperatoris Wilhelmi, Comitatum Hollandiæ cum vicinis quibusdam Provinciis accepit; Sed quod Bojarica familia in Belgio intestinis laboraret dissidiis, ac Jocoba Wilhelmi filia, Alberti Bojarici neptis toties mutaret Maritos tam opima hæreditas ad domum Burgundicam devoluta. Et verò quod Imperatores distinerent alia negotia, ac terrarum illarum possessores loci commoditate gauderent, Imperatorum Jus in his terris paulatim coepit labefactari. Ludovicus quoq; in Austriacorum odium foedus Helvetiorum confirmavit.

§ 193. Anno 1347. Ludovicus Imperator ursum in venatione Bojarica propè Monasterium Fürstenfeld persecutus, equo præceps lapsus non sine insignibus religiosi animi indiciis expiravit, ac Monachii sepultus est.

§. 194. Vivo adhuc Ludovico Cæsari, instinctu Clementis VI. ad Conspirationem Balduini Trevirensis opponebatur Wenceslaus, Johannis Bohemiæ Regis filius, Henrici VII. Luxelburgici nepos; qui à Carolo affine Francorum Rege inter solennia confirmationis Sacra Caroli nomen accepit, quod sæpe Bojemico retinuit. Sed mortuo mox Ludovico in electione novi Regis dissenserunt Electores, et Henricus Moguntinus Archius, Rudolphus Palatinus, Ericus Saxo et Ludovicus Brandeburgicus Eduardum Angliæ Regem, cognatum ob bella domestica, aut negatas à Francis inducias, novam dignitatem detrectante, Fridericum Misniæ Marchionem Thuringiæque Landgravium coronâ Germanicâ ornare voluerunt. Hoc autem Caroli donatis fortean delinito, corpus invalidum ac arthritide confectum causante, Güntherus Comes Swarzburgicus unanimi Electorum consensu Rex Germaniæ eligitur. Verùm Carolus Rudolphi Palatini filiam Annam uxorem ducens, ac Ludovicum Brandenburgensem porrò divertens, Güntherum privat præsidiis, qui proin acceptis 60

argenti

argenti marcis, et Oppidis aliquot, Carolo resignavit Regnum, venenata Freidancii Medici potione Francofurti tollitur, eorum plenam Successionem Carolus IV. impetrat, qui et anno 1355. Romæ coronatus fuit.

§ 195. Quam bene autem sua Auream Bullam, quæ complectitur imprimis leges ritusq; in Electione Cæsarea servandos, Regno Germaniæ consuluit Carolus; tantum detrimenti attulit immodica in Pontifices et Electores largitione. Unde Maximilianus I. dixisse fertur: Carolo IV. pestilentiorem Pestem Germaniæ nunquam contigisse.

§ 196. Præterea vitio vertitur Carolo, quod accepto pretio Italicas Urbes nonnullas libertate Juribus Imperii inimica donarit, ac Carolo Philippi Valesii filio Arelatense Regnum legibus Imperii solutum concesserit. De posteriore tamen non immerito dubitat Conringius, eo quod non modo Arelate 1365. coronatus sit Carolus Cæsar, sed et Clemens VII. emtionem Avenionensem (urbs erat Arelatensis Regni) ratihaberi à Carolo fecerit; præterea Trevirensis Archi-Cancellarius Imperii in aurea Bulla constitutus sit.

§ 197. Obiit Carolus IV. Pragæ 1378. ac tum successit Wenceslaus filius Boëmiæ Rex ac Dux Silesiæ, Constantino Cognomino, ut in conspurcandâ baptismatis undâ ita et spurcissimis moribus non absimilis. Hic verò, cum signa alia

complures Urbes et Provincias tam in Germania quam in Italia, ab Imperio alienasset, ac insuis Regni Germaniæ statibus, ex Vicario Imperii, Mediolanensem Ducem creasset Johannem Galeacium, Anno 1400. ab Electoribus regno Germaniæ publica Sententia exauctoratus est.

§. 198. Procuravere Bojemi, crudelitate ejus moti (præter cæteram Carnificem semper habebat Comitem, compatrem suum, ad faciendam eadem expeditionem) captum in carcerem publicum Pragensem detruserunt anno 1393. Ex eo cum Custodibus in balneum dimissus, Susanna serva Balneatricis opera nudus cum nudâ avolat. Sed iterum postea in venatione comprehensus, ac Viennam in Carcerem missus, ope Piscatoris Johannis quinquies denuò liberatus Regnum Bohemiæ recuperat ac anno 1419. decidit, Princeps per omnem vitam Vini quam Regni curiosior.

§. 199. In Wenceslai exauctorati locum suffectus primum anno 1400. Fridericus Dux Brunsvicensis, Magni Torquati filius, sed è Comitio Francofurtensi Patriam repetens, juxta Friedbergam in via publicâ occiditur consensio et instigante Johanne Comite Nassovio Archiepiscopo Moguntino, quem tamen ab hac suspicione liberare cònatur Serrarius Rerum Moguntiac. lib. V.

§. 200. Eodem igitur anno ex Electorum placito delectus Rupertus, Rheni Palatinus et Dux Bojariæ, qui, cum figuli gravi in fide Wenceslai quæ manebat, non admitteretur, Colonia coronabatur. Hic Ludovicum filium non modo in Germania, sed Gallia quoq; et Arelatensi Regno Vicarium creavit anno 1401. eo quod Carolo VI. Francorum Regi anno 1392 insania correpto Reipublicæ administratio patruis

commissa

commissa vacillaret. Sigoloma Cæsaream in Palatinis Originibus exhibet Marqu. Freherus lib. 1. Cap. 16.

§. 201. Exinde ad coërcendum Johannem Geacium, Mediolanensem Vice-Comitem, à Wenceslao creatum Ducem majora affectantem, movens in Italiam, ab eodem in agro Brixiano victus, re infectâ recedit in Germaniam ac to 1404. Oppenheimii vitâ functus, Heidelberga sepelitur.

§. 202. A morte Ruperti Successor deligitur Jodocus, Marchio Moraviæ, Johanni-Henrici, Caroli IV. fratri natus nomine Barbati clarus; quod ad res gerendas tardus, sola barba esset conspicuus. Sed nomen Imperatoris ei vix semestre fuit.

§. 203 Pergimus igitur ad Sigismundum meliorem Wenceslao Caroli IV. filium, ducta Mariâ, Ludovici filiâ Ungariæ ac post mortem fratris Wenceslai Bohemiæ quoq; Regem, De cujus electione vid. Dubravius Historiæ Bohem lib. XX.

§. 204 Comprobavit Sigismundus à Carolo Patre factam Gallis sive de Delphinatu, sive de Vicariatu Arelatensi concessionem. Unde rectè comprobat Conringius, hoc ipso ævo Galliæ Reges summam imperii Germanici potestatem in Regnum Arelatense et Delphinatum agnovisse.

§. 205. Auctore Sigismundo ad sopiendo Ecclesiæ Schismata habitum est Concilium Constantiense, in eo quidem laudandum, quod motis sede adulterinis tribus Pontificibus, Johanne XXIII. Gregorio XII. & Benedicto XIII. Martinus V. surrogatus sit: at vel ob id culpandum maximè, quod Johan-

nem Hussum, sinceriorisTheologiæ reparatorem, ac postea Hieronymum Pragensem contra datam fidem fecerit comburi. Hinc non mirum, Sigismundum Cæsarem bello Hussitico contra nonoculum post cæcum Johannem Ziscam, utet contra Bajazetem Turcorum Imperatorem pristina excidisse felicitate.

§ 206. In hoc Concilio Constantiensi Marchiæ Brandenburgensicum dignitate Electorali Friderico Norinbergensi Burggravio collata, intervenientestipulatu quadringentorum millium aureorum, adjectaq; conditione, ut si filius Imperatori nasceretur, & Marchia et Electoratus ad eundem rediret. Etiam Adolphum Clivia ac Amadeum Sabaudiæ Comites in Ducum ordinem evectos, ac Galeaceo quoq; Mediolanensi Vice-Comiti Ducalia insignia transmissa tum fuisse certum est. Sub hoc quoq; Sigismundo inclyta Misnensium Marchionum familia, extincto anno 1422 Alberto Anhaltino Stirpis Duce ac Electore Saxoniæ ultimo, ad Electoralis dignitatis fastigium in Friderico bellicoso ascendit.

§. 207. Anno 1431. Postquam ab Eugenio IV. Pontifice Sigismundus coronatus erat Romæ, celebrari coepit Basilienſe Concilium per annos XI. menſes IX. continuatum, in quo, præsente Sigismundo, ac præsidentibus Juliano ac Deincepsi Ludovico Arelatensi, Cardinalibus, liberius quam unquam antea in Pontificiam potestatem inquisitum, eidemq; in beneficiis conferendis, in controversiis Romam trahendis, in Annatis exigendis, in Cardinalibus creandis, frenum temperative injectum; ac Eugenio IV. per publicum Decretum exauctorato surrogatus Amadeus Duxo Sa-

baudiæ

laudiæ Felicis V. nomen sumens: qui tamen demum sub Friderico III. Cæsare publicæ tranquillitatis causa cessit Nicolao V. eruditissimo Pontifici, ac Mæcenati litteratorum maximo

§. 208 Sigismundus anno 1437. septuagenarius Znoymæ in Moraviâ obiit, sepulchrum nactus Waradini in Ungariâ. Masculâ prole caruit, sed ex Barbara imprudentissima uxore filiam unicam genuit Elisabetham, quæ Alberto Austriaco Archiduci desponsata, opimam ipsi dotem Regnorum scilicet Ungarici ac Bojemici attulit

§. 209. Atq; hic ipse est Albertus II. qui ab Electoribus in Regnum etiam Germaniæ evectus anno 1438. uno anno trium Regnorum factus fuit dominus, qui tamen bello Hussitico defunctus inter majores conatus adversus Turcas et Polonos præmaturâ morte in vico Ungariæ, haud procul Strigonio exstinctus, in Alba Regali sepultus est. Elisabetham uxorem reliquit gravidam, Ladislaum posthumum intra quartum à nativitate mensem pro Ungariæ Rege coronatum, erixam.

§ 210. Alberto anno 1440. Succedit Fridericus III. Archi-Dux Austriæ, Ernesti ferrei filius, Anno 1441. Aquisgrani, ac decennio post cum Eleonora conjuge, Eduardi Lusitaniæ Regis filia à Nicolao V. Romæ coronatus.

§ 211. Ladislao posthumo debebantur Ungariæ ac Bohemiæ Regna; sed Ungari pariter ac Bohemi per factiones distracti illi quidem Uladislaum Poloniæ Regem, hi Albertum Bojariæ Ducem poscebant Reges. Polonus arrabatus manibus amplectitur oblata; Bojariæ Dux majori animo respuit.

Inde itum ad Fridericum Cæsarem, cui præ mor-
tabio, salvam Ladislao Pupillo suo Coronam vovens Boe-
micam, quam et impetravit anno 1452

§. 212. Etiam à morte Vladislai in prælio Varnensi, nec
sine vindice Numinis ira ob violatas impulsu Juliani
Cardinalis inducias, à Turcis 1444 extincti, Procerum
Ungariæ Ladislaum puerum quinquennem à Friderico
Cæsare repetebant Regem: quidem cum non impetrarent,
Johannes Hunniades Turcorum terror et flagellum
Gubernator Regni institutus donec anno 1456 Ladisla-
us Ungariam inviseret. At dum Ladislaus Rex sponsam
Margarethan Caroli VII. Galliæ Regis filiam Praga exspe-
ctat, post 36 horas quam ægrotare cœpit, ætatis anno
18. moritur, incertum an veneno.

§ 213. De Friderico III. adhuc necessum habemus com-
morare, quod legitima Vice Comitum Mediolanensium in
Duces sublatorum familia in Johanne Maria et Philippo
Johannis Galeacii filiis, quorum alter alteri succesit,
exspirante, cum Carolus Aurelianensis, Johannis Galeatii
ex Valentina filia nepos et Franciscus Sforcia, Blancæ
Spuriæ maritus Ducatum Mediolanensem sibi vindicare no-
terentur, Mediolanensem Ducatum ex feuderum legibus
ceu caducum Imperio asseruerit.

§. 214 Decessit Fridericus III. Linzii 1493. cum vixisset
annos 78. ac per 53 annos Regni Germanici guberna-
cula temperasset.

§ 215.

§ 215. Successorem Fridericus nactus est dignissimū Maximilianum I. filium, Principem ad omnia tam Regni quam privata domus vigilantem, nec minus fortitudine ac felicitate inclytum Heroem Anno 1459. d. 22. Martii natum. Hic Patre superstite anno ætatis 18. Mariam unicam Caroli Audacis, potentissimi Burgundiæ Ducis ad Narcejum ab Helvetiis cæsi filiam, Provinciis Burgundicis, quibus totum Belgium accesserat, locupletissimè dotatam uxorem duxit. Ludovicum XI. Galliarū Regem Artesiā et multarum aliarum ditionum dotalium violentum occupatorem bello aggressus, magnam ablatorum partem recuperavit.

§ 216. Huic Maximiliano I. debetur illa Germaniæ Imperialis in X Circulos distributio. Nam licet aliquid ejusmodi tentaverit fortè Fridericus Pater, perfecit tamen filius, primum quidem in Comitiis Augustanis An. 1500. post Colonienſibus 1512. et Norinbergæ ex Consensu Statuum confirmavit Carolus V. anno 1522.

§ 217. Maximiliano anno 1478. natus est Philippus filius. Hic anno 1496. uxorem duxit Johannam Ferdinandi Catholici filiam, per quam Regnorum Hispanicorum omnium qua Socer ei cessit anno 1506. felicissimus factus est hæres. Et quamvis antè Ferdinandum Socerum hoc ipso Seculi superioris anno sexto decederet, Ferdinandus tamen A. 1516 moriens Carolo ex Philippo genero nepoti florentissima Regna reliquit, quæ ab illo tempore in Austriacorum manibus fuerunt.

§.218. Maximilianus autem anno 1519 excedens vita in Regno Germanico accepit successorem ex Philippo filio nepotem Hispaniæ Regem Carolum V. Gandavi in Flandria, ubi in præsentem diem ejus cunæ monstrantur, anno 1500 natum Aquisgrani et deinceps à Clemente VI. Bononiæ coronatum. In Germania tamen, ne suum Plus ultra supra pristinam Principum libertatem proferret, probeq́ nosset alio sibi modo gubernandam Germaniam, quam ditiones reliquas, expressis legibus, quas Capitulationem vocant, cujusq́ usus apud posteros strictus invaluit, constringebatur.

§.219. Et noster quidem Carolus perpetuis fermè cum Francisco I. bellis fuit distentus, qui nec à liberatione ex captivitate Hispanica, in quam post Prælium Ticinense devenerat, accepta etiam in matrimonium Caroli sorore, quievit. Sic ut tandem Mediomatricum Urbem, Tullum item ac Verodunum Austriacis juxta ac Imperio Germanico ereperet.

§.220. Innumera sunt hujus Cæsaris per Europam et Africam gesta à Chytræo, Godelmanno, Guicciardino, Jovio, Manlio, Sleidano, Spalatino Thuano, Zenocaro ac pluribus aliis decantata, ut in hoc argumento quædam tentare, illud esset post Homerum scribere. Nobis pro tempore satis erit minuisse, quod tædio curarum, à felicitate potissimum Mauritii novi Saxoniæ Electoris, Johannem Fridericum Electorem ac Philippum Hassum captivos in libertatem vindicaturi, evaserunt motus, fasces Imperii Germanici, ac paulo post Hispanici sponte deposuerit privatus moriens d. 21. 8bris anno 1558

in urbe

in urbe Granatensi juxta matrem Annam et Aviam maternam sepultus.

§ 221. ad Ferdinandum I. Caroli V. fratrem anno 1503 natum, et post sublatum Ludovicum affinem, Ungariæ Bohemiæq; Regem constitutum, progredimur. Hic anno 1531. intercedente licet pro filium Electore Saxoniæ, Rex Romanorum electus et Aquisgrani coronatus; publicæ tranquillitatis pro Orbem Christianum et imperium stabiliendæ studio, Pacem Religionis cum fratre Cæsare promulgavit ac resignante fratre 1556. Imperium pleno Jure administrare cœpit. Multa per Ungariam contra Turcas, et Johannem de Zapolia, ejusq; filium Johannem Sigismundum Transylvaniæ Waiwodam fortiter gessit. Obiit Viennæ 25. Julii 1564. Pragæ apud Uxorem sepultus.

§ 222. Eundem excepit filius Maximilianus II. Rex Ungariæ et Bohemiæ, 1. Augusti 1527. natus, Rex Romanorum 1562. renunciatus coronatusq;. Quæ pro tutando Regno Ungarico, & arcendo ab Imperio Tyranno Turcico egerit, orbi non minus, quam bella Belgica Philippi Patruelis nota.

§ 223. Maximilianus vita functus est Ratisbonæ subjipsis Comitiis 1576. sepultus Pragæ. Ante ejus obitum Rudolphus filius ex Maria Caroli V. filia anno 1552. natus primo in Ungaria, deinde in Bohemia ac Romanorum Regem coronatus est. Rudolphus igitur in Hispania apud Regem avunculum Philippum educatus, vivoq; Patre tribus coronis insignitus, ab illius morte in utroq; Regno ac Germanico Imperio

plero succedit Jure. Imperavit per compulsus cultos annos
felicissimè fortissimeq; ing' bello per 14 annos cum
Turcis gesto multas victorias reportavit, Transylvaniam
etiam Ungariæ restituens, tandem Regnis et Provinciis
omnibus Matthiæ fratri transcriptis Pragæ ibi mor-
tuus, liberos nullos, qui Uxorem nunquam habuit, sed
ingentem thesaurum reliquit.

§. 224. Ac tum quidem Matthias Rex Ungariæ ac
Bojemiæ anno 1557. natus Romanorum Imperator Fran-
cofurti renunciatur, cujus breve per septennium regimen
turbis ob Successionem Juliacensem et bello inter Ferdinan-
dum Archiducem & Venetos plenum fuit. Obiit Matthias
21. Martii anno 1619. cum superiori anno fenestrarii Pra-
genses tumultus non Bojemiam modo extremis implicarunt
malis, sed Germaniam universam, imo et Daniam in calami-
tatum abyssum traherent; Sueciam verò ac Galliam demum
insigni felicitate bearent, ac novo quasi cornu copiæ perfun-
derent.

§. 225. Hinc Cæsar eligitur Ferdinandus II. Caroli Au-
striaci filius Ferdinandi I. nepos anno 1578. natus ac
volente Matthiâ Patrueli anno 1607. Rex Bojemiæ, sequenti
autem anno Rex Ungariæ coronatus. Hic dum omnes inten-
dit nervos ad coërcendos Bojemos, Bojemorumq; novum Re-
gem Fridericum V. Palatinum, Jacobi Magnæ Britanniæ
Regis generum ejusdemq; fautores Mansfeldium nothum
Christianum Brunsvicensem, Johannem Ernestum Vinariensem

Bethlemius

Bethlemicum Transsylvanum, Christianum IV. Daniæ Regem; abrogatâq; Palatino Electorali dignitate, Maximilianum Bojariæ Ducem, proscriptis Ducibus Mecklenburgicis Wallensteinium introdit, tantisq; successibus ornatus majora ac imprimis Sacrorum Pontificiorum restitutionem molitur, incredibilem contrahit invidiam, quæ tandem in bellum Cæsareo-Suecicum erupit.

§. 226. Nam Gustavus Adolphus Suecia Rex feliciter Religioni ac oppressis Ducibus suppetias laturus; à Gallis, Saxone & Brandenburgico adjutus, incredibili felicitate per annos aliquot, et quod mireris in ipsa sui cæde triumphans Cæsaream fortunam ad cineres propè redegit: quam Pace Pragensi 1635. utcunq; restauratam Bannerius Dux Suecicus et Wilhelmus Hassius denuo labefactarent. Interea anno 1636. bellis æquè ac urbi excedit Ferdinandus.

§. 227. Dum Patri tam in hæreditariis, quam Germaniæ Regnis succedit Ferdinandus III. jam superiori anno Romanorum Rex electus, bellorum quoq; hæreditatem adire necessum habuit. In his Bernhardi Vinariensis Virtus et felicitas immatura tamen morte obsignata, nec non Torstensonii Bannerii succidentis; ac deinceps Wrangelii prosperæ fortitudo excelluit; et Königsmarckius à capta Pragensis Urbis parte plura tentasset, nisi Pacis Osnabrugo-Monasteriensis mox Octobri 1648. conclusæ renunciatio eundem inhibuisset. Quæ quidem Pax post triennale gravissimum multisq; cladibus ac victoriis utrinq; nobilitatum bellum etsi Germaniæ exoptatissima fuit, impendio tamen stetit terræ

nobilis

nobilissimarum ac imprimis totius Asiatiæ: quæ Germanico Imperio avulsæ in Gallorum manus venerunt

§. 228. Eodem tempore cum confœderatæ VII. Provinciæ Belgicæ Pacem cum Hispano fecissent Monasterii; finibus Imperii exusserunt, Etiam Helvetii foederibus Gallicis subnixi per ejusdem Pacis tabulas in plenam libertatem asserti videntur.

§. 229. Ferdinandus III. 1608. natus, 1637. denatus cum Ferdinandum IV. Regem jam Ungariæ et Bohemiæ et Romanorum quoq; Regem anno 1654 amisisset, successorem Regnorum accepit LEOPOLDVM nostrum, suspectis Casimiro Poloniæ ac Friderico III. Daniæ Regibus contra Carolum Gustavum Regem Sueciæ submissis, ut et bello victoriis et Pace Ungarico Turcicis, defensa contra Gallos Germania, nec minus rara literarum gloria inclytum: Cui, nisi Pacem maturet, felicia in hostes, clementiam in Ungaros Evangelicos, favorem in literatos, et, quod caput est, tergeminam Sophiam masculam intimis fovemus suspiriis. Pacem denique auream Pacem Germaniæ à misericordia divina exoptat, quamvis deteriora præsagiat animus incredibilicum Germaniæ in Epicureismum ac Atheismum prolapsæ peccatorum conscius.

CAPVT II.

CAPUT II.
DE ELECTORIBUS IN GENERE, AC SPECIATIM DE ILLORUM VERIS ORIGINIBUS.

§. I. Hactenus de Imperatore, qui sic vocat, Romano ut et in genere de potioribus Provinciis ac Regnis, imprimis Germanico Imperio actum sit, egimus, & quantum illa brevitate licuit, Germanicorum Cæsarum Historiam, ut opinor, accuratam tradidimus. Nunc antequam ad Moguntinum Archi-Episcopatum & Principatum pergamus, de Electorum Origine ex genuinis Principiis disseremus.

§. II. Scilicet propinqui ab Imperatore Germanico dignitate, auctoritate, ac partim potentia isti sunt Germaniæ Principes, ab Electione Imperatoris qui vocantur Electores, germanice Chûr-Fürsten, aut significantius vetere Saxonico idiotismo à Kören, Kör-Förſten.

§. III. De horum Origine gravissima inter Eruditos agitatur controversia, dum plurimi ad Ottonis III. revocant tempora, alii recentiorem longe, ac circa Friderici II. ævum exatum asserunt.

§. IV. Qui ad Ottonem III. referunt, nituntur Sanctione illâ, quæ apud Goldastum, tomo 3.

Constitut. Imperial. & in ejusdem voluminis Kriegs Handlungen reperitur, in hunc sensum: Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem vendicato. Principes sex, Sacri ordinis tres, Profani totidem eum eligunto. Hi discordes si fuerint, Bohemiæ Regem coopstanto.

§. V. Et hujus quidem Sanctionis plerique Scriptores Pontificii non Ottonem ipsum, sed Brunonem Ottonis consanguineum, Georgii V. nomine celebrem Romanorum Papam Factionis Auctorem; ac scilicet eo privilegio voluerit restari gratum erga Germanos animum ob restitutum sibi in solenni restitutione (nam à Crescentio Patricio vi ejectus erat Româ) insignem beneficium. Quanquam alii Pontificem non tam condidisse velint constitutionem, quam approbasse atq; confirmasse.

§. VI. At verò si ostendi potest liquido, plerumos, qui Ottonem III. excepserunt, Cæsares non Speciatim à Septem ejusmodi Principibus, sed in universo ab omnibus Germaniæ Proceribus ac præsenti quoq; populo electos; aut sanctionem illam vel nullius apud posteros auctoritatis, aut subreptæ esse fidei, necesse est.

§. VII. Liceret jam nobis ex antiquissimis Scriptoribus omnium & singulorum Germaniæ Regum post Ottonem III. electionem seu illationem referre, ac luculenter demonstrare, usq; ad Fridericum II. neminem haberi, qui non cunctorum Germaniæ Principum, tam sacrorum, quam secularium, imò et Nobilium, ac Civitatum quoq; suffragiis electus fuerit: nisi id jam tam

fecisse

fecissent Onuphrius Panvinius elegantili-
bello de Comitiis Imperii Cap. 6. Christophor
Lehman. Chron. Spir. lib. V. cap. 17. Herm. Con-
ring. singulari (quæ quinta est voluminis Exer-
citationum Academicarum de Republ. Imperii
Germanici hoc ipso anno editi) de Septemviris
seu Electoribus, et proximè præcedenti de Duci-
bus & Comitibus, à §. 37. usq ad finem. Quib
omnibus, leviter tamen, præluxit Aventini
facula: ac ex ipsis Pontificiis præter cæteros
veterem sententiam impugnat Baronius.
Bellarminus etiam, qui tertio de Translatione
Imperii libro priùs subscripserat opinioni, in
Recognitione opusculi, Baronianis argumentis
motus eandem retractavit. Ut adeò nunc ne-
cessum non sit æstimare, quid in contrarium
scripserint Nicolaus Cisnerus Oratè sua de
Ottone III. Imperatore, ejusq; instituto concili-
orum Imperatoriorum & Septemviris Electo-
ribus, una cum aliis Historici argumenti
Oratoribus, Argentorati 1608. recusa: Chri-
stophorq GeWoldus Consiliarij Bavaricus
peculiari Commentario, de S. Rom. Imperii
Septemviratu, primùm Anno 1636. ac de-
nuò Ao 1721. edito: quem breviter, sed
accuratè confutavit Bernh. à Mallinckrot
Decanus Monasteriensis præclarissimo scripto
de Archi-Cancellariis S. Rom. Imperii, Ut tace-
amus Joh. Georg. Kiefferum & alios ejus farinæ
homines.

§. IIX. Non immeritò igitur Ottoniana sive
Gregoriana illa sanctio suspecta est Goldasto,

tangvam figmentum merum, antiquitatibus ad-
versum, & sane nemo Scriptorum ab Ottonis
ætate ad Fridericum usq; II. per duo cum dim-
dia secula hujus Constitutionis, aut ipsorum Ele-
ctorum mentionem facit. Nam Welberum
& Almandum, quorum istum Conradi II. Capel-
lanum creat, hunc Friderico II. a' secretis sue-
git Gewoldus, spurios esse Scriptores, luculen-
ter satis evincit Mallincrotius.

§. IX. Primus omnium qui Electorum facit
mentionem, est Martinus Polonus, circa Frede-
rici II. tempora Scriptor satis celebris, Innocen-
tii IV. pœnitentiarius, antequam Gnesnensem
in Polonia adiret Episcopatum vitâ defunctus
Bononiæ An° 1278. Verba Martini in Manuscri-
pto Bibliothecæ Salanæ hujus Academiæ, ita
habent: Licet isti tres Ottones per successio-
nem generis regnaverint, postmodum tamen
institutum fuit, ut per Officiales Imperii
Imperator eligeretur: qui Septem sunt. Scili-
cet tres Cancellarii, Moguntinensis Archiepi-
scopus Cancellarius Germaniæ, Trevirensis
Galliæ, & Colonien sis Italiæ, Marchio Bran-
denburgensis, Camerarius, Comes Palatinus
Dapifer, Dux Saxoniæ Marschallus, & Rex
Bohemiæ, Pincerna, Dux Bavariæ Cellarius.

§. X. Hæc Martini plurimis deinde Chro-
graphis, aliisq; Scriptoribus errandi ansam de-
derunt: cum tamen non id designare videat,
ac si statim post Ottones institutum, ut Im-
perator ab Officialibus Imperii eligeretur,

sed

sed potius id diu postea factum. Quomodo non ad Ottonem III. Sed ad ipsa Martini tempora praesens locus referendus sit, quod bene monuit Baronius tom. 10. annal. ad annum 999. numero 70. quem recte proinde Malincrotius, & nos quoq; sequimur.

§. XI. Caeterum si quae Martini Poloni aetate facta fuit constitutio, ut ab Officialibus Imperii eligeretur Imperator, inquirendum primo, quinam illi fuerint Officiales Imperii, & quenam illorum Origo. Emilio Chreggrane de VII. S. R. Imperii Officialibus 1623. 4.

§. XII. Cum Veteris Romanae, quae sub Imperatoribus erat Reipubl. officiis parum conveniunt haec ipsa officialium Imperii munera: at magis videntur respondere Christianorum Regum Francorum Regimini. Hos enim suos habuisse officiales, dubio omni caret. Ex Adelhardi (quem Caroli M. cujus & propinquus erat aetate veteris Corbejae Abbatem fuisse constat) de Ordine Palatii libro narrat Hincmarus Episcopus Remensis, primarium Ecclesiasticos inter Officiales fuisse Apocrisiarium, qui idem Cappellanus & Palatii Custos dictus, quem credibile est, ejusmodi officium habuisse, quod ille, qui Gregorio Turonensi passim referendarius audit.

§. XIII. Verba Hincmari licet ab aliis quoq; laudentur, merentur tamen & in hanc tractationem adscribi. Apocrisiarius, quem nostrates Cappellanum vel Palatii Custodem appellant, omnem Clerum Palatii sub cura & dispositione su-

regebat. Cui sociabatur Summus Cancellarius, qui à Secretis olim appellabatur: erantq; illi subjecti Prudentes et intelligentes ac fideles Viri, qui præcepta regia absq; immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illius fideliter custodirent. Post eos verò Palatium per hos Ministros disponebatur, Camerarium videlicet, Comitem Palatii, Comitem Stabuli.

§. XIV. Exculpimus igitur ex Hincmaro, primò Capellanum, deinde Summum Cancellarium, post Camerarium, indè Comitem Palatii, post hunc Comitem Stabuli, inter Ministros Regios fuisse. Et Camerarii quidem mentionem quoq; facit Auctor Annalium Francicorum à Petro Pithœo editorum ad Annum 828. Ludovicus Imperator, ingriens, Bernhardum Barcinonem Camerarium in Palatio suo constituit.

§. XV. Fuit & in his Ministris unus qui Magister Pincernarum diceretur, cujus laudati annales ad Annum 781. meminere his verbis: Directi sunt ad Legationem in Bajoariam & Bojariam de parte Regis, Ludolphus Diaconus, atq; Eberhardus, Magister Pincernarum.

Vid. Regino ad eund. annum pag. 28.

§. XVI. Qui audem Capellanus primò dicebatur, post Archi-Cancellarium fuisse appellatum, mihi valde fit verisimile: ac primum quidem Cunibertus Colonienſis Seculi IIX Episcopus eo titulo usus est, ex quo deinde varii hoc elogio fuere insigniti, donec sub Ottone I. cujus filius Wilhelmus Archi-Episcopus Mo-

Guntbig

guntinus creabatur, sedes Moguntina perpetuo Archi-Cancellariatus Jure ac honore mactaretur: quod tamen, num privilegio & Diplomate Cæsaris dicerto, an verò tacitâ sit factum consensione, haud æque constat. Id certum est, post Wilhelmum illum Archi-Cancellariatus nomen ac dignitatem in præsentem diem retinuisse Moguntiam.

§. XVII. Etsi verò Trevirensis quoq; et Colonienſis Archi-Episcopi titulum Archi-Cancellarii impetraverint: quâ tamen potissimum ætate, definiri exsertè negvit. Friderico 1. imperante Archi-Cancellariatum Italicum in Longobardico scilicet Regno ac Veteris Imperii Romani reliquiis fuisse in Episcopi Colonienſis manu, variorum Diplomatum subscriptiones monstrant: de quibus parte 3. Membro 3. legatur Mallinckrotij.

Vid. Mallinckrot. p. 36. 37.

§. XIIX. Archi-Episcopus Trevirensis ante Friderici 1. Tempora per Arelatense Regnum Archi-Cancellarius esse non potuit: quod istud à Carolo Calvo conditum, hinc per peculiares Reges aliquandiu administratum, postea ab Ottone aliisq; Cæsaribus Germanico Imperio junctum, sed iterum deinceps præpotentium Comitum rebellione nonnihil imperio subductum, demum Fridericus 1. ductâ Beatrice, Reinholdi Burgundi filiâ, recuperaverit. Vel istis igitur, vel proximè secutis temporibus hic Archi-Cancellariatus videtur institutus: quorum

vix luculenta ejus mentio ante Auream Bullam Caroli IV. extet: ac proinde nonnulli tunc demum hanc dignitatem Archi-Episcopatui accessisse autumant.

§. XIX. Nunc itaq; habemq; trigam Archi-Cancellariorum à Martino Polono designatam. Nam de Abbate Fuldensi non est quod sigillatim moneamus: quandoquidem is eo nomine non Imperii, sed solius Imperatricis sit Archi-Cancellarius. Restat ut de quatuor reliquis Officialibus Secularibus dicamus.

§. XX. Satis antiqua horum esse munera, excepta Hincmaro ac annalibus Francorum docent. Illamen probè observandum, negotiorum ea primum vel apud Cæsares Francicos, imò etiam Saxonicos, hæreditaria certis q; Familiis juncta fuisse. Ambulatoria enim illa ac benemerentibus voluntate Regum assignabantur. Et sanè quum pleriq; Ducatus, Palatinatus, ac Comitatus tam sub Francorum, quam Saxonicorum Cæsarum familia nondum facta essent hæreditaria, sed à Ducibus, Palatinis ac Comitibus, tanquam præsidiis & Legatis administrarentq; mirum non est, nec illa de quibus agimus, munera, eo ævo fuisse hereditaria.

§. XXI. Insignis hanc in rem locus est apud Witichindum Corbeiensem Monachum, Annalium gestorum sub Henrico I. & Ottone I. auctorem lib. 2. ubi Ottonis M. inaugurationem ac Coronationem quod excepit convivium, luculenter describit, his verbis:

Divina

Divinâ deinde laude dictâ, sacrificioq; solenniter celebrato, descendebat Rex ad Palatium, & accedens ad mensam Marmoream, regio apparatu ornatam, resedit cum Pontificibus, & omni populo: Duces verò ministrabant. Lotharingiorum Dux, Giselbertus, ad cujus potestatem locus ille pertinebat, omnia procurabat: Eberhardus mensæ præerat: Herimannus Franco Pincernis: Arnulphus equestri ordini, & eligendis locandisq; castris præerat.

§. XXII. Habemus in his Wittichindi quatuor Officiales: Giselbertum nempe Camerarium; Eberhardum Comitem Francum, non Bavariæ Ducem, ut autumat Geroldus, Dapiferum; Hermannum Pincernam; Arnulphum Mareschallum. Eorundem Officialium meminit Ditmarus Merspurgensis Episcopus lib. 4. Chronic. in Descriptione solennium Paschalium ab Ottone III. Quedlinburgi celebratorum, sequentibus verbis: Quatuor ministrabant Duces: Henricus (Bavarus) ad mensam, Conradus (Dux Franciæ orientalis) ad Cameram, Hecel (Palatinus) ad cellariam, Bernhardus (Dux Saxoniæ) equis præfuit.

§. XXIII. In sacris monumentis officiorum illorum memoria fermè nulla comparet, ut fermè ambigamus, an ungvam Henricus II. Ottonis III. Successor de his aliqvid constituerit: qvum tamen valdè in eo glorientur, ac jura sua in Electores seculares repetant Bambergenses Episcopi.

XXIV. Id quidem in aperto est, vel hodierno evo Seculares Electores quatuor investituram quandam Ministerialium Officiorum à Bambergensi Episcopo accipere. Sit verò distinguendum inter Officia ministerialia Imperatori ac Imperio assignata; ac ea quæ Bambergensi Episcopo attributa sunt. Electores enim, ut Imperii officiales eadem officia Bambergensi debent Episcopo, quæ Regi Germanorum seu Imperatori: quod minimum Henricus II. pro summo, quo Bambergensem à se fundatum Episcopatum complexus est, affectu, inter alia id quoq; dedisse dicatur Privilegii, ut quatuor Principes Imperii officiales iisdem Officiis ac Ministeriis Episcopo ministrarent, ac Imperatori. Et quia procedente tempore ex quatuor illis officialibus facti sunt Electores, investiti quoq; sunt à Bambergensi Episcopo laudatis Ministeriis, & locis quibusdam iisdem annexis: non tamen ratione Imperii, sed ipsius Episcopatus respectu. Unde in investiendi formula, non Archi-Camerarium, Archimarescballum Imperii exprimit, sed dah Oberst Cammer-Ambt dr6 Bisthß Bamberg, dah Ober-Marschall-Ambt dr6 Kayserl. Bisthß Bamberg, uti videre est in Linnæi ad Capitulationem Caroli V. Commentario, & Carpzovii Disputationibus Feudalibus. Autor dr6 ufgesatzten gegen-berichts auß den urkunden, dargegen vnder die Herren Grafen zu Löwenstein sind anderstheim, aubgesetzten Berichts, cap. 1. in princ. ita habet:

De Officio Marschalli in Episcopatu Bambergensi, quod ex ordinatione Henrici ab Episcopo Bambergensi in feudum cognoscat, testes sunt Frehez in Origg. Palatin. c. 15. Krigger de Sapor. non evocandi jure cap. 1. n. 87. & seq. Gewold de Septemviratu cap. 10. fol. 210.

Mit dem

Mit dem Bischt Bamberg ist geschehen
und Herkommen, daß, wenn die Churfürsten
des Heyl. Röm. Reichs Erz-Schenken, Erz-Truch
sassen, Erz-Marschall und Erz-Cämmerer
rein, auch also zu des Bischts Bamberg obrist
Erb-Schenken, Erb-Truchsassen, Erb-Marschall
und Erb-Cämmerer constituirt ordnung,
Solche officia aber haben höchstgemeldter
Chur-fürsten nicht bloßlich und allein den
Kayserl. sondern auch von ihren König-Reich und
Churfürstenthümen nothdürftige ansehnliche
Bücher dazu freywillig geschaffet, und zu
lesen aufgetragen, wie denn die alte Stadt
Praag zu dem Bambergischen Erbschenken
Ambt gehörig, Nürnberg aber, Wittenberg
und Lüttich zu denen andern dreyen
Bambergischen Erb-Ämbtern, und denen
gebührenden Verrichtung von denen alten
Chur-fürsten gewidmet, und offeriret sein
sollen, Addas Freher in not. ad Petr. de
Andlo fol. 201. item Gerold. de Septemviratu
cap. 10. fol. 208 & seq.

XXV. Impense igitur falluntur Bruschius
Peucerus, Spangenbergius, Wolffius, & si qui
sunt alii, investituram Electoralium non
modo officiorum, sed etiam Feudorum Electo
ratuum a Bambergensi Episcopo petenda scripsi-

gium illa ab ipso Imperatore per solennem investituram concedantur Electoribus. Aliquot scriminis ex eo quod clarum, quod vices Electorum in ministeriis ejusmodi, alii apud Imperatorem, alii apud Episcopum suppleant: uti pluribus docuerunt Marquardus Freherus, & Melchior Goldastus, et ex illis noster Strauchius Disertat. 3. epoteriarum cum quo conferenda, quae ad Lampadii satem III. cap. 4. §. 23. attulit Conringius.

Mart. Stapezy de Advocatia armata c. 5. n. 170. seqq. Andr. Knigge de Saxonū non provocandi iure cap. 1. §. 10. seqq.

§. XXVI. Quantumvis vero res ita se habeat, Origines tamen hujus investiturae ab Henrico Bambergensis Episcopatus Conditore descendentis nondum certo documento comprobatas miror. Ac multo magis miror quomodo Bambergensis Episcopus Saxoniae Electori per investituram conferre possit Wittebergam & alia loca Electoralia, quorum meminit formula apud Limnaeum, quam Johannes Georgius I. Anno 1623. investitus, mit dem Ober-Marschalck-Ambte des Hochstifts Bamberg und dessen Zugehörungen, Wittenberg, Schloß und Stadt Mühlberg, Schloß und Stadt, beyde an der Elbe gelegen, Linden dem Schloß, und dem Dörfern Eutzsch, Schwemsdorff, Nausigk und Galgasa, mit allen und jeglichen Zugehörungen, nichts ausgenommen, wie dann solche Stücke dann Churfürsten von Sachsen von des Hochstifts Vorfahren am Stifft gelehnet worden.

Consentit Hennings. in Tabb. Genealog. Sporte altera Secundi & tertii Regni in IV. Monarch. fol. 173.

Idem testatur in Archivio Saxonico Praefandarum Originale Crfan brieff de Ao 1272. worin mit diesen Worten Bischoff Friedrich zu Bamberg Hertzog Heinrichen zu Sachsen belehnt hat.

Ist also ein Churfürst zu Sachsen Ober-Marschal des Stifft Bamberg, und trägt das Ober Marschall Ambt vom Bischoff da selbst zu Lehen, Es hat aber einer unter Marschal, welcher von einem Churfürsten von Sachsen mit diesem unter-Marschalls-Ambt ein wissen beliehen wirdt.

Et tantum quidem de Bambergensi investitura, quo nos deduxit Henrici II. eorum.

§. XXVII. Ab Ottonis autem III. aetate usq; ad Friderici I. tempora vix quedam legas de his officialibus Imperatoriis: Ut non injuria inde cum Conringio colligas, officia istec aliquandiu non fuisse exercita, sed in usum demum revocata à Friderico I. qui praeter haec multa alia ad Imperii decus pertinentia restituit.

§. XXIX. Jam de Friderici I. conventu Moguntiae Anno 1182 celebrato ita Arnoldus Abbas Lubeccensis Chronici Sclavorum lib. III. cap. 9. Officium Dapiferi seu Pincernae Camerarii seu Mareschalli, non nisi Reges vel Duces aut Marchiones administrabant. Ex quibus non ineptè deducas, functos tum illis officiis planè istos, quibus & nunc ea sunt commissa. Nam ex Duce creaverat Fridericus Bohemiae Regem: Brandenburgensi etiam Marchionatui suum ornatum & robur concesserat. Palatinum quoq; Comitatum coepisse tum eminere, patet ex iis, quae Originum Palatinarum lib. I. cap. 10. Disseruit Freiberg. Nunc ergò Palatinos ad Rhenum Comites

Archi-Dapiferi; Reges Bohemiæ, Archi-pincernæ; Brandenburgenses Marchiones Archi-Camerarii; Saxoniæ Duces, Archi-marescalli officiis titulisq; (donec ætate nostra cum novo Electoratu novum Archi-thesaurarii munus emergeret) jam pridem eminuisse, extra controversiam est.

§. XXIX. Conringius tamen se fatetur ignorare, qui factum, ut Imperialia istæc officia (addit et Episcopalia) ad eosdem Principes pervenerint: nisi forte traditione aliqua (certa an incerta?) cæperit persvaderi, ita instituisse S. Cæsarem ipsum Henricum. Cæterum Officiales Imperii certos Friderician hoc ævo jam extitisse, ex eo probat vir laudatus, quod Conradus Urspergensis significet Philippo Friderici filio præter curiam officiales quosq; favisse. Jam autem Philippo Moguntinum ac Trevirensem Henricum Palatinum Comitem qui Ottonis IV. frater erat, ut & Brandenburgensem Marchionem addictos fuisse, constat.

§. XXX. Postquam igitur veras, quantum licuit, officialium Imperii Origines deteximus; nunc nostrum est monstrare, quando et quomodo ad hos officiales sola Regis Germaniæ electio devoluta. Primum omnium per solos officiales Imperii, atq; adeo per Septem-viros electum fuisse Henricum Thuringiæ Landgravium, Friderico II. oppositum, & mox Wilhelmum Hollandum, affirmat Conringius ad Lampad. part. 3. cap. 2. §. 15. Quos in eo Conringius secutus sit Auctores, nescio. In meas qui venerunt manus, in Hungaria

electione

electione, partim Electorum in genere (hos inter sunt Auctor magni Chronici Belgici, & Gobelinus in Cosmodromio) meminerunt: partim à quibusdam Principibus, non à Septemvirisve specialim electum memorant. Horum in numero sunt Albertus Abbas Stadensis ad annum 1245. & Auctor Chronici Augustensis ad annum 1246. Imò incertus Auctor fragmenti Historici Alberto Argentinensi ab ultimis pramissi diserte complurium facit mentionem. Verba sic habent: Principes verò Allemanniæ, scilicet Archi-Episcopus Moguntinus et Coloniensis & Trevirensis, cum cæteris Episcopis, Argentinensi, Metensi, Spirensi, & aliis, elegerunt apud Herbipolim Henricum Landgravium Thuringiæ in Regem. Aventinus lib. VII. Annal. Bojorū, pag. mihi 422. addit Bremensem Episcopum, & Brabantiæ Ducem, his verbis. Hainricus Augusto rebellat, & à Sigefrido, Moguntino, Arnoldo Trevirensi, Conrado Agrippinensi, Geroldo Bremensi, Archimystis, Petro Capucio, Legato Romanensi, Regulo Brabantiæ, Cæsar salutatur. De Wilhelmo Hollando sic Albertus Stadensis ad Annum 1247. Wilhelmus frater Comitis Hollandiæ à quibusdam Episcopis & Comitibus in Nussia in Regem Romanum ad Gubernandum imperium est electus. Auctor modo dicti fragmenti Wilhelmum ab Episcopis in Regem electum scribit. Utrique asserant alii, nondum sanè à Septemvirisve certis electum vel Henricum vel Wilhelmum reperi.

§. XXXI. Interim fundamenta ejusmodi Electionis, quæ usu postea obtinuit, hâc tempestate facta vel ex eo colligo, quod fragmenti illius Auctor de Conrado, Friderici II. filio Patris operâ in Regem electo sic commentetur ad annum 1237. Imperator venit ad Civitatem Viennæ, ubi etiam Conradum filium suum de uxore transmarina genitum, elici fecit in Regem, quem elegerunt Archi-Episcopus Moguntinus & Trevirensis, & Rex Bohemiæ, & Dux Bavariæ, qui & Comes Palatinus Rheni, consentientibus cæteris, qui aderant, tamen paucis. In hac electione duos deprehendimus Archi-Cancellarios, duosq; seculares officiales, Archi-pincernam Bojemum, & Comitem Palatinum Archi-Dapiferum. Desiderantur tamen Colonienſis, Marchio Brandenburgenſis & Dux Saxoniæ.

XXXII. Interea negari nequit Henricum Landgravium ac Wilhelmum, suasu potissimum Innocentii IV. Papæ, qui & priorem pecuniâ contra Fridericum juvit, electos. Unde fortasse conjicere est, si quid hac tempestate in electione Germanorum Regis mutatum, Pontificum no-
vum tribuendum. Atq; eò inclinat quod Conringius, annotationibus ad Lampadii partem 3. cap. 2. §. 15. ubi hæc: Hæc in universum omnium Ordinum jus ad solos illos Septemviros est tractum; quantum conjicere ex arcanis Romanæ curiæ, (cujus interat ad paucas electionem referri, quod facilius possint

pauci ad nutum curiæ componi, quàm numerosa eligentium multitudo) figmento passim omnibus persuaso, quasi ita fuerit olim constitutum, Ottone III. Imperatore, & quod post non fuerit observatum, id vitio factum fuisse.

§. XXXIII. At enim, annon de his curiæ Romanæ artibus certa quædam habemus documenta? Pauca, fateor, aut si quæ sunt, injuria temporum periere. Unicus super est Matthæi Parisii Anglicani Monachi, planè hoc ipso ævo Florentis locus in annalibus. Quandoquidem ipse Auctor non est ad manus, verba ejus, prout citat Mallincrotius, erudito de Archi-Cancellariis opusculo, asseremus. Magnates Alemanniæ " " non tamen Electores Imperatorum. Rex Bohemiæ. Dux Lotharingiæ. Dux Brunesvickiæ. Dux " Svaviæ. Landgravius Thuringiæ. Dux Lemburgiæ " Dux Carinthoniæ. Dux Saxoniæ. Comes de Gelriâ. " Electores Imperatorum. Laici, Dux Austriæ. " Dux Bavariæ. Dux Saxoniæ. Dux Brabantiæ " Dux Juliæ & Lovaniæ. Prælati Principales. Archi-Episcopus Colonienſis. Archi-Episcopus Mogunting. Salzbergen. " Isti ducentur in insulam quandam Rheni, & dimittentur soli in illa, & amovebuntur omnes " naviculæ, & ibi tractabunt de electione Imperatoris: nec adveniet ad eos aliquis, donec omnes " sint concordes. Huic negotio præerit Archi-Episcopus Colonienſis, secundo Mogunting, 3tio Salzburgen. " Isti à Domino Papa directa est diligentissima " admonitio, cum supplicatione, ut sibi alium Imperatorem eligerent, promisitq; ei sui & totius "

Ecclesiæ consilium & auxilium, & principio
sub spe potioris successus, M.D. librarum argenti
Prævenit autem & prævaluit Friderici disvasio,
gri eris, et maxime Duci Austriæ vinculo affini-
tatis est confoederatus: unde monitis aut preci-
bus papalibus Electores minime paruerunt.

§. XXXIV. Attamen Conringius animadver-
onibus in Bullam Innocentii X. qva utrum jus
ctum Pacis Germaniæ viribus reddere ille con-
tus est cap. VI. pag. 193. ab indocta aliqvâ manu
in Chronicon Matthæi intrusa suspicatur, quod
et inepta, nec cum antecedentibus consequentibusve
cohærentia sint; sed et is, qvi Matthæi editioni
Parisiensem curaverit, inter variantes lectiones
annotet, totum illud de Electoribus in manuscri-
ptis Codicibus margini adscriptum, & a Paridis
Historia alienum esse.

§. XXXV. Verum licet demus, genuina hæc
esse Matthæi, nihil tamen exin Romanæ sedi
accedet Juris: Et si hunc locum unice in spec-
toris sacrario habuit Innocentius X. nec
fas, nec jus, nec æqvum erat, in sanguinaria
Bulla sua scribere: Numerum VII. Electorum
Imperii olim Apostolicâ auctoritate præfinitum
esse. Nam profectò non præfinivit Innocen-
tius IV. sed admonuit, sed supplicavit, sed Ger-
niam Germano Principi subministravit. Et
qvid præfinivisset is, cujus monitis aut precibus
papalibus Electores minime parverunt.

§. XXXVI. Qvid ergò dicendum? An nullo
sic agnoscamus curiæ Romanæ artes? Imò ver-
ut ut non satis ab Historicis demonstratas. Nim-
rum salvâ aliorum sententia sic sentio: Jam tum

Innocentium III. Jus sibi quodam ac potestatem circa electionem Germani Regis, qui simul Jure Imperator Romanus futurus erat extra Latione Imperii ad Francos male arrogasse: ejus vestigiis institisse cæteros, imprimis Gregorium IX. ejusq; Successorem Innocentium IV. Et hunc quidem Autorem & Fautorem Electionis Henrici Landgravii, quum pauciores essent Principes qui illum qui eligerent, cæteris Friderico II. fidem adhuc habentibus, ratihabuisse ac confirmasse hanc a paucioribus factam electionem, ac procedente tempore invaluisse consuetudinem a paucioribus eligi Regem Germanorum. Quod si verò dixeris, plures adfuisse præsentes, qui non elegerint, eosdemq; id egre procul dubio tulisse, recte respondendum, horum forte permissu, quo res procederet celerius, paucos, & in his officialium plerosq; Henricum ac deinceps alios elegisse: & si Dux Brabantinus ac Salzburgensis Archi-Episcopus primum inter Electores fuerunt, mox cæteros officiales horum locum occupasse. Principes verò cæteras, utpote molestiis ac difficultatibus variis liberatos, sensim modo hujus electionis assensum dedisse. Ure quidem si ita se haberent, liberari posset locus Engelhusii, quem sollicitavit Conringius, sic habens: Ipse (Innocentius IV.) contra Fridericum Imperatorem ordinat eligi Henricum, & eo mortuo Wilhelmum, & ut sic fieret, Alemannis confirmavit in perpetuum auctoritatem eligendi Imperatorem in concilio Lugdunensi. Quam diu tamen Pontificii non attulerint graviora, quam Parisii, testimonia facilè assentior Conringio, non solemnem fuisse illam, sed tacitam confirmationem

§. XXXVII. Cæterum non video qui conciliari possint dicta Conringiana in his animadversionibus, quod ante Innocentii IV. tempora obtinuerit Septem Viratus Electoralis, cum Annotatis ad Lampadium, ubi primum omnium per solos Officiales Imperii electum scribit Henricum Landgravium, & mox Wilhelmum Hollandum. Nam non nisi sedente Innocentio, ac eo quidem instigante, Henricus & Wilhelmus electi fuerunt. Sed in animadvers. insistit Conringius primum Speculi Saxonici, deinde Abbatis Stadensis scilicet in locum Speculi Saxonici, quem et laudat Conringius in Dissertatione de Septemviris seu Electoribus Imperii Germanici §. 30. alias inquirimus. De Alberto id monendum, dicta ejus non simpliciter referenda mihi videri ad annum illum in quo versatur Abbas seculi XIII. quadragesimum, sed indefinite ad tempus, quo inscripsit historiam: quod fieri potuit vel post annum, in quo finit LVI. Nam forte diutius vixit Albertus, sed aliis occupatus Chronicon non continuavit: ut de eo nihil dicam, in ipsa Chronologia parum accuratum esse Albertum quod Lambecius in Historia Hamburgensi et nos quoq; in Bardewicensi ostendimus.

§. XXXVIII. Adscribemus locum Alberti: Papa Gregorius insolentias Imperatoris contra Ecclesiam metuens, Principes super electione alterius sollicitavit, sed nihil profecit, quia quidam Principum ei rescripserunt: non esse sui juris Imperatorem substituere, sed tantum electum a Principibus coronare. Electio n. ad istos dicit sententia

Ex prætaxatione Principum & consensu eligunt Imperatorem Trevirensis, Moguntinus, et Coloniensis. Trevirensis enim licet de Allemannia non sit, ratione antiquitatis eligit. – Palatinus eligit quia Dapifer est, Dux Saxoniæ quia Marescallus & Marggravius de Brandenburg, quia Camerarius. Rex Bohemiæ, qui Pincerna est, non eligit, quia non est Teutonicus.

§. XXXIX. Et sic quidem se habuit Electio Regum Germaniæ ad Carolum usq IV. cujus felicibus auspiciis Bulla Aurea Electionem Regis sive Imperatoris Germaniæ VII. Principibus Imperii Officialibus pragmaticâ lege firmans. Exstant in hanc Bullam Limnæi Dieterici & Kumelini, ut & in partes ejus aliquas Gerlaci Buxtorffii Commentaria: nec inelegantes notæ sunt Historicæ, quas in eam scripsit Mindensis Syndicus Jac. Andr. Crusius: quæ habentur in Opusculis variis Politico Juridico-Historicis. Laudatur etiam Petri Osermanni Consiliarii Imperialis & Moguntini Epitome Aureæ Bullæ Methodica.

§. XL. Observabis autem hanc ipsam Auream Bullam docere, non ex Decreto quodam vel Imperatoris, vel Papæ, vel utriusq; Septemviratum illum Electoralem coepisse: sed tantum Principes Electores ad electionem juxta laudabilem antiquam consvetudinem habuisse proficisci. Male igitur Justus Gebhard in Discursu de S. Romani nationis Germanica Imperio: una cum aliis a Nicolao Hamelio in Nucleo Discursuum sive Disputationum

in jus Publicum, Giessæ Anno 1620. editorum, sic scribit: Electoralis Collegii Auctorem si quæras, et de moderna Septemviratus constitutione investigationem si instituas vix alium cum Beutero monstraverim, quam Aureæ Bullæ conditorem Carolum IV. qui septenarium numerum Septenariumq; primus sic absolvit, ut essent tres Ecclesiastici, quatuor Politici. Quanto rectius Antonius Contius de Jure Imperii Germanici §. 47: Nec absurdus mihi videor, si Electores sensim coepisse, consuetudine vero jus certum familiis acquisitum, per Carolum IV. confirmatum dicam plenissime

CAPUT III.

DE ARCHI-EPISCOPATU MOGUNTINO & MOGUNTINIS ARCHIEPISCOPIS & ELECTORIBUS.

§. I. Moguntia antiquissima est Civitas, Tacito, Vopisco, Ammiano, Ptolomæo, jam tum memorabi-

§. II. Apud laudatos, aliosq; Veterum nomen Urbi variat: frequentius tamen reperitur Maguncia cum, & Mauncia: ut non inepte' fortasse Suspicetur Nicolaus Serrarius, Moguntiacarum rerum lib. 1. cap. IV. id accepisse a' tribus rivis, Na, aut Mon, Gon aut Gonzo, & Cia: qui super fint hodie' in Rhenum defluentes singuli, a' Septentrionali vicinia Moguntiam veniendo, eundem ipsum tenentes ordinem, quæ nominis exprimant Syllabæ. A Moeno qui derivant, non perpenderunt forte', fluvium hunc ante Güntherum Ligurinum ac Reginonem Prumiensem Megum, aut Mogum non appellari.

§. III. Abbas Ursbergensis Moguntiam a' Claudio Druso (is Liviæ filius, Augusti privignus ac frater erat Tiberii, qui decessit in Germania) exstructam refert: quo pene' inclinat etiam Otto Frisingensis. Et fieri tum id potuit, cum insignem a' validissimis Germanorum populis, paucis ante natum Christum annis, reportasset victoriam. De Druso sane' refert Florus

lib. 4. cap. 12. partâ victoriâ per Rheni quidem ripam quinquaginta castella direxisse. Atq; hæc certissima origo est plusculorum oppidorum urbiumq; in Gallica Rheni ripa quæ visuntur hodiè: de quibus multa scitu digna & jucunda in Germaniâ antiqvâ affert Phil. Cluverius.

§. IV. Flavio Vespasiano imperante Moguntiam diripuit vastavitq; Civilis Batavus, qvam, Civili digresso Romani reparavunt: qvod haud obscurè indicat Tacitus IV. Histor. Aliud deindè à Barbaris, nescio qvibus, passa infortunium, sed respirare fecit primò qvidem Probus Imperator, prout innuunt Vopiscus & Eutropius deindè ante Apostasiam suam Julianus, qvi teste Ammiano lib. 16. Moguntiam veniens eam cum suæ in Germaniam trajectionis et expeditionis principium statuisset, communivit.

§. V. Prima Moguntinis Christianismi semina sparsisse dicitur Crescens seu Crescentius S. Pauli Discipulus. 2. Tim. 4. memoratus. Qvod fieri posset vero simile, qvoniam ille Eusebio in Ecclesiastica Historia memoretur à Paulo in Galliam missus: Galliæ autem olim accensebat Germania, saltim Cis-Rhenana. Alt verùm qvam diu luculentiora non habebimus de eo fundamenta, tantum abest, qvi credamus Sarario, sufficere Crescentium Episcoporum Moguntinæ sedis primum, ut ne qvidem his in terris prædicasse existimemus. Vix enim ante Secundum seculum Germania Catholicis patuit Ecclesiis: Unde infacili est, judicare, qvænam certitudo XVI. Episcoporum Crescentis Successorum. Tam longè tamen

non abit iste numerus à vero, quàm quadragenarius Præsulum Moguntinorum à Schrario defensus. Quis enim credat, per turbulenta illa tempora ac seculis imprimis quarto & quinto, quibus innumerabilis Germanicarum Gentium, idololatriæ addictarum, vis suis egressa finibus, Romani Imperii Provincias occupavit ac miserè vastavit, Successionem Episcoporum semper ibi constitisse?

§. VI. Certè quantopere hi populi afflixerint Mogontiam, testis est Hieronymus, ad Geruntiam sive (ut alii legunt) Ageruchiam scribens: Magentiacum nobilis quondam Civitas capta aliquot subversa est. Et seculo quidem V. Crocus Vandalorum Rex apud Magontiam ponte Rhenum transiens (ita sunt Eunodii initio libri III. verba) ipsam urbem miserabiliter delevit.

§. VII. Respiravit indè paululum, donec Attilæ flagellum, perindè ac plures aliæ civitates, degustaret. Hæc tum quidem profligatâ fide Christianâ cis Rhenum (nam trans Rhenum regnabat Paganismus) tam altas idololatriæ radices egit iterum, ut de illa suo adhuc tempore, h. e. octavo seculo, queratur Bonifacius.

§. VIII. Huic tamen tollendæ egregiam navavit operam idem ille Bonifacius, à Bonis operibus ita Romæ nuncupatus, cum primum Winifridus vocaretur. Is enim, ceu Adamus Bremensis lib. 1. scribit, natione Anglus, Apostolicæ Sedis auctoritate fultus, Legationem ad Gentes suscepit, Teutonumq; apud populos Ecclesias doctrinâ virtutibus illustravit. Quorum etiam Provincias ac Episcopatus distribuens

Contra Bonifacium vid. quæ assert Schoockius Fab. Hamel. part. 3. cap. 3. pag. 209. 210.

Vid. Annal. Fuld. ad an. 719. p. 2. 717. p. 1.

seorsim Francos cis Rhenum, Hassones ac Thuringos, qui Saxonum confines sunt, primitiva quodam laboris sui fructu Christo & Ecclesiæ acquisivit.

§. IX. Atq; hic Bonifacius primus est Archiepiscopus Moguntinus, non a' Papâ (cujus perpetuus manebat legatus) sed a' Caroli M. Patre Pipino, ejusdemq; fratre Carlomanno in hanc dignitatem evectus, Anno circiter 747. Quæ de re Otto Presbyter in vita Bonifacii, lib. 1. cap. 44. Gewilieb (hic erat Episcopus, homicidii a' S. Bonifacio accusatus) depositio, statim S. Bonifacius a' supra dictis Principibus Carlomanno videlicet & Pipino, fratre ejus, Ecclesiæ Mogunciacensi præficitur: et ut ejus dignitas eminentior foret, decreverunt iidem Principes Ecclesiam Mogunciacensem, quæ prius alteri subjecta erat (Wormatiensi sc.) Metropolin omnium in Germania positarum Ecclesiarum efficere.

§. X. Probavit hoc institutum Zacharias Papa, qui ad Bonifacium sic scripsit: De eo autem, quod suggesisti, quod elegerunt unam Civitatem omnes Francorum Principes, sertinentem usq; ad Paganorum fines, & in partes Germanicarum gentium, ubi antea prædicasti, quatenus ibi sedem Metropolitanam perpetuo habere debeas, & inde' cæteros Episcopos instruere ad viam rectitudinis, & post tui successoris perpetuo jure possideant, hoc quod decreverunt nos lato suscipimus animo, eò quod ex Dei nutu factum est.

Et post pauca: Qui tibi ipsi Principes Francorum etiam in hoc adjutores exstiterunt, retribuat illis omnipotens Deus vicissitudinis præmium & innumera largiatur bona. Servavit hanc Epistolam Othlo lib. 1. cap. 7.

§. XI. Papalem accessisse confirmationem, idem Othlo testis est, his verbis: Maxq; legatione facta illud a' Præsule Apostolico impetravere. Non utiq; ea fuisset opus, nisi ipsius Bonifacii persuasione Anno 742. Galliæ Metropolitani consensissent, in posterum pallia Archi-Episcopalia qvæ antea unusquisq; confici sibi curaverat, a' Romana sede qværenda esse. Nam ante hæc Episcopi æqvè ac Archi-Episcopi vel a' solo Principe, vel simul a' Clero & populo constituebantur. Sed ex qvo pallia Metropolitica petiverunt Roma, munus Archi-Episcopale a' Romanæ sedis consensu insolitâ hactenus ratione capit qvadantenus dependere, q. alioqvin non fuisset necessarium: qvæ de re eleganter disserit Blumius, exercitatione eruditâ, de Constitutione Episcoporum Germaniæ, qva Præside Conringio prodiit. Ipsa tamen Pallii concessio nihil aliud tum fuit, qm amica qvædam approbatio, non autem ullius Sacræ Jurisdictionis largitio. 742.

§. XII. Etiam illud Pallium Metropolitis a' Pontifice gratis dabatur: ut adeò qvum Bonifacius sinistra qvædam hac de re accepisset, non dubitaret corripere Zachariam, qvi tamen inter alia sic se purgavit: Absit a' nobis, et nostris Clericis, ut donum, qvod per Spiritus S. gratiam suscepimus, precio vendamus, qvia illa tria pallia, pro qvibus te suggessisti, ut prædiximus, flagi-

tali sumus, nullum expetentes commodum, tradidimus. Insuper & chartas, quas secundum morem à nostro scrinio, pro confirmatione & doctrinâ, de nostro concessimus, nihil pro eis accipientes. Servavit hanc Epistolam Othlo lib. 2. cap. 12.

§. XIII. Atq; apud eundem Othlonem, lib. 2. cap. 15. confirmationem Papalem legas, in quâ & hæc habentur: Idcirco autoritate B. Petri Apostoli sancimus, ut supra dicta Ecclesia Moguntia, perpetuis temporibus tibi & successoribus tuis in Metropolin sit confirmata, habens sub se has civitates, id est, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem Christi lumen cognoscere fecit. Ex quibus patet, ipsam quoq; Agrippinam Coloniam, quæ postea itidem Metropolis facta antea, ceu loquitur Albertus Stadensis, pag. 33. & tam Moguntinæ, quam Colonienſis Ecclesiæ subjecta fuerint Wormatienſi: ac perperàm Abbas: Quare autem Wormatienſis Ecclesia tali privata fuerit dignitate, à memoria hominum est elapsum, dicitur tamen illud ob quoddam valdè enorme factum illius Ecclesiæ Episcopi contigisse. Vide atq; etiam alia Zachariæ Pontificis Epistola apud Othlonem lib. 2. cap. 8.

§. XIV. Fundavit Bonifacius Monasterium Fuldense, ac confirmavit fundationem Zacharias Papa: uti patet ex Diplomate apud Othlonem lib. 2. cap. 16. & pluribus in hanc rem inquirit Christoph. Browerus in Fuldenſibus Antiquitatibus.

Marc. Scotus ad an. 744. p. 436.

§. XV. Aliqvot etiam Episcopatus idem Bonifacius constituit: & in Francia qvidem Orientali Wirceburgensem, ubi Burckardus primus fuit Episcopus. In Bojaria Eichstedensem, cui Wilibaldum praefecit Episcopum. Sed et in Hassia inpta Frizlariam, ubi itidem Ecclesia a' Bonifacio condita, Buriburgensem Episcopatum collocasse dicitur, Evangvam, qvod et qvale fuerit Oppidum Buriburgum, nondum forte constat. Qvemadmodum & de Erfordiensi Episcopatu omnia sunt incerta: ut videre est apud Serrarium lib. III. notatione 29. Origines tamen Jurisdictionis qvam in Erfortum postea sibi arrogarunt Moguntini Praesules (jurene an injuria pro tempore taceo) ab his temporibus repetenda sunt.

Vid. Annal. Franc. Fuld. ad an. 746. pag. 5. Marian. Scotg. ad an. 746. p. 436. 6.

§. XVI. Anno 754. S. Bonifacius in Frisiam ad Christianismum, a' qvo defecerat, revocandu abiturus, S. LULLVM, qvi fidelissimus Praedicationis & laboris sui Comes exstitit, cujus probitatem, omni dignitate condignam satis agnovit, cum consensu venerandi Regis Pipini, nec non Episcoporum & Abbatum, atq' Canonicorum, omniumq' Procerum ad suam Dioecesin pertinentium, pro se Episcopum elegit & ordinavit, qvae ipsissima sunt Othlonis verba lib. 2. cap. 23.

§. XVII. At vero' seqventi Anno a' Frisiis Idololatris circa villam Dockinge, cum Sociis Adelario & Eobano occisus, coronam martyrii accepit Bonifacius, ac Trajecti primum sepultus, mox a' Lullo repetitus Fuldae humatus fuit.

Sanctus Bonifacius.

§. XIIX. Vitam Bonifacii quinque Veterum scripsere, in quos initio libri III. inquisivit Serrarius, qui omnium exactissimè de vita Bonifacii commentatus, Othlonis quoq; scriptum Monachi Sanctiacarum rerum operi inseruit. Ipse etiam possidet manuscriptam legendam de S. Bonifacio, quam quidem, si nondum, quòd putat Clarissimus Maderus prodiit, observationibus illustratam aliquando in lucem dabo. Germanicè Bonifacii vitam non ineleganter consignavit Joh. Lezerus, Ecclesiastes Lutheranus, quem Serrarius Virum minimè fucatum vocat.

§. XIX. Cæterùm Bonifacii Successor Lullus conceptum fortè à Bonifacio opus struxit Herolfesfeldense Coenobium (Hirschfeld in Hassia) & in potentem Abbatiam postea emersit. Dedicavit Laurishamensem Ecclesiam. Vid. Chron. Laur. ad an. 777. pag. 60. Obiit Lullus Anno Dni. DCCLXXXVII.

§. XX. Hunc excepserunt tempore Caroli M. RICHOLPHUS, (de quo vid. Mallinc. de Archi-Can. cell. pag. 11.) & Ludovici Pii ætate HAISTRULPHUS & OTGARIUS, á quo Haraldus Daniæ Rex Anno 827. baptizatus, Vid. Auct. compil. Chronol. á Mad. edit. p. 120. ad an. 826.

§. XXI. Postea ex Fuldensi Abbate Archi-Episcopus renunciatus est RABANUS Maurus, Vir multiplici rerum cognitione excellens, Theologus eximius, Philosophus summus, Poëta pro illo ævo non vulgaris. Plures scripsit libros, quorum Catalogum post Trithemium alios exhibet Serrarius. Eodem quo electus, anno jubente Ludovico Rege Synodum habuit Moguntiæ, cujus annales Fuldenses meminere ad an. 847. Decessit Anno 856. Moguntiæ sepultus. Sed superiori Seculo Albertus Archi-Episcopus qui simul & Magdeburgensis Archi-Episcopus erat ossa Rabani Hallas in Saxonia translata in basilica castri Mauritiani recondidit.

§. XXII. Rabano successit CAROLUS, Pipini Aquitaniæ Regis filius, magis ex voluntate cognati Germaniæ Regis Ludovici & Consiliariorum ejus, quam ex consensu & electione Cleri & populi, ut loquuntur Annales Pithoeani ad annum 856. Decessit KAROLUS anno 863. Vid. annal. Fuld. p. 28.

§. XXIII. Huic Anno DCCCLXIII. mortuo Ludovicus Rex Germaniæ suffecit LINDBERTUM, doctum ac sapientem Virum, qui Lothu-

rio Cæsari a' Tetberga uxore ad Waldradam Concubinam divertenti restitit; ac a' Carolo Crasso tum juvene Francofurti dæmonium ejecit Anno 873, ubiq' Anno 8CCCLXXXIX

§. XXIV. Sospone Thuringorum Duce & Arnulpho Rege annuentibus Anno 891. Succedit Sunco, Vir religiosus ac singolex sacris literis sufficienter instructus, qui in Fulda monasterio sub regimine Abbatis ab ineunte ætate nutritus & conversatus erat, (vid. Regino ad an. 889 p. 66. Annal. Fuld. ad an. 891. p. 5.) Lambertus eum Sunderoldum vocat; Wormatiæ tandem a' Normannis trucidatus est de quo Sigebertus ad an. 895. Sunderoldus Moguntiæ Archi-Episcopus a' Normannis Wormatiæ martyrizatur.

§. XXV. Postea HATTO ex Augiensi Abbate Archi-Episcopus fit, obscurus genere, acutus ingenio, qui Albertem Comitem Bambergensem Conradi Comitis, qui Pater erat Conradi Cæsaris, interfectorem suâ perfidiâ ad Ludovicum Regem Arnulphi filium, deductum, pervertit: ut Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacensis, Suffridus Misnensis, alii' memorant. Si Martinopolitano Conradi Regis cum Henrico Aucupe prælio cæsus occubuit (quod ex Ottonis Frisingensis lib. VI. Chron. cap. XIIX. colligit) perfidiæ insimulavit quoq' Henricum, sed in tempore detecta suas luit. Scribunt alii' eum & corpore et anima a' Dæmonibus in Æthnam Siciliæ

Ludovicum Arnulphi filium Obingæ baptizavit Annal. Fuldens. ad an. 893.

Wibichindg Corb. Lindisporn. lib. 2. c. 3. Alb. Stadens.

Vid. Autor Compilat. Chronolvg. tom. Scriptor. ad an. 914. pag. 731.

flammivomum montem abreptum esse, cum tali clamore: Sic peccata lues, atq; ruendo rues.

XXVI. Henrico Aucupe Imperante Moguntiam Metropolin rexit HERINGERUS, quo anno 924. extincto, post interstitium aliquot annorum, in quibus fortè Rupertus procuratorio nomine Archi-Episcopatui præfuit, HILLIBERTUS successit, qui Ottonem M. coronavit Aquisgrani, contradicente primùm, quod in suâ esset Diœcesi, mox consentiente Coloniensi Archi-Episcopo. Refertur ejus mors à nonnullis in annum 936. ab aliis in annum 938.

De Hildeberto vid. Johan. ap. Mallinc. de Archicancell. pag. 26. Witichind. annal. lib. II. p. 15. Ditmar. lib. 1. pag. 18 & 38. Vossius de Historia latina l. 2. cap. 40. pag. 344.

§. XXVII. Huic cum applausu populi & cleri ab Ottone I. Successor dabatur FRIDERICUS Giselberti Ducis Lotharingici filius: (vel potius Fratter vid. Mallinc. de Archicancell. pag. 27. Ditm. lib. 2. p. 38) qui dum Ottoni promotori adversatur, et se et Moguntiam suam variis involvit difficultatibus, quibus tandem et vitâ ipsâ Anno 954. defunctus est. Nescio an hunc intellipat Auctor compilat. Chronolog. à Madero editus, ad an. 938: Archi-Episcopum Moguntinum civitate obsessâ cepit & incarceravit.

De hoc Friderico reperitur alibi in Diplomatibus apud Leibnitz de Stapula Mag. Deb. n. an. 937. 939. 940. 944. 946. 947. 954. Witichind. lib. 2. pag. 18. 23. Luithpr. Hist. lib. 4. c. 14. p. 137. c. 18. p. 139.

§. XXVIII. Hunc consequitur WILHELMUS, Ottonis I. ex Editha Anglicana filius, Ottonis II. Fratris informator. Alii verò illum ex Slavonica captiva natum volunt, ita Auctor Justitiæ Protectionis Saxonicæ in Civitate Erfurtens. an. 1663. editæ p. 3. 4. Neq; Historici, ingrit, qui

De Wilhelmo vid. Ditmar. lib. 2. p. 38. Vossius de Histor. latin. lib. 2. cap. 40. p. 346.

in testimonium vocantur, aliud dicunt, quàm Ottone Imperatore absente Gvilielmum filium Archi-Episcopum Provinciis ejus, et nominatim Thuringiæ præfuisse, sive eam tenuisse. Moderatè ille judicavit Cameræ Imperialis assessor, cujus sententiam edidit Gylmannus, traditionem hanc esse incertam; cordatius tamen dixisset, nullam & vanam, neq; magis veram, quòn Gvilielmum istum legitimum fuisse Ottonis I. filium ex Editha Anglicâ progenitum: accuratissimi enim Scriptores Naturalem ex Slavonica captiva genitum memorant. Quali quidem nobilissimas Provincias à Parentibus dari jam illo seculo nefas & turpe in Germaniâ certè habebatur.

Hic Archiepiscopus, ut supra est Ostensum, Archi-Cancellariatus dignitatem Moguntinæ sedi intulit. Sub Ottone Cæsare, quum passim regalia sibi vindicarent majorum gentium Episcopi, sanguine Regio natis non mirum, si et Moguntinus Archiepiscopatus Provinciarum & Jurisdictionis sensim incrementa, Clericis per Jurisdictionem Ecclesiasticam ad civilem paulatim grassantibus. An verò hic ipse Wilhelmus Hassiam et Thuringiam rexerit, quod ad Lampad. part. 3. cap. v. 3. 2. scribit Conringius, alterius est indaginis, dabiturq; aliàs hanc in rem peritiùs inquirendi occasio, ac tum quoq; examinabimus sequentia Autoris de Landgraviis Thuringiæ verba, apud Pistorium tomo Germanicorum Scriptorum cap. x. p. 911. Wilhelmus Archi-Episcopus XIV. Thuringiam intravit; & in Erfordia multos nobiles pro defensione terræ locavit, quibus multa bona in Thuringia largitus est.

Diplomata apud Leuber. de Stapula Saxon. meminere hujus Wilhelmi an. 962. 965. 966.

Sub hoc Wilhelmo Moguntinæ Ecclesiæ gravecunq; jus in Pragensem Episcopatum natum esse credo ex ordinatione illa, quam volentibus Ottone Cæsare, ac Boleslao Duce Bojemorum, contulit. Recentinâ morte paulò antè excessum aviæ Mathildæ obiit Wilhelmus anno 968. Vid. Dithm. l. 2. pag. 27.

§. XXIX. Tum II. Ottonis operâ in thronum Moguntinum subvectus fuit HATTO II. cui ab aliqvibus Bonasi nomen tribuitur. Hunc illum esse volunt, qvi sit à muribus devoratus: qvod tamen per integra VI. capita libri IV. Rerum Moguntiac. impugnat Serrarius, à nostratibus Theologis, aliisq; Scriptoribus ac in his à Zeillero Dialogo 95. castigatus. In ultrâ partem de eo disputat Auctor libelli germanici propemodùm ludicri, Francofurti 1618. editi qvi inscribitur Der Mäuß-Thurn. Buccelinus Hattonis mortem refert in ann. 969.

§. XXX. Hattonis Successor fuit RUPERTUS de qvo Lamb. Schafnab. Rupertus Moguntiæ Archiepiscopus obiit anno 988. cui Willigis successit.

Hic WILLIGIUS Carpentarii Scheningensis (ita vult Clarissimus Maderus in Dissert. de S. Laurentio & Coenobio Laurentiano prope Scheningam) filius, natalium obscuriorum memor ubiq; rotas in ædificiis pinoi, ac interiori cubiculo inscribi fecit: Williges, recolas qvis, et unde veneris. Undè Willigiso debentur bina rotæ in Moguntinis insignibus: qvæ qvia in pluribus Erfurtensium conspiciuntur ædificiis, illa qvidem juris Moguntini facta dixere. Ab his tamen distincta videntur Erfurtensia

insignia, qva rotam sex radiorum quinq; pro-
ninis pennis in campo rubro conspicuam præferunt.
Pallium Willigiso contulit Benedictus VII. Pontif.
sex, in cujus Diplomate hæc habentur verba, eminen-
tiam Moguntinæ sedis testantia: Quo circa ut eo
(pallio) memineris, sicut Prædecessores nostri tuis Præ-
decessoribus concesserunt &c. Vid. Jac. Andr. Crusii
de Præcedent. pag. 214.

Ab Ottonis II. obitu Ottonem III, quem vivo Patre
una cum Ravennatensi Archiepiscopo coronaverat
Hugo Grani, educavit Willigisius, regniq; interea
Germanici præcipuas curas gessit. Successorem
quoq Ottonis III. Henricum Sanctum unxit.
Vita excessit Willigisius anno 1011. in Collegio
St. Stephani sepulturæ traditus, cum Epitaphio,
quod non immerito manuscriptum Chronicon Mo-
guntinum vocat rusticum. Exhibet id ac ex-
plicat Serrarius.

Auctor Chronici Augustens. vocat Erchipaldum & Erchin-
paldum.

§. XXXI. Willigisum excepit ERCKEN-
BOLDUS, Fuldensis Abbas a' Berwardo Hilde-
siensi Episcopo, qvi ex Comitibus Sumersenburgen-
sibus erat, consecratus. Hunc Otto Comes, cu-
jus incestæ damnabantur nuptiæ, ex castro
Hammerstein ad Rhenum sito vexabat vehemen-
ter: Sed ob id Henricus I. biennio post Archiepi-
scopi obitum, qvi anno 1020 contigit castrum ex-
pugnavit: uti præter alios narrat Ruperti Tui-
tiensis in vita St. Heriberti cap. 26.

§. XXXII. Hinc Archiepiscopatum tenuit
ARIBO, qvi & Abbo, & Eribo, ut & Erbo a' nomi-
bus vocatus, item Erpo. vid. Gudenij Hist. Erfurt.
lib. 1. sp. 18. f. Vir, ut Trithemius catalogo illustr.
um Virorum, qvo ejus scripta recenset, cognitu
in divinis scripturis studiosus & eruditus, &

interpretatus est XV. Psalmos
graduum, atq; ad Abbatē Benn-
nem Epistolam bene longam ex-
aravit.

secularium literarum non ignarus, ingenio clarus & dictis elegvio. De eodem Wippo in vita Conradi Salici, Eo, ingvit tempore Archiepiscopatum Moguntinum rexit Aribo natione Noricus, nobilis & sapiens, aptus regalibus consiliis. Coronavit Conradum II. vid. Wippon. pag. 427. Wigmannū ingratum Moguntinæ terræ invasorem captum extremo afficit supplicio, ejusq; hereditatem confert Ludovico cum barbâ, Hugonis fratri, á qvo deinde Landgravii Thuringiæ descendunt: qvā de re legendus est Auctor de ortu Landgraviorum Thuringiæ, sive is Martinus Polonus, sive, qvod magis vero simile, alius qvidam, qvi habetur in manuscripto Martini Poloni in Bibliotheca hujus Academiæ. Sub hoc etiam Aribone Gandensheimensis á Willigisi ævo durans inter Hildesiensem & Moguntinum controversia feliciter sopita Anno 1029. ac sequenti, vel certè 1031 anno vitæ functus est Archiepiscopus. Vid. de hoc Aribone Philip. Bergomas lib. XII. Chronic.

§. XXXIII. Successorem accepit BARDONEM Herolsfeldensem Abbatem, è nobili Wetteraviæ familiâ de Ozzenhofen natum, Chrysostomi nomen ob dicendi suavitatem commeritum. Hic Moguntinam Ecclesiam majorem, S. Martino sacram præsente Conrado II. dedicavit, Agnetam, alteram Henrici III. Conjugem unxit anno 1044.

Hic et Ludovicum Barbatum ad nutum Imperatoris Conradi in Thuringiam misit, & ibidem Vice-dominum, id est Vicarium per totam Thuringiam fecit, ei beneficia plura jure hereditario hinc indè contulit & dedit. Verba sunt Auctorum de Landgraviis Thuringiæ tum

Historiani cap. XI. tum manuscripti Academici Festo quodam Pentecostes inter hunc & Abbatem Fuldensem in Ecclesia Moguntina de sessionis ad dextram Cæsaris prærogativâ natum jurgium, in promiscuam ministrorum cædem prorumpens; ut etiam cum caneretur publicè, Hunc diem gloriosum feci, intonaret Satanas: Hunc diem bellicosum feci. Vincentius in Speculo Historiali & ex eo Engelhusius, item Naucleru vol. II. generatione 36. Mirum tamen, qui id reticeant antiquiores.

Mortem cum vita commutavit Bardo anno 1051. cum paulò ante Paderbornæ habita ad missam Oratione obitum prædixisset. Sanctum salutat Auctor Chronici Augustensis.

§. XXXIV. Inde LIUPOLDUS ex Bambergensi Præposito fil Archi-Episcopus. Hic, ut pluribus narrat Ursbergensis Leoni IX. Pontifice præsente Cæsare in suâ Diœcesi quicquam innovare cupienti, in faciem restitit.

Hermanno Coloniensi, ut Henricum IV. vivo fratre coronaret Agrippinani, quod sibi ob primatum sedis Moguntinæ id deberi putaret, ægrè permisit.

Chr. August. an. 1060. Vita excessit anno 1059.

§. XXXV. Deinceps SIGFRIDUS Abbas Fuldensis creatur Archi-Episcopus. Hic decimas sibi arrogavit in Thuringia, rem, quæ multorum malorum seminarium fuit, ex Lamberto Schafnaburg. ad an. 1062. ac pro nævo singulorum quorum solutus refert, agnoscit Serarius. Ac decimarum cupidine propè in divortium Henrici IV. consensisset, nisi ei obstitisset Legatus Pontificius, Petrus Damianus, eandemq; ob causam

Romam citatus fuisset. Alij hæc fortassis causarum una, quod in Cluniacense migrans Monasterium, se abdicare voluerit Archiepiscopatu: quamvis hoc opus arduum (quæ verba sunt Lamberti) quam præcipitanter arripuerat, tam præcipitanter deseruerit.

Cætera Historiæ hujus Archi-Episcopi, quæ in multa occurrunt digna observatu, petantur ex Lamberto, qui prolixus et accuratus est in his temporibus Hierosolymitanum quoq; iter Sigfridi nostri, plenum periculis, describens.

Anno autem 1084. videns multiplicari mala super terram (ita habetur in manuscripto Chronico Moguntino) animi mœrore corporisq; dolore contabescens, defecit, & moritur, in Monasterium quod Hasungen dicitur, sepultus.

§. XXXVI. Successit WEZILO, Vir doctus tam in divinis Scripturis, quam in liberis seculoribus, eloquio dulcis, et facundissimus, tantusq; verbi Dei prædicator suo tempore habitus est, ut similem habuerit neminem: quod elogium in Chronico Hirsaugiensi eidem statuit Trithemius. Sed vitio ei vertit Serrarius, quod se Henrico IV. excommunicato, ejusq; pseudonymo Pontifici Clementi IX contra Gregorium VII. dedideri adjunxerit. Nos tamen merito sanctam in Cæsarem fidem, justumq; in Hildebrandum odium in laude parimus. Evangvam nec in fide ad extremum perstitit, sed Henrico contrarius, ab eodem quoq; afflictus fuit. Idem Archiepiscopus Mandatum Hildebrandinum de cœlibatu clericorum in Moguntinâ Synodo promulgaturus, cum pene in vitæ incidisset periculum,

110. statuit, sibi deinceps tali quæstione omnino supersedendum, & Romano Pontifici relinquendum, ut causam, quam ipse toties inutiliter proposuisset, ille per semet ipsum, quando vellet, et quomodo vellet, peroraret. Vid. Trittenhemij in Chron. Hirs. aug. et Naucleru.

§. XXXVII. Ab obitu Wizelonis, qui decessit Anno 1088. RUTHHARDUS, Erffurtensis Abbas Archiepiscopatum impetrat: quo tamen ab Henrico IV. cui adversabatur, pulsus, secessit in Thuringiam, ubi per aliquot annos miserè vixit, donec ab Henrico V. sedi restitueretur anno 1106. triennioq; post in humanis esse desineret.

§. XXXVIII. In ejus locum suffícitur Adelbertus, Sarbruckensis Comes, primus interprimos Henrici V. (ut Otto Frisingensis loquitur amat lib. 7. Chron. cap. 14.) præcordialis consiliarius, ab eodem Cæsare baculo & annulo investitus; cui tamen cum in investitura causa adversaretur, per quadriennium in custodia habitus, nec nisi datis obsidibus dimissus: qua de re, ut et reliqua Adelberti gestis plura memorat Conradus Abbas Urspergensis. Vivendi finem fecit anno 1137. Vir ad seculum prudens, & potens, locupletissimusq; : quo nomine laudatur ab Ottone, lib. 7. cap. 21. Habet et de eo non pauca manuscriptus meus Antiquitatum Erffurtensium Varilogus ad annos 1112. 1116. 1123. 1124. Aspendius Martini Poloni de eodem hæc habet: Per idem tempus, quum Adelbertus Moguntinensis Archiepiscopus a' Provincialibus suis in Eichsfeldia

Meminit Auctor Chronici Elwangensis ad an. 1112.

alibi

aliis decimas fruguum exigeret & illi fortiter resisterent, contigit propter hoc quosdam à Ministris Episcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos etiam captivos abduci. Unde populi Thuringorum acti Flassorum in colle Cruceburgo ex villâ ibidem, quod nunc Castrum, tunc Monasterium fuit ordinis St. Benedicti, de cunctis suis finibus convenerunt, jam tunc villam Erphisfordiam quâ tunc Episcopus in monte St. Petri cum machebæis XX. millibus aliis satalicis irrumpere parant, coeptum perpetrassent opere, si non idem Episcopus, ut erat Vir naturali ingenio præditus, hos avertisset consilio, & hoc edictum totum irritum fecisset.

§. XXXIX. Succedebat defuncti ex fratre nepos ALBERTUS II. antea Erfurtensis in S. Virginis Basilica Præpositus. Albertus hic condidit monasterium Eberaci ad Rhenum (Eberbachii, Erbachii) Trith. Chron. Spanheim. Buschius Hist. Archi Ep. Mogunt. Hic Albertus à Papa Innocentio vocatus Romam adiit. Indè reversus, cum Saxonibus, qui Conradi III. electionem quasi surreptitiam improbabant, adversus Regem conjuravit; & non post longum moritur, anno scilicet 1142.

§. XL. Hujus successor MARCOLPHUS unicum modo, quo tamen Erfurti à Militibus ejus turbatum, hoc in honore vixit annum, locum cedens HENRICO I. à Conrado Rege Francofurti, præsentibus Gregorio & Dicwino Cardinalibus (quod testatur Mariani Scoti continuator Dodechinus) investito: cui cum

St. Bernhardo commercium literarium, cum Canonicis suis dissidium intercessit. Et hi quidem perfecerunt tandem, ut anno 1153. dignitate moveretur, ac in Saxoniam migrans Einbeci moreretur, de quo Autor Compilat. Chronolog. ad Ann. 1152, ita: Henricus Archi-Episcopus Moguntinus, quia non erat Praeliator, sed Ecclesiae Dei Plantator ac mansuetus rigator, tanquam inutilis depositus, divertit in Einbeke, ubi et quod St. Alexandrum sepultus est. Aiunt dicere solitum: Dives fui Canonicus, pauper Praepositus, mendicus Episcopus. Epitaphium Einbeci accepit tale: Anno Dmni 1153. Nonas Septembris obiit Reverendus Pater Henricus Archi-Episcopus Moguntinus, ad Christum. Sospes eat hujus corporis hospes.

§. XLI. Hic Henricus in suâ causâ Romam miserat Camerarium suum ARNOLDUM à Selenhofen: Sed quum interea Dominus Episcopatu et vitâ abiisset, hic ejus locum insedit. Bellum gessit cum Hermanno Palatino, canis portatione ignominiosâ, (quæ insignis illo ævo erat illustrium pœna) ob id à Friderico I. Cæsare cum X. Comitibus aliis, quos inter erat unus de Hzlisbergi: uti, præsens qui adfuit, testatur Radevicus, lib. 2. cap. 38. & tangit Guntherus lib. 5. Ligurini. Anno 1156. Arnoldus Romam ad Hadrianum Pontificem profectus Apostolicam Legationem promeruit. Sequenti anno (quod memorat Dodechinus) Fridericus Imperator

fecerat arte, ut Abbates & Præpositi, & me-
liores quidam de Ministerialibus Moguntinæ
Ecclesiæ fidem in manum Regis, & in manum
quorundam amicorum ejus darent, ut cum suus
Episcopus Arnoldus quovis casu defeciſſet, ali-
um non eligerent, niſi consilio eorum ipſe
medius interesset. Quod quidem arguebat
diſſensionem Archiepiscopi ac Procerum Ec-
clesiæ Moguntinæ, quæ biennio post adeò cre-
vit, ut armata manu eum exturbare niterent.
Quod Episcopus Cæsari nunciaturus in Italiam
contendit, adversariis pone subsequentibus.

Cum autem Anno 1160. reverſus esset, à Mo-
guntinis in templo D. Iacobi occiſus, in stergi-
linium præcipitatus est: undè à pauperibus
extractum cadaver per triennium crudeliter
tractatum, tandem verò à Canonicis reperti
in D. Virginis collegiata Ecclesia terræ man-
datum fuit: memorabili exemplo, quam fa-
leat plebs interdum fuere, si neglectis prin-
cipiis gravi prematur tributo. Nam hæc
seditio Capitationi cuidam bellicæ imputa-
batur.

Chronica Australis & Augustensis. Saxo Grammat. l. 14. p. 242.

§. XLII. Post immanem Arnoldi cædem
tres in schismate electi fuerunt Episcopi:
& à furibundo quidem populo ac vi adacto
Clero, RUDOLPHUS Zäringensis Ducis filius,
ab Hasso & Conrado Palatino, Christianus
Comes de Buche, Thuringus; à Friderico
Imperatore CONRADUS Comes de Wittels-
bach, Ottonis Palatini frater, Wsaxon. l. 14. p. 242

Et hic Conradus quidem cæteris præualens, præfuit vix biennio, grando & ipse a' Friderico Cæsare e' Moguntino solio deturbaretur, quod Octavianum sive' Victorem a' Friderico electum Pontificem agnoscere detrectaret. Romam igitur fugiens in Episcopum Sabinensem electus, ac cardinalitio galero insignitus, semper se deinceps Archiepiscopum Moguntinum ac Sabinensem Episcopum professus est. Eo tamen adhuc Moguntiam tenente Moguntinorum in Antecessorem parricidium graviter a' Cæsare punitum, mœnibus etiam solo æquatis, nec ante Seculi XIII. epitum restitutis, quam Moguntinæ civitatis fortunam præter Dodechinum, gravia' depingit Guntherus Ligurinus.

§. XLIII. Cæterum vivente adhuc Conrado a' Cæsare renunciatus fuit CHRISTIANUS, Princeps & procero corpore, ac optimis ingenii bonis conspicuus, Latinæ, Græcæ, Italicæ, Gallicæ, Belgicæq' linguarum callens: quippe, qui præter Epistolas et Orationes librum de vita et gestis Friderici Barbarossæ Cæsaris sui reliquisse dicitur. Præterea' tractandorum armorum gnarus ab Imperatore missus in Italiam plures Papæ eptorsit urbes: sed ab Imperatoris Constinopolitani equitatu profligatus captusq' Byzantium, nisi' Imperator antea obiisset, missus fuisset. Hoc sub Archiepiscopo muri Erfurtenses a' Ludovico ferreo, Thuringiæ Landgravio Anno 1265. diruti, permissu Cæsaris reparati sunt.

Sed Episcopum ævo bellicosiorem ipsa tandem prostravit mors anno 1180. actum Conradus in Germaniam reversus honorificè à Moguntinis susceptus est, brevi post pœnitente Clero, cui novum indixerat tributum.

Chron. Augustb. an. 1183.

Hic Conradus Henrici VI. Cæsaris nomine in Palæstinam fecit expeditionem anno 1197. inq; illo itinere Leonem Armeniæ Regem coronavit. Post mortem Henrici, qvæ in annum 1198. incidit Moguntiam reversus, territorium suum ob bella inter Philippum & Ottonem IV. præliis incendiisq; conturbatum reperit: Pacem verò in Germania, qvod in Hungaria fecerat, reformaturus lethò corripitur anno 1200. De discordia inter ipsum & Ludovicum, ac Hermannum, Thuringiæ Landgravios, legendi Auctores de Landgraviis Thuringiæ, & Varilogus Erfurtensis.

§. XLIV. Post illa novum oritur Schisma SIGFRIDO II. Barone ab Eystein ab una Capituli parte electo Binga, at Lupoldo, qui Wormatiensis Episcopus erat à Philippo Rege alteraq; Capituli parte postulato. Historia Schismatis petenda tum ex Urspergense tum ex Innocentii III. Decreto in Jus Canonicum relato, qvod Sifridо favet. Archiepiscopus tamen à Lupoldo Philippi præsidiis subnixo expulsus Bingâ Coloniam ad Legatum Pontificis Prænestinum confugiens, ab illo consecratus Romaq; accepto pallio confirmatus ac Cardinalis renunciatus fuit.

De hoc Sifrido multa reperies in Appendice Freheri ad tom. Scriptorum Germaniæ ex Trithemii Chron. Spanheim.

Occiso autem Philippo Lupoldus ab Ottone Imperatore Moguntiâ ejectus, ac Wormatiensi quoq; Episcopatu privatus quadriennale sustinuit exilium, tandem Papæ reconciliatus, ac Pistinæ Wormatiensi restitutus sedi, extinctus est Anno 1214.

Interea Sifridus II. anno exilii octavo Moguntiam reversus, non Archi Episcopatum modo, sed et Wormatiensem Episcopatum usq; ad Lupoldi reditum rexit: donec ab iratо excommunicato Ottone Anno 1211. Moguntiâ ejectus ad Hermannum Thuringiæ Landgravium confugeret, ac seqventi Anno Fridericum II. novum Ottoni oppositum Regem Moguntiâ susciperet. Tandem Sifridus annorum satur Spiritum fato dedit anno 1225. Erfordiæq; in Ecclesia Beatæ Mariæ ab Engelhardo Nurburgensi Episcopo sepelitur. Obitus ejus á nonnullis, ut & variloquo Ms. refertur in Annum 1230.

§. XLV. Eidem successor dabatur Patruelis SIGFRIDUS III. qui initio Archiepiscopatus tam celebre concilium habuit Provinciale, ut aliqvando Germaniâ vocetur Synodus. An in hac qvoq; de expungendis Antecessoris pecuniam debitis, actum non habeo dicere. Seqventia tamen ad annum 1233. in variloquo meo reperi: Sifridus Maguntinus habito concilio cum Canonicis Maguntinis pro sui prædecessoris debitis, qvibus Episcopatus jamdudum ratione fuerat obligatus, in totâ Diœcesi suâ redditum vicesimam partem á personis Ecclesiasticis colligi mandavit, ac super hoc dato privilegio

se nunquam à Clero suo diebus suis quicquam amplius petiturum. Canonici etiam matris Ecclesiæ Moguntinæ fide juratoriâ confirmaverunt, se de cætero nullum Pontificem electuros, nisi in idem privilegium consensurum. Ex eodem ms. discere est, aliquoties hunc Archiepiscopum anno videlicet 1234. & 1239. Erfurtensibus interdixisse sacris, ac semel pro redimenda vexa unam ex singulis ecclesiis campanam accepisse. Imò anno 1247. omnem clerum civitatem jussit relinquere.

Idem Sifridus bello cum Conrado Thuringiæ Landgravio implicitus fuit, quo multa Moguntini damna sunt perpessi. Videatur Auctor de Landgraviis Thuringiæ cap. 43. ubi pluribus narrat, quomodo Conradus hunc Archiepiscopum, qui Abbatem Reinhardsbornensem ob non solutum tributum pœnitentem virgis cædebat Erfurti, aggressus, cultello confodere laboraverit. Hujus Archiepiscopi temporibus Moguntinæ sedi privilegium Bojemos Reges coronandi confirmatum fuit. Postquam Sifridus excommunicationem Friderici Cæsaris denunciarat, & Henrici Hassi ac porrò Wilhelmi Hollandi electionem procuraverat, in vivis esse desiit anno 1249. in monasterio St. Martini sepultus.

§. XLVI. Ad Episcopatum igitur evectus fuit CHRISTIANUS II. Præpositus Moguntinus, qui tamen post biennium ab Hugone Cardinale Legato Pontificio depositus. Caussa erat potissima Wilhelmi Regis in ipsum odium

cui Societatem belli negans satis christiane rescribebat: Episcopum debere concionari, non belligerare, hoc severiter mandasse Christum, cum dixisset Petro: Recondegladium tuum in vaginam tuam: tum vero obtemperaturum summo studio, si verbum Dei praedicare juberetur, quae propria esset boni Episcopi functio. Vid. M. Wagner Primarius. libello germanico de Veterum Germanorum conjugio. Tum vero Collegam Hugonis Ebredunensem Archiepiscopum a Gerardo, qui Christiano substitutus fuit, corruptum ferunt. Scripsisse dicitur Historiam epauctorationis Henrici V. item vitam Arnoldi Archiepiscopi Moguntini aliorumq; Antecessorum.

§. XLVII. GERHARDI, quem Christiano Suffectum diximus, Wilhelmo Regi, quoad is viveret, addicti temporibus inter Moguntinos et Wormatienses post multas contentiones perpetua pax sancita. Erfurtum intrasse Anno 1252. et a Clero suo vicesimam egisse, refert Ms. varilogus.

Anno 1256. hic Archiepiscopus ab Alberti Ducis Brunsvicensis militibus captus, Brunsvici asservatus fuit, ejusdemq; Palatinus Tielericus, Comes de Everstein suspendio a Duce neatus est. Richardus Cornubiae Comes ad Germaniae regimen per Gerhardum adsciscens multa pecunia Archiepiscopum liberavit, sive brevius Varilogus, prolixe recenset Kranzius Sax. lib. 8. Cap. 21. 22. De Monte Gerhardi ita Varilogus meus: Anno 1268. Gerhardus

Moguntinus Archiepiscopus Erffordiam veniens ibidem moritur, & apud Minores fratres tumulatur, de quorum fuit possessione, cui Wernherus Canonicus . . . . ecclesiæ successit.

§. XLIIX. Hunc WERNERUM ex stirpe Comitum de Falckenstein nonnulli natum asserunt. Statim ut electus confirmationis ac pallii obtinendi caussa Romam profectus Conductorem habuit Rudolphum Habsburgensem Comitem. Ab hoc digressus, optavit, ne prius vitâ excederet, quàm tanto officio referendâ regis discessi gratia: quàm ubique locupletissimè præstitit, quando Collegis Electoribus sapientiam et Magnanimitatem Rudolphi exquisitè commendaret: qui proinde concorditer in Germaniæ Regem electus fuit die 8. Octobris Anni 1273. Ab Erffurtensibus læsum constat hunc Archiepiscopum, quod in eos excommunicatione animadverterit: uti ad annum 1279. refert Varilogius: qui & Anno 1280. factam narrat compositionem magnâ Erffurtensium pecunia redemtam.

§. XLIX. Ab excessu Werneri fermè per triennium vacavit sedes, Petro Canonico Basileensi Rudolphi Regis Medico & Gerhardo de Eyssen Canonico Moguntino, & Archi Diacono Trevirensi in dissensione electis: quibus Romæ invicem contendentibus, tandem Honorius IV. Papa utrosque abrogato HENRICUM Basileensem Episcopum Pistoris vel fabri Isnensis ex Algovia eruditum filium, Petro in hujus locum suffecto præfecit: qui, quod Franciscani esset ordinis, à nodoso

cingulo Episcopali Knotterum & Hirtolphum dicebatur. Magiæ ipsum incusant recentiores, á quâ eum vindicat Serrarius: & propè suspectum de illa facit electio Basiliensis. Quod Militaribus plus faveret, quàm Clericis Segvens aculeatum Programma meruit:

Ludipes Antistes, non curat Clerus, ubi steg
Si non in coelis, stes ubiq; velis

§. L. Post Henricum duo iterum in dissentione electi, Gerhardus de Eppstein, quem anteHenricum Petro oppositum diximus: & Emericus de Schöneck, Scholasticus Moguntinus. Cùm verò Gerhardus Henrico Trevirensi interea mortuo á parte Capituli Successor designatus esset, Romam cum duplici electione contra Emericum Moguntinum & Böemundum Trevirensem contendens, ab ipso Papa Nicolao IV. ordinatus est in Archiepiscopum Moguntinum. Adolphum Nassovium ad Regiam dignitatem propè solus evexit, eumq; Aquisgranum ad accipiendam coronam comitatus est. Sed Adolpho in deterius mutato Septemvirij Auctor fuit, ut Austriæ Dux Albertus Rudolphi filius Rege renunciaretur. An eundem coronaverit incertum videtur. Certior est Wenceslai Bojemiæ Regis ac Juthæ Uxoris coronatio Pragensis facta Anno 1298. Vid. Andr. Kuchen in de Saponum non provocandi jure cap. 1. §. 58. ubi citat Trithemii Chronic. Spanheim. ad an. 1228. & Hirsaug. ad an. 1320. Bruschium de Germaniæ Episcopatibus cap. 2. & Catal. Ep. M.

Anno

Anno 1299. Erfurtenses Archiepiscopi suijra-
tiam, quam per quinquennium amiserant, habitâ
pecuniariâ satisfactione, videlicet ex parte cle-
trecentis, ex parte verò Civium mille trecentis
marcarum argenti cõemerunt, uti habetur in
Varilogvo. Erebus humanis suo in conclavi
sellæ insidens excessit anno 1304. in summa
æde Moguntinâ terræ mandatus.

§. LI. Cum ipsitur vacaret Archiepiscopatus,
Henricus Comes Lützelburgicus ad Clementem
V. Pictavis commorantem mittebat Medicum
Petrum de Luxemburgo pro infusa Archiepisco-
pali fratri suo impetrandâ. Quandoquidem
autem Pontifex graviter ægrotans arte ac indu-
stria Petri Medici valetudini restitueretur, con-
veniens censuit Papa, qui tam felix corporum
curator insignis constituatur animarum Medi-
cus, datoq; Diplomate ipsum cum pallio Mogun-
tiam remisit. Quod etsi primum ægre ferret
Comes Lützelburgicus, cum tamen prono Balduino
fratre, Petri operâ, Trevirensem mitram, ac ipse
postea Henricus Coronam impetraret Rega-
lem, ac filio quoq; Johani, Wenceslai Bojemiæ
Regis filiam ducenti, coronam Bojemicam
Pragæ imponeret, divinam agnovit, & miratus
est prudentiam. Novus ille Bojemorum
Rex Archiepiscopo donavit sellam auream,
gemmisq; distinctam, quæ superiori adhuc seculo
Moguntiæ servata St. Martini sella dicta fuit.
Præmaturum Henrici Cæsaris in Italiâ optin-
eti factum tam acerbè luit Petrus Archie
piscopus, ut intra quingentos annos nullius Prin-

cip.

cipis mortem Reipubl. nocentiorem fuisse asseret. Quod luculenter apparuit in gravissima contentione Ludovici Bavari & Friderici III. Austriaci, quorum prior á V. Electoribus Cæsar electus, & á Petro Aquisgrani, posterior á Friderico Colonienſi Bonnæ coronatus fuit. Anno tamen 1320. humana relinquens hic Archiepiscopus, in Metropolitano templo Moguntino situs fuit. Varilogus, qui mortem in Annum refert 1324. Scribit eum Provincialia jura composuisse, quæ Johanes Papa confirmaverit.

§. LII. Petro mortuo post habitâ Canonicorum Moguntinorum, quæ in Balduinum Trevirensem consenserat, voluntate, Johannes XXII. Papa Archiepiscopum constituit Matthiam, Comitem á Bucbeck, Benedictini Ordinis (ut habet Varilogus) Custodem in Mürbasf: qui addictus Ludovico Cæsari, Henricum Hassiæ Landgravium in Moguntinis raptu ac incendiis grassantem, Wirtenbergensem etiam comitem Badensi Marchioni infestum, ut & Binggenses, Effurtenses, Northusanos clero molestos compescuit. Anno 1328. naturæ solvit debitum, veneno, ceu Varilogus testatur, sublatus: Vir, ut Trithemij logvitur, omni honore perpetuaq; memoriâ dignus.

§. LIII. At obitu Matthiæ iterum Clerus Balduinum Trevirensem postulavit; qui cum opulentam Ecclesiam suam nollet deserere, Johannes XXII. Papa Moguntinis imposuit

Henricum III. Comitem de Virneburg. Canonici autem ei adversantes à Papa tandem Balduinum, sed procuratorio tantum nomine, donec lis finiretur, Archiepiscopatui Præfectum, negotia sedis strenuè administrantem impetrarunt. Multas hic Administrator in Thuringia ac Erffurti præcipuè habuit turbas, quas prolixè describit Varilogus. Sub eodem magna inter Clerum & Moguntinos cives fuit dissensio, ut hi etiam multa Benedictino-um coenobia everterent: ut in Hirsaug. Chronic. pluribus recenset Trittenhemius ad annum 1328. Post triennium autem sententia pro HENRICO Comite Virneburgensi Romæ lata fuit, qui, (sunt hæc verba Trittenhemii) confirmatus in Archiepiscopum demùm Moguntiam missus et Balduino administrationem in manus ejus resignante, coram duobus Legatis Pontificiis à Clero et omni populo mandatis Papæ coactis, pro Archiepiscopo susceptus cum solennitate Moguntiam & Ecclesiam introducitur. Hic Henricus cum Ruperto Palatino, causis nescio de quibus, bellum gessit. Ludovico Bavaro à Papâ excommunicato constanter adhæsit. Quamobrem Avenionem citatus, cum comparere detrectaret, per decretoriam sententiam Episcopatu ejicitur, substituto Comite Nassoviæ Gerlaco. Sed Archiepiscopus à Cæsare defensus, fulmen Papale neglexit. Sublato Ludovico successorem elegit primò Edwardum Angliæ Regem, deindè Friderícum Misniæ Marchionem, ac demùm Güntherum

Vid. Henr. Rebdorf. pag. 420

Vid. Herwarti Ludovicum IV. Defensum contra Bzov. ad an. 1345. 1346.

Comitem Svvarzburgicum, quem etiam (ubi sentit Onuphrius) Aquisgrani coronavit: cum interea à Gerlaco aliisq; Carolus IV. renunciatur Rex Germaniæ. Hic Gerlacum à Pontifice confirmatum valdè juvit, ejusq; adversarium Canonem Comitem à Falckenstein, omnibus quæ ex Moguntinâ Diœcesi tenebat, bonis expulit. Hoc tempore Moguntini Archiepiscopi jus coronandi Reges Bojemiæ, amiserunt, quod Pragenses Episcopi in Archiepiscopos sublati, à Carolo IV. acceperunt: cujus rei in Francofurtiana S. Bartholomæi Bibliotheca Clementis VI. diplomate reperiatur, scribit Serrarius.

Vendidisse Henricum hoc jus Ecclesiæ Pragensi tradit Bruschius. Trithem. Chronic. Hirsaug. ad an. 1228. aliter tamen refert Albertus Argentinensis.

Cæterum qui è Moguntinâ sede primum fuerat è vita tandem deturbatus anno 1353. incertum, ubi sepultus.

Vid. Rebdorff. Monachus ad an. 1353. pag. 447. f.

§. LIV. Ab inferiis Henrici Gerlacus ille Anno confirmationis VII. solus Archiepiscopatum tenuit. Aureum Caroli IV. Bullam cum Collegis Electoribus confirmavit anno 1356. Triennio post de reformandis Cleri moribus Colloquium à Carolo IV. cum plerisq; Electoribus habitum Moguntiæ: ubi cum Curio à Falckenstein Canonicus Moguntinus veste Militari magis quam Ecclesiastica in conspectum veniret Cæsaris, hic ad Moguntinum: Domine Archiepiscope, vobis præcipimus sub eâ fidelitate, quâ nobis adstringimini, quatenus reformetis Clerum vestrum, ut abusum in vestibus, calceis capillis, ac vitæ usu tollant. Quod si non fecerint, mandetis fructus beneficiorum suorum occupari, & fisco nostro præsentari, quos cum voluntate Papæ in honestos convertemus usus.

Idem Archiepiscopus Amoeniburgensem Eccles-
am in Canonicorum mutavit Collegium, anno
1362. quod templo inscripti versus docent:

Cilicium lilii dant ortum Canonicorum
Hujus Collegii, Baptista Patronus eorum;
Quod pius instituit Gerlacus, & ære beavit,
Nassau quem genuit, Moguntia pontificavit.
O Baptista veni, castri sis tutor amoeni.

Anno 1366. Otto, Henrici Junioris, Ducis Brunsvicensis Filius, in Siciliam ad ducendam Johannam Regis Neapolitani filiam profectarus, Duderstadium cum aliis nonnullis Archiepiscopo Moguntino oppignoravit: & jam ante fertilem Eichsfeldensem agrum, cujus praecipua Civitas Heiligenstad, à Comitibus Glichensibus redemerat.

Otto Archiepiscopus Aschaffenburgi ex gravissimis calculi doloribus d. XII. Februarii anno 1371. Bini lapilli in vesica reperti in Eberbacensi Rinckavia coenobio prope Epitaphium suspensi sunt.

§. LV. Post excessum Gerlaci à Moguntinis postulatus Trevirensis Archiepiscopus Cuno à Falckenstein, cum dignitatem recipere detrectaret, novam Adolphi Nassovie Comitis electionem apud Gregorium XI. impediebat Carolus IV. uti fratris Wenceslai filius JOHANNES, S. Pauli Comes, Argentinensis Episcopus deligeretur, perficiens. Hunc ob morum simplicitatem vulgo appellabant Bischoff Hammel, Hujus ævo in frequentissimis Moguntiæ Comitiis despiciebatur, quod Pontifici Ecclesiasticorum decimas petenti respondendum: ac tum Moguntini Bojemos Caroli Cæsaris milites ac ipsam Reginam indignissime tractarunt.

Anno 1372. foedus decennale inter Johannem, Lützelburgensem Archiepiscopum & Erffurtenses initum. Hiem Archiepiscopus clausit extremum anno 1373. in Altavilla (Hodii (Eltfeld) veneno intoxicatus: ut est in Epitaphio Eberbacensis Monasterii, ubi sepulturam nactus est.

§. LVI. Tum vero electus denuò ADOLPHUS Nassovius, Spirensis jam Episcopus, de veneno Antecessori prabito suspectus. Sed gravem nactus aemulum in Ludovico Misniæ Marchione ac Thuringiæ Landgravio, primum Halberstadensi, mox Bambergensi Episcopo, per multas (ut Kranzius testatur lib. X. Metropoleos cap. 23) Ecclesias ambulante, ac grivente, sed non invenente regrium. Et sic gvidem ope Caroli IV. à Gregorio XI. pallium Moguntinum impetravit, Erffordiæ interea se continebat Adolphus, gvem Cæsar anno 1377. obsidens, villas et vineas circumjacentes epurit: nec prius finitur contentio gvam Ludovicus incendium inter choreas orta fugiens per gradus præcipitatus Calbæ ad Salam exspiraret. Ex hoc tempore aemulo caruit Adolphus ad vitæ usq terminum, gvi ei fuit Heiligenstadii anno 1388. Corpus Moguntiam vectum. Ms. Chronicon Moguntinum apud Serrarium refert, bello ipsum fregisse Hassiæ Landgravium Hartmannum, adeò, ut sic tanqvam Ecclesiæ illius Vasallus & Marschalcus Friślariæ propriis manibus in egvorum pabulum avenam publicè dimensus sit.

§. LVII. Adolpho surrogatur Conradus II. Comes à Winsberg, pacis, gvam tamen Francofurtenses turbasse dicuntur, studiosus. E vita migravit anno 1396.

§ LIIX. Ex in totius fermè metropolitani Collegii suffragia tulerat Gotfridus, Comes à Leiningen, Vir pius & doctus: sed cùm Romam iret cunctantius, eum præverti JOHANNES NASSOVIUS, Adolphi frater, in parvo corpore majorem gestans astutiam, cui Bonifacius IX. pallium dedit Anno 1397. Herbipolensem Academiam approbante Papâ transtulit Erffurtium. Anno 1399. expauperato Wenceslao Cæsare, in ejus loci electus Fridericus Dux Brunsvicensis, Magni Jorgvali filius, hujus Archiepiscopi instinctu ab Henrico Comite de Waldeck aliisq; complicibus prope Frizlariam occisus fuit. Quod quidem facinus insignem Moguntinæ sedi inussit maculam, ut etiam in Proverbium abiret: Moguntia abantiqvo negvam. Versus Leonini hâc de cæde confecti sic sabent:

Regula non ficta, negvam Moguntia dicta:
Germen Pilati nunc denuo vivificati.
Sicut dum vixit, iterum Christum crucifixit.
Namq; Ducem stravit Fridericum, qvi gvasi David
Brunsvrq; protexit, gentemq; suam bene rexit.

Serrarius quidem affert ipsius Waldecciani Comitis Cunzmanni à Falckenberg, ac Friderici ab Hertikoshausen diploma, Moguntinum plane excusans. Att, qvantum ei tribuendum prudentibus judicandum relinqvo, cum facilè Domino à ministris hæc extorqvere licuerit. Scriptum Germanicum, Waldeckischer Chronicke. Quod in Breviario Historico laudat Johannes Conradus Dieterichus nondum videre contigit. Anno 1410. Rupertus Cæsar ex Italia relato bellum in Johannem parabat: cumq; id impedire

posset nemo, mors Ruperti inhibuit: actum annitente Johanne caterorum Electorum suffragiis ad imperium vocatus Sigismundus, alter Caroli IV. filius. Anno 1411. Johanni cum Hermanno Hassiæ Landgravio bellum intercessit. In diplomata quo causas belli recenset Archiepiscopus, Hermannum vocat suum & Ecclesiæ Moguntinæ Marscalcum, vasallum, spiritualiter & temporaliter subditum, & officiatum juratum, sibi juramento fidelitatis adstrictum. Sed ut appareat, unde hic nexus, addit: Cujus territorium sub Ecclesiæ Moguntinæ jurisdictione spirituali consistit, à quâ & ipse & progenitores fidei Christianæ documenta percepere. Ex Concilio Constantiensi Anno 1414. coepto, alii quot ad hunc Archiepiscopum perscripsêre literæ, ac tunc Capitula provincialia triennio quovis celebrari cœperunt ad Trithemii ætatem, qui in Spanheim Chronico memorat, continuata. Anno 1419. Aschaffenburgi vivere desiit Archiepiscopus, in primariam ædem Moguntinam translatus. MS. Chronicon Moguntinum narrat Erenfridi cujusdam horribilem de hoc in Succensam ollam demerso visionem.

§. LIX. Propter tum multiantes cives, Moguntiæ Successor eligi non potuit, sed factum Rudolphi: ac fuit is CONRADUS III. Waldgravius in Dünen, Reingravius Grumbtein, Canonicus Moguntinus Ecclesiæ S. Bartholomæi, Francofurtensis Præpositus. Anno 1420 dedit ad Cleri optimates literas Eltvillâ, quibus cum de vitiis aliis, tum maxime de obscœno concubinatu frequentius evellendo monuit. Anno 1424. Oppidum Steinheimium cum XIV. pagis emit ab Epsteinianis Baronibus.

Spiram cum aliis Rheni Electoribus obsedit & cum adversus Bohemos bellum decrevisset, Sigismundus Cæsar hunc in administratione Imperii statuit decennalem Vicarium, quod munus ritè memoratur explevisse. Cum Ludovico Hasso manus infeliciter conseruit.
A Corpore avocatus est Ettvillæ Ao 1434.

§. LX. Tunc THEODORICUS, Imperii Sinonæ, & Dominus in Erpach, Canonicus Moguntinus Bingii ad Metropolin gubernandam accitus. Hoc florente inventa est Moguntiæ Typographia, quod multis probat Serrarius lib. 1. rerum Mogunt. cap. 37. 38. 39. & singulari libello illustrij Mallincrotius: quem an feliciter confutaverit Boxhornius Dissertatione sua de Inventione ac Inventoribus artis Typographicæ, ambigo.
Anno 1440. die S. Dionysii maximo hic Archiepiscopus apparatu intravit Erffurtum, & Cui evo suo testatur autor Variloqui) novissimus est, qui Erffurt intravit.
Anno 1445. inter Theodoricum & Palatinum Ludovicum gravis fuit dissensio. Archiepiscopo ferebant opem Badenses et Brandenburgenses Marchiones.
Anno 1459. Aschaffenburgi communem humanæ vitæ viam iniit in collegiatâ S. Petri et Alexandri Ecclesiâ ibidem sepultus. Parsimoniæ hunc Episcopum studuisse indicio est, quod è cereis, quorum in aulico ministerio usus erat distillantem ceram diligenter in globulos collectam suis usibus ad novas ceras conflari fecerit.

LXI. Eundem excepit DIETHERUS, qui itidem ab aliis Theodericus appellatur, Co-

mes de Isenburg, Custos inter Moguntinenses Canonicos (cujus vitam scripsit Jacobus Wimphelingus) quem tamen utpote à se non confirmatum dejecit Pius II. Papa, ADOLPHUM II. Nassavianum Comitem Wisbadensem substituens: ut pluribus exponunt Naucerus, Continuator Urspergensis & in Spanheimensi Chronico Trithemius. Diuina amulorum concertatio multum damni intulit Moguntiæ, præsertim anno 1462. quo noctu Urbem cepit Adolphus, Dietherro cum Philippo Comite Cattinelibogi diffugientibus. Ac tum quidem Moguntiam liberam hactenus Imperii Germanici urbem sub jugum redactam scribit Kyrianderin Annalibus Trevirensibus.

Anno 1463. per Legatum Pontificium & Colonensem Archiepiscopum sic reparata est Concordia, ut Adolpho sedes, Dietherro Lonsteinium, Steinheimium, Diepurgum & nonnulla alia manerent. Cum hac tempestate refrimidarent Erffurtenses, ne quod in Civitatem suam jus haberet Moguntinus; Principum forte vicinorum alicui venderetur, à Pio II. impetrarunt diploma, quo venditio vetabatur.

Adolphus animam efflavit in Castro Elvillano Anno 1475. in Erbacensi coenobio juxta Gerlacum sepultus.

§. LXII. Post mortem Adolphi, ut divulsa jura gerentur, Canonici abdicatum quondam DIETHERUM denuò elegerunt: qui arcem Moguntinam castri St. Martini nomine insignitam extruxit, ac Universitatem Gymnasii generalis à Pontifice confirmatam privilegiis ornatam fundavit Moguntiæ.

Anno

Anno 1471. Saxoniæ Principibus Eichsfeldiam, Swarzburgico Comiti Rustenburgensem arcem sibi vindicaturis, prudenter restitit.

Anno 1481. nova Arx Moguntina mediâ nocte deflagrat, ac ipse Archiepiscopus, ut et Ernestus Saxoniæ Dux exusti essent, nisi à Reifenbergio excitati nudi aufugissent. Illam tamen firmiori ē saxis opere illicò reædificare cœpit Dietherrus: sed in ipsis cœptis sequentis anno dysenteriâ correptus Aschaffenburgi deficit 7. Maji ac sepelitur Moguntiæ: cum paulò ante de Capituli partis Majoris consensu impetrasset à Sixto Pontifice, ut Albertus, Ernesti Saxoniæ filius, Moguntinus Canonicus, tum XVII. annos natus Administrator ac postea Successor fieret. Vid. Auctor Justitiæ Protest. Saxon. in causa Erf. pag. 12.

§. LXIII. Hic ALBERTUS, ab aliis ADELBERTUS III. qui vocatur, altero ab obitu Dietherri die Moguntiam veniens sacramento sibi junxit Moguntinos Cives. Erfordienses, quod translato ē monte Cyriaci Monialium cœnobio, arcem ibi conclusissent, ad luculentam pecuniæ mulctam adegit. Quam breve fuerit Juvenis Archiepiscopi regimen, sequens monstrat Moguntinum Epitaphium: Hic manet reliquum Reverendissimi Domini Adelberti, Administratoris Moguntini, optimi atq; innocentissimi Adolescentis, qui, ut omnia plausu est ingressus, sic Patrum populiq; mœrore carnem felicissimè solvit Anno 1484. Calendis Maji.

§. LXIV. Qui sequitur BERTHOLDUS, Comes Hennebergicus de Römhild, hoc elogii à David

Chytræo lib. 5. Saxoniæ meruit, quod ejus excellens Virtus, Sapientia, et in consiliis ac rebus gerendis industria et dexteritas optimo Cæsari Maximiliano & toti imperio probata et cara fuerit.

Ab Innocentio Papa anno 1485. confirmatus, ab insigniter erudito Wormatiensi Archiepiscopo Johanne Dalburgio, consecratus; Anno sequenti in magnâ Principum Corona per Fridericum III. principalibus insignibus ornatus fuit Francofurti, ac non multo post Maximilianum Regem Romanorum cum ceteris Collegis creans, ad coronationem Aquisgranensem coronatus est. Ad confoederationem Sveviacam, ut et ad constituendum Spirense Palatinum Sibi et Moguntinis terris infestum moderatione animi fregit ac anno decimum superioris seculi IV. die 19. Decembris vivendi finem fecit.

§. LXV. Quatuor annis Moguntinæ sedi præfuit Successor [illegible] Decanus antea Metropolitani Collegii; è Liebensteinia Svevorum stirpe satus. Si tapillorum ludum, cui nimium deditus, excipias, probitate, doctrina, et temperantiæ laude erat inclytus. Interfuit Comitiis Colonienſibus Anno 1505. et biennio post Constantienſibus. Obiit Anno 1508. die 16. Julii; gravi lumbagine fermè semper conflictatus fuisset.

§. LXVI. Ejus Successor URIEL à Gemmingen, Decanus Moguntinus Legum Doctor, Anno 1509 inauguratus fuit.

Quæ sub hoc Archiepiscopo contigit plebis Erfurtensis seditio, per plures annos durans, cujus Historiam desideravit Chytræus, prolixè describitur in Varilogvo meo, vel ea propter æstimando. Ex hac luce discessit Archiepiscopus d. 9. Februarii Anno 1514. Quod Cellarium vinum furantem occiderit, ejusq; facti pœnitentiâ ductus in Carthusiam se abdens, sui loco magnifico funere efferri fecerit hominem obtruncatum, fabulæ videtur esse propius. Et memorat tamen MS. Serrarii. In Epitaphio vocatur Vir singulari gravitate animi, constantiâ præclarus.

§. LXVII. AD ALBERTUM II. seu ALBERTUM IV. nunc accedimus, Johannis, Electoris Brandenburgici filium, Joachimi fratrem, Anno 1490. d. 28. Junii natum, Magdeburgensem jam Archiepiscopum, & Halberstadensem Administratorem, ac post, anno 1518. Cardinalem. Hic, quod pallii septies jam per Hominum memoriam repetiti emptio Romana singulis vicibus XXX aureorum millibus constaret Archiepiscopatui, hâc conditione Electus, qui suis sumtibus pallium redimeret. Id pecuniæ mutuo à Fuggeris acceptæ, quum Albertus per indulgentiarum promulgationem recipere laboraret, impudentissimi Præconis Tetzelii hâc in re usus operâ, Luttherus anno 1517. contra disputare, coq; prima reformationis fundamenta jacere cœpit. Atq; apud hunc Archiepiscopum si valuisset nova lux Evangelii præ sopitis tenebris papalibus, majus adhuc vulnus regno inflictum

Vid. Mallincrot. de Archi-Cancellar. pag. 158.

videremus pontificio. Quamobrem mirum videatur neminj B. Lutherum paulo acerbiorj ad hunc Episcopum scripsisse literas, quas frigidiusculè repellit Serrarius. Moderationem tamen Archiepiscopi ostendit responsorij ad Lutherum, blandis concepta verbis.

Vitæ valedixit Albertus Aschaffenburgi anno 1545. d. 8. Kal. Octobris in Moguntina ade primaria humatus sub rubricundo marmore, cui aliquoties incisæ voces: Hilla Hornaij: quod explicat Serrarij lib. 1. cap. 31. qui et lib. 5. Epitaphium à genero Melanchtonis Georgio Sabino conscriptum affert.

§. LXIIX. Hinc ad thronum Archiepiscopalem sublatus est SEBASTIANELLUS Nobilis ab Rüstenstein, antè Scholasticus inter Canonicos quam fieret, Doctoris utriusq; Juris titulo ornatus. Ut ære alieno Moguntiam liberaret, suppellectilis ecclesiasticæ partem vendidit. In bello Schmalcaldico ejus ditio passa detrimentum. Post surgenti Lutheranismo pro viribus restitit, & Hasfiam hoc nomine per vicarium suum Michaëlem Sidonium afflixit. Concilio Tridentino aliquandiu interfuit, donec per Mauritii in Carolum V. expeditionē revocaretur. Postea Albertus Brandenburgensis Marchio Episcoporum ad Rhenum flagellum negotium ei facessivit, tam ante pacem Passavienſem, quam post illam adeò ut metuis antea in Rhenum tormentis majoribus fuga sibi consulere necessum haberet, ac tandem quæ sunt Epitaphii à Successore positi

verba) inter fluctuantes Germaniæ procellas dum fatigatus oneri succubuisset, spiritum Deo reddit Eltevillæ, 17. Martii Ao. 1555.

§. LXIX. Deinceps pluralitate votorum, principem Palatino simmeranum Richardum Pii cognomento fruitur jam dignitate fulgentem, vicil Daniel Brendelius ab Homberg, Moguntinus & Spirensis Canonicus: qui perfecit credo, ut Palatinus Evangelio nomen daret. Novus Archiepiscopus aream S. Martini ab Alberto Brandenburgico incensam restauravit. Comitiis Augustanis anno 1559 quibus infirmata pax religionis 1555. constituta, ut & aliis Augustanis Anno 1567. & Spirensibus anno 1570. nec minus Ratisbonensibus anno 1575. interfuit. Societatis Jesuiticæ Patres XII. Moguntiam vocavit, & collegii ibidem, ut et alterius Heiligenstadii in Eichsfeldia constituendi Auctor fuit. Maximilianum II. vivo vicentenq; Patre Ferdinando anno 1562. Francofurti in Regem Romanorum elegit ac inunxit, coronamq; cum cæteris Ecclesiasticis Electoribus imposuit: cujus rei Historiam accurate descriptam apud Simonem Scardium legimus, tomo III. Histor. a Serrario repetitam: ac iterum anno 1575. Rudolphum in Romanorum Regem electum Augustæ & inunctum coronavit. Bartholomæum Wencierodium Nobilem Lutheranum Eichsfeldiam turbantem eo profectus cepit, ac Moguntiæ ultimo affecit supplicio. Multa oppida impignorata redemit, & duos dioecesi adjecit Comitatus, Kirchbergensem, qui et Lorensis ab oppido præcipuo Lora nuncupatur, & Königsteinianum

de gestis vid. Serrarij cap. 16. Historiæ huius Archiepiscopi. Ipsum non adeò infensum fuisse religioni nostræ, ex eo patet, quod Moguntiæ et in ipsa aula Lutheranas passus, pereoninantibus cænem comedere vetitis diebus permiserit, nec Evangelicos Pastores laudatis comitatibus ejecerit: unde et Chytræus lib. 18. Histor. Sajon. ipsum vocat Virum prudentem & moderatum. Et sanè pietatis non vulgaris est indicium, quod libello quotidianarum precum hæc symbola sæpius memorando inscripserit: 1. Vita brevis. 2. Forma decipiens. 3. pecunia stupa, 4. Imperium inversum. 5. bellum perniciosum. 6. Victoria anceps. 7. Concordia salax. 8. Senectus misera. 9 Mors felicitas. 10. Sapientiæ fama perennis.

Mortuus est Aschaffenburgi 22. Martii A. 1582. quo ipso die lucem hanc adspexerat anno 1523. Sepultus est Moguntiæ ad latus Bernhardi a Breitenbach peregrinatione Hierosolymitanâ famosi.

§. LXX. Præpositus deinde Moguntinus & Spirensis WOLFGANGUS, Camerarius Dalbergerus, Vir insignitè facundus, ipso quo electus erat anno Comitiis Augustanis interfuit, biennio post Aschaffenburgi consecratus: eodemq; anno Augustum Saxoniæ Electorem ex Wisbadensibus thermis reducem honorificè excepit Moguntiæ. Collegium Moguntinum Jesuiticum, Hæbstatense arcis ædificium magnificum, ut & in arce Steinheimensi nonnulla exstruxit. Postquam sine sexu superioris Palatinum Electorem cum conjuge exceperat Moguntiæ, in ipso præsentis sæculi exordio 3. Aprilis è vita migravit Aschaffenburgi, Moguntiæq; sinu Alberti Cardinalis sepulchrum conditus fuit.

Singulari post fata cedit elogio, quod querelis Subditorum ob damna segetibus a feris illata responderit: Malo ferinis perpetuo carere carnibus, quam detrimento affici subditos.

§. LXXI. Porro ex Scholastico inter Canonicos Archiepiscopus salutatur IOHANNES ADAMUS, è nobili Bickiorum familia. Hic religioni nostrae infestus aulâ expegit Lutheranos omnes, & Königsteiniano ac Reineckano Comitatibus Papales superstitiones reduxit. Idem Sagas exercuit, quarum plures sunt combustae. Non nisi tamen in quartum Seculi praesentis annum, qui & quarto erat regiminis vixit, postridie S. Martini vitâ concedens Aschaffenburgi, Moguntiae in summo templo sepultus.

§. LXXII. Qui successit IOHANNES SCHWEICKARDUS et nobili & antiquâ Baronum Cronenbergiorum familia oriundus, primùm in Spiritualibus Wolfgangi Archiepiscopi Vicarius, post Scholasticus, demùm ceps Decanus Moguntinus. Vir, ut Brachelij lib. 3. Histor. nostri temporis de ipso scribit, Concordiae & Pacis in imperio amantissimus, adhaec facundiâ, comitate, prudentiâ insigni, & supra haec vitae innocentiâ sanctimoniâ commendabilis, alq' utriusq' religionis Principibus cum quibus saepè de gravissimis tractabat, gratissimus. Decessit ex hâc vitâ anno 1626. d. 27. Septembris, anno aetatis LXXV.

§. LXXIII. Subrectus illi est a' Capitulo Metropolitano Georgius Fridericus a' Greiffenklau, Episcopus Wormatiensis, qui ex his terrenis sublatus Ao 1629. d. 6. Julii.

§. LXXIV. Hujus Successorem ANSHELMUM CASIMIRUM Stirpis Wamboldicæ ab Umstat, Svecicorum præcipuè armorum tetigit felicitas. Et anno quidem 1631. Gustavus Adolphus Höchstâ & Oppenheimio occupatis obsedit Moguntiam Decembri mense deditam: quam Binga et Königsteinium secuta. Conditum etiam in confluente Moeni Rheniq; Gustaviburgum, brevis ævi munimentum. Ac porrò prout vel Cæsar, vel Anticæsarei victoriis cladibusq; insignes fuerunt, afflicta juxta, ac respirarunt Moguntina Provinciæ: donec ferventibus pacis negotiis Archiepiscopus obdormisceret d. 29. Sept. a. 1646.

§. LXXV. Et tunc quidem Archiepiscopalem infulam accepit JOHANNES PHILIPPUS à Schönborn, Episcopus Würzburgensis, eoq; ipso sub indigitatur, invitis licet aliis, Dux Franconiæ. Hujus regimen præcæteris illustrarunt Præfecturarum Strada montanæ ab Electore Palatino redemtio; Cum Colonienſi Archiepiscopo de Coronandis Romanorum Regibus contentio; Erffurdi subjugatio; Baronum Boineburgii & Rheinbergii detentio; cum Palatino de Wildfangiorum velitatio. Singula curatius, per compendium tamen, explicabimus.

§. LXXVI. Tota Strada Montana (Bergstrasse) à vitiferis fortè sic dicta montibus olim ad Laureacense Cœnobium (Lorsch) & pars quidem à Comitibus Ladenburgensibus, exindè ad Moguntinos sub Friderico II. devolutæ.

Post schisma inter Dietherrum Isenburgicum & Adolphum Nassovium, Stradae quasdam praefecturas Starckenbergam scilicet, Hessenheimium, Norlebachium, Laureacum, a Diethero, cui fuggestias ferens ad Seckenheimium foederat Adolphus pro impensis centum millibus florenorum bellicis instar pignoris accepit Friderico I. Palatino Anno 1463. Bello Germanico Densheimium, Starckenberga & alia quadam ab Hispanis & Bavaris proscripto Palatino erepta Moguntino restituta sunt. Pace demum Osnabruggensi sic convenit, ut Praefecturae manerent Moguntino, pretium tamen oppignorationis Palatino solveretur: id quod anno 1652. praestitum, nisi quod pro tribus pagis, Heidelbergae vicinis, remotiores Moguntino redditae.

§. LXXVII. De Coronatione Caesarea quae Moguntino cum Coloniensi lis intercessit, ita habet. Coloniensis Archiepiscopus Coronationem electi Romanorum Regis non modo Aquisgrani ac alibi in Diocesi sua, sed et per totam Germaniam sibi arrogabat. Moguntinus contra Dioecesin Coloniensi lingvens salvam, in religvis Germaniae provinciis id Juris sibi vindicabat. Nobilitata est hac controversia tribus Conringii pro Moguntino scriptis: Assertione juris Moguntini in coronandis Regibus Romanorum: Iteratarum vindiciarum juris coronandi pro Archidioecesi Coloniensi examine: Castigatione libelli, cui titulus: Anticonringiana defensio Juris coloniensis in coronandis Romanorum Regibus. At postquam Conringius cum Petro à Sterikfagen, et altero axonymo calamis dimicave-

rank, amicas Electores jungunt dextras, his conditionibus, ut coronandi jure uniciuiq; per diœcesin salvo, extra illas alternis vicibus coronarent, ejus initium faceret Coloniensis. Diploma hac de re Anno 1657. 16. Junii confectum legas etiam in Calce Assertionis Corringianæ, item Sprengeri Jurisprudentiæ publicæ.

§. LXXIIX. Erffurtensis Subjugatio

leve habuit initium, & precum quidem sacrarum pro Moguntino formulam, tempore belli omissam, sed quam vocabat Archiepiscopus, deinceps repetendam. Ac ita quidem Commissarii Cæsarei Principum Bambergensis ac Würtembergici Subdelegati anno 1650. d. 6. Junii, ac iterum anno 1655. Commissarii Cæsarei decrevere. Pendente hac commissione, Erffurtenses quasi priori decreto facturi satis, ad exemplum formulæ 1615. usurpatæ, pro fausto tractatuum inter Moguntinum & Civitatem suam progressu precati, idem denuò fecerunt Anno 1660. Barone Schmidburgio Consiliario Imperii aulico tertiæ Commissionis Cæsareæ ergò urbem ingresso. Hic cum primò nil de precibus moveret, Moguntia iterum reversus, multum in componendâ lite laboravit. Quod nullæ in Moguntinis ac Erffurtensibus scriniis reperirentur formulæ, novam Schmideburgius, aliam Senatus excogitavit. Moguntino placuit posterior, non parum tamen inter se rotata. Afferemus eam. Unser bitten, auß den Liebe Gott Vor Ihre Churfürstl. Gn. zu Maintz, alß unsern gnädigsten Herren, und denn Ihr. Churfl. Gn. selbst, daß sie uns alle unsere Leuthe und Unterthanen, wie bißhero geschehen, in gutem wolbestand erhalten, und dergestalt Jhro beständiger gnaden Krieg Krieg, alß gewöhnlich hinlegung aller bißdahin entstandener mißfälligkeiten, zu unserer und unserer Nachkommen

gänzlichen beunruhigung [illegible] gedeyen möge. Hanc formulam M. Volcmarg Limpurgius Quatuorviri (Oberstmeister) quasi á Senatu approbatam, omissa saltim quantitate Otto, una cum declaratione Senatus nomine concepta, ac publico sigillo signata 3. Novembr. 1660. Schmideburgio (cui & D. Papio Praetori apud Erffurtenses Moguntino admodum familiaris erat) exhibuit. Sed cum Reverendo Ministerio, Senatoribus & plebis tribunis, qui tutores Erffurti appellantur, proponeretur formula, assensum negare & malae fidei Limprechtum accusare. Exhibita igit non introducta tamen oratiuncula mense Januario Ao 1662. discessit Schmideburgius. Hinc Moguntinus etiam per rescripta Caesarea introductionem urgere, Senatus audem ad supplicationis remedium (quod ei dissentientibus licet Aulae Caesareae Consiliariis quibusdam, negatum) confugere. Ipse etiam Saxo Elector Ducesq; caeteri Saxoniae causam Erffurtensem tum intercessione, tum modis juverunt aliis. Attamen novis mandatis expeunte anno cum Collega Joppoldo reversus Erffurtum Schmideburgius, insuper habitis Senatus populiq; exceptionibus obedientiam imperat, ac tandem 2. Maji sententiam promulgat, qua Senatus ob contumaciam in 50. marcarum auri poenam condemnabatur. Senatus, Caesaris ac Saxonicae domus declaratione non praejudicatum esse viri, (de quo valde erant anxii) juribus et privilegiis Civitatis fretus, assensit demum, ac populum quoq; seriis variisq; artibus, etiam fixis publice edictis in assensum trahere laboravit. Sed hic obstrepere, vociferari proditionem ingeminare, Limprechtum in Jus rapere, acerbiorem inquisitionem contra ipsum formare. Deinde 3. Julii, cum jam Erffurto excessissent Commissarii Caesaris, Tribuni

Vid. Justitia Protectionis Saxon. in Civitate Erffurtens. Ao 1663. mense Junio ebr.

Repetita necessaria et justa defensio Protectionis Saxoniae in civitate Erffurtens, adversus scriptum sine exemplo virulentum titulo Assertionis Moguntinae 8bri 1663 vulgatum Ao 1664. M. Martio.

prolixum Senatui exhibuerunt commentarium
quo Limprechtianam (sic vocabant) precum for-
mulam improbavere. Quantum potuit Senatus
obstitit plebi, magis magisq' turbanti, et mandata
quoq' publica refrigenti, et quandoq' templorum
claves, ne fortè clanculum inducerentur precy
servanti. Septembri mense novum edictum Cæ-
saris 28. Julii perscriptum Erffurtensibus exhibitum
quod intra octavum à traditione diem prioribus
de precum formulâ statutis paritionem inculcabat. Tribuni, nomine Communitatis, nondum
hactenus citatæ, nondum auditæ, ad beneficium
remissionis et supplicationis confugiebant. Senatus
alio instrumento Mülhusium missa, pristinam
quantum in se esset, pollicebatur obedientiam.
Sed Moguntini Deputati à Commissariis Cæsareis im-
petrant Mülhusii, ut proscriptione publica in refractari-
am urbem animadverteretur. Id quod dictum factum et
26. Septembris diej sequenti Fecialis ad expediendam
banni denunciationem instructus, Erffurtum abiit, de-
claratoriam, ceu appellant, unam, alteram confirma-
toriam, quod mirum, uno eodemq' die 28. ninirum
Julii in aula Cæsaris conceptas sententias publicaturus.
Hic quam indignè à sentina plebis tractatus, insultibus
etiam plagis verberibusq; ac ægrè furori pro impostore
nominem somnianti ereptus, Mülhusium sit reversus
sus germanicum docet scriptum, cujus hic est tenor:
Warhafftige Relation, wie [illegible] die Publicatio-
nes Mandati [illegible] zu Erffurt abgegangen, so durch
mich Jacobum Lindel von Eschenau alß Kayserl. Hoff-
Fourier verrichtet, beschehen den 8. Octobr. 1663.
Nec hic substitit Furor plebis, sed cum Moguntinâ
quadam copiæ ad executionem in Eichsfeldiam
missæ duos pauperculos fabros lignarios male

antea multatos in conspectu urbis ex currus
suspendissent 7. 9bris, Cives cadavera ad invidi-
am in foro exponentes, promiscuas suspectorum
cædes ac rapinas minabantur. Hæc tempestas
decretoriam Limprechtio accelerasse videtur senten-
tiam, qui XI. Novembr. admotâ quæstione, nono post
die non sine tumultuario impetu capite in foro
plexus est. Innocentiam Viri Moguntinenses; Erf-
furtini præter obtrusas preces, perduellionem, ambi-
tum, peculatum, & nescio quot crimina publicis
quos scriptis testabantur. Venit in manus unum
sequentem præferens titulum: Summarischer
Bericht, was der Churfürst Hochlöbl. Gedächtnüs
Herr M. Volckmar Limpurgk Abt zu Fulda, daß er
am 20 L. 9bris anno 1603. mit dem Fürsten
öffentlich Krieg geführt, und dem Original
acta treulich gezogen, und an den Tag gegeben etc.
Cum igitur extrema imminerent urbi Elector Sa-
xoniæ Vir gravissimo ex consilio Erfurtum misso
persuasit tandem civibus, qui priorem propositum
à Schmiedeburgo formulam se recepturos spondere-
rent. Quod autem intelligeret Elector, aulam Cæsaris ac
Moguntinam posteriori instare; ac pro salvi conductu
concessione ac remissione banni, quo nomine Civitas
jam aliquoties supplices reddiderat literas, frustra
pulsare fores Cæsaris; laudatus Electoris Saxoniæ
Legatus Erfurtum reversus, cæteris item Saxoniæ
Ducibus officium strenuè facientibus, communis
denique Evangelicorum Principum ac Statuum
in Comitiis Ratisbonensibus Legatorum Epistola gravi-
ter ad parendum cohortabantur Erfurtenses.
Quæ quidem perfecerunt tandem, ut non modo placita
Moguntino formula 29. Maji publicè reciperet, in Eccle-
sias; sed et refractariis in carcerem conjectis ingres-
sitio instituerentur.

144 Quis cogitasset, nondum esse rem in vado? praserti
quando Senatus partitionis Instrumentum exhiberet
pristina petita pro salvo conductu & relaxando banno
repetens, singulis etiam Collegiis in Comitiis Ratisbonæ
congregabis ipsi intercessione ut intervenirent sua
humillime scriberet. Sic enim quod semel decreverat
Elector, perfecturus suis, Gallicanis ac Lotharingicis
copiis executionem in causa propria moliebatur: sic ut
plus valerent inimica urbi consilia, quam vota
Erffurtensium Clementiam obsecrantia, quam desi-
derie, superioris ac inferioris Saxonie, ut & Fran-
conie circulorum, nec minus potentissimi Regis
Svecie ac Electoris Brandenburgici. Cum fructu
hac de re legenda qua ad Instrumentum Pacis sub
Francisci Irenici persona diserunt Oldenburgici,
ac multo magis laudati ab eo libelli: Indiculus Statu-
rum in Causa banni Civitatis Erffurtensis, histo-
riam totius negotii continens. Indiculus litera-
rum regiarum, Electoralium, aliarumq; de exse-
tione banni Erffurtensis: Indiculus rationum con-
tra executionem Banni Erffurtensis. Per ultimum
nescio an designet germanicum, quod penes me est,
hujus elogii: Unumbgängliche Nothdurfft deme
Hochbedrangten Stad Erffurdt zu ostenbarung
ihrer unschuld in Sachen deme von Ihrer Churfürst-
lichen Gn. zu Maintz wieder dieselbe vorlengst außge-
würckten und angeordneten Exsecutions-Proclamation
Aliud etiam Senatus prodiit scriptum sub titulo
Grundliche deduction und warhafftes Berichts &c.
Id certum est, Statuum Evangelicorum Legatos
Ratisbonenses Gravellio Galliæ Regis Legato exhibuisse
triplici scripto comprehensas, quibus motus
Rex Moguntinum ad clementiam et conservanda ur-
bi privilegia flecteret: nec minus gravissimam

ad ipsum Regem epistolam non sine Justitiæ Moguntinæ censura dedisse: cujus summa extat apud Irenicum. Verumtamen quam incassum laborarint, commonstravit exitus, dum Moguntinus ultra præces aliaq; Castellum Cyriaci ac binas urbis portas in antecessum postulat: quumq; negarent Erfurtenses, obsidionem molitur sub Duce Sommerfeldio, ac post brevem adversariam per deditionem occupat montemq; St. Petri munimentis auget. Quantum à pristino tum mutatum Statu, unicuiq; rem cognitum: quamvis ipse Elector Erfurtum ad recipiendum homagium veniens, uterat mitiori ingenio & senili prudentiæ multam clementiæ significationem dederit, ac in restauranda academia, aliisq; simulacris non parum studii posuerit. An ea subjugandæ Erfurto Cæsar & Catholici Status Saxoniæ Superiori circulo frenum injicere; Regem verò Galliæ potentia metum latius per Germaniam spargere voluerit (quod ebuccinat Irenicus) meum non est dicere. Nec probaverim ejusdem Auctoris audaciam in sequentia erumpentem: Optimum sanè fuisset, si Dni Elector & Duces Saxoniæ Moguntinum in hoc negotio prævenissent, ac dubii & controversi Juris Erfurtinam Civitatem occupassent, & communione juris administrassent. Quis tum potuisset clavam è pugno fortissimi Herculis eripere? Moguntinus sanè maximum levidensium militum in obsidione habuit; Gallorum autem furor contrario furore haud difficulter eludi potuisset. Et verò si idem Auctor est Itinerarii Germaniæ Publici, plura de hoc negotio effutivit, quam Germano homini & tam gravitatis publicæ, tùm & Reverentiæ Magnatibus debitæ amanti convenit. Majori emolumento cedit, quod pleraq; transactionis inter Moguntinum

domum Ducalem Saxonicam, Lyssiæ Anno 1665. ac porrò Erfurti ao 1667. institutæ capita in Collegio ad Burgueldense attulerit. Ex quibus inter alia discere est, Saxonicam domum Protectionis Erfurtensis juri (das Erb-schutz-gerechtigkeit) directo, in pagos quosdam Erfurtensium dominio; Moguntinum contra feudalibus, nescio quibus in Gothan, Apoldam, Præfecturas Tennebergicas, Waltershusam, Altenburgam, juribus, nec non Cappellendorfii redemtioni planè renunciasse. In negotio de Vectigali Saxonico quædam tum sunt mota, quæ adhuc immota arbitror. Quæ cum Comite Mörsburgensi, antiis possessionibus, quarum tamen partem brevi recipiet, excluso, & Comite Hatzfeldensi sigillatim acta, scripto nondum comprehensa legi.

§. LXXIX. Nunc ad brevem de Boineburgica Aulæ Moguntinæ Marschallo, Historiam. Is ex nobili Hassiæ Prosapia in hac & Helmestadiensi Academiis eruditionem Summam, in peregrinationibus, Conversatione ac Commercio cum eruditis frequenti, præsertim verò muniis publicis, rarum collegit prudentiam, tot legationibus ad miraculum propè ostensam. Moguntino Electori diu fuit in Consiliis & oculis, ejusq; res floccipendes suâ, ceu reor, dexteritate florentiores reddidit. Quandoquidem autem Regis Galliæ destinata ad perniciem Germaniæ ac domus Austriacæ spectantia magis magisq; sentiens, liberius de iisdem judicaret; Gravellius Legatus ejus Conventione in Ratisbonensibus Comitiis abstinere jussus est; nec multò post apud Moguntinum delatus, nescio an et opum titulo suspectus, custodiæ mancipatur, de conspiratione cum Turcis ridiculis in vulgus sparsis calumniis. Quod verò manifestus esset innocentiæ,

dimissus tandem, ac partim in prædiis, partim Francofurti literario vacans otio & legationibus nonnullis, ac si recte memini in polonian pro Coburgico defunctus tranquillum sensit vitæ exitum: majori, quam maximam meruit, laude dignus, nisi a religione nostra, cui tamen semper favit, ad Pontificiam defecisset.

Obitum Boineburgii luget Conring. Supplem. 9. ad antiqu. Acad. pag. 124.

§. LXXX. Philippum Ludovicum Baronem de Reiffenberg nescio an in odium Dominii, privationem beneficiorum Ecclesiasticorum, perpetuumque carcerem deduxerit intimioris Consiliarii ab Electore Saxoniæ tributi titulus, Moguntinis suspectus Evanvis et alii Erffurtense dominium suspecta fe ferant. Sententia d. 18. Maji Anno 1668 eidem dicta, ab Electore et V. præcipuis Canonicis subscripta, hæc est:

SENTENTIA REIFFENBERGII.

Nos Johannes Philippus D. G. Sacræ Moguntinæ sedis Archiepiscopus, S. R. Imp. per Germaniam Archi-Cancellarius. De consilio et assensu Venerabilium Dominorum a Capitulo nostro Metropolitano Moguntinensi ad hunc actum specialiter deputatorum Conjudicum, videlicet Domini Johannis a Pappenheim condicti a Saal, præfatæ nostræ Ecclesiæ Decani, Caroli Henrici, Baronis a Metternich, Scholastici, Viti Christophori Fuchs a Dornheim Cantoris, Theodorici Casparis Baronis a Fürstenberg, Senioris, Johannis Wilhelmi Wolff Baronis a Metternich condicti de Gracht Canonicorum Capitularium in causa inquisitionis contra Philippum Ludovicum Baronem de Reiffenberg, Clericum Moguntinensem, præhabita deliberatione Variorum Jurisperitorum, sic pronunciamus.

148 Qvia nobis evidenter, legitimè, et ex confessione tua sponte facta constat, te fornicationes cum multis, secutâ quandoq3 impraegnatione, & impraegnatarum desponsatione, praecedente non rarò lenocinio, accedente non semel gravi impudentia, insuper stupra plurima maximè tenellarum Virginum non semper maturarum, etiam violenta, circa tibi subditas & alienas adulteria aliqua, incestus cum Matribus et filiabus, semel insuper adulterio stupro concurrentibus, ut dubium fuerit, an propriam filiam non cognoveris, nec non raptum, alterius pupillae tuae crimina seu flagitia multis annis commisisse et continuasse, sacris legationibus infideliter abusum fuisse, contra mentem delegantis in opprobrium verecundiae & castitatis, ut et religionis Catholicae, gravemq' de haeresi & Schismate suspicionem praebuisse, quae non solum gravia, verum etiam scandalosa damnabilia sunt. Idcirco ab omni ordine et Privilegio Clericali be sententionaliter diximus deponendum, beneficiis Ecclesiasticis omnibus, nec non gratiis privandum, Teq' toto vitae tempore poenitentiali carcere mancipandum & in expensas condemnandum esse, decernimus, prout deponimus, privamus, tuamq' personam carceri poenitentiali perpetuo addicimus et in expensas condemnamus. Publicatum Moguntiae d. 18. Maji. 1668.

Johannes Philippus.

Johannes a Passenheim dictus a Saal Decanus
Carolus Henricus Baro a Metternich
Vitus Christophorus Fuchs a Dornheim
Johan Wilhelmus Wolff condictus a Metternich

Cæterum à præsente Archi Episcopo solutum carcere nunc Viennæ vitam ferunt degere, cujus mutationis causas explorandi in posterum dabit occasio.

§. LXXXI. Denig de velitatione Moguntini et Sociorum cum Palatino aliqvid dicendum esset: Verum satius fuerit hæc in historia Palatina recensere. Quamobrem præter obitum Archiepiscopi, anno 1663 in Episcopum Wormatiensem (qvi Episcopatus singulari pacto per dimidium seculum Moguntiæ manebit conjunctus) sublati, qvi in superiorib, nempe anni 2. Februarii diem incidit, nihil addimus: præsertim cum perspectum existimem, qvod paulo ante obitum Cæsarea et Brandenburgica arma Gallicanis opposita in suis provinciis viderit ac gustarit.

§. LXXXII. Hunc secutus LOTHARIUS FRIDERICUS à Metternich in Burscheid, anno 1652 d. XI. April. in Spirensem Episcopum, decennio post in Coadjutorem Moguntinum electus. Favore Gallicanos Erfurtensi subjugationi debitos ab Antecessoris hereditate videtur accepisse: qvod mirabitur nemo, qvi Gravellium Ratisbonæ pulsum per aliqvot Menses Moguntiæ latuisse, ac Cæsareanis, foederatisq; præbita obstacula à timore ex cantu Galli nimis vicini ac Palatini exemplum profecta cogitat. Neq; tamen Cæsar, ceu equidem existimo, temere irritabit primatem Germaniæ in cujus manu olim electionem, ac hodie potiora Imperii negotia versari, manifestum est.

Mortuus est hic Archi Episcopus Anno 1675.

§. LXXXIII. Hodie Archiepiscopum agit DAMIANVS FLARTARIVS ä Leyen, Praepositus Trevirensis, Archi Episcopi & Electoris Trevirensis Frater.

CAPUT IV.
DE TREVIRENSIBUS ARCHIEPISCOPIS ac ELECTORIBUS.

§. I. Treviri antiquissimi sunt populi, eorumq; Metropolis dui ante natum Christum condita. Qui tamen ad conditorem Trebetam, Nini filium novercae Semiramidis libidinem juxta ac imperium fugientem confugiunt, fabulas procudubio amplexantur.

§. II. Primus commenti auctor habetur Marianus Scotus: cujus tamen prototypon Francofurti in Bibliotheca Bartholomeana asservatum haec ignorat. Et quid vel Marianus, vel Sigebertus Gemblacensis, Otto Frisingensis, Abbas Urspergensis, Gotfridus Viterbiensis, aliiq; horum ducetum seculi de rebus tanto intervallo abipsorum memoria remotis scirent? Nondum igitur me poenitet quod in Historia Bardewicensi cap. 2. fictilem narratiunculam exposui: praesertim postquam Lipsiensium novellarum consarcinatores ejusmodi quisquilias lectoribus denuò obtrudere deprehendi. Quò magis miror apud eruditum Jesuitam Masenium, plus valuisse Magnatum haec talia probantium, quam veri, quod in eo defenderat Browerus, auctoritatem summam. Hos duumviros autem Jesuitici ordinis dum nomino, non possum non illorum in colligendis ac digerendis Trevirensium historiis diligentiam commendare maximam: quorum alter (Christophorum Browerum intelligo) li-

bris 25. annales Trevirenses ad exordium præsentis seculi porrigentes, præmissâ Trevericarum antiquitatum parasceve admodum eruditè complexus est. Alteri, Jacobo Sc. Masenio, tres sequentes annalium ad hodiernum Archiepiscopum libros, ut & notas ac additamenta in Parasceven ipsos q; Annales Browerianos debemus. Quidem opus variis antiquitatum monumentis plenum Leodii prodiit formâ majori in 4to.

§. III. Cæterum uti Masenii recoctus Trubeta non est ad palatum; ita Browerum ad Gomerum ejusq; filium Ascenatz, quorum ille ex Japheto Noachi gnato genitus, declinantem, certis quibus insistat, argumentis destitutum scio.

§. IV. Nostra hæc est sententia: Treviros ex natione Galatarum in germanicum postea nomen adscitarum vetustissimam esse gentem: parum tamen expedire, qui Origines ultra Cæsaris ætatem inquirant.

§. V. Nec minus Augustam Trevirorum antiquissimam Galliæ Belgicæ Civitatem agnoscunt Julii Cæsaris ævo mediocriter jam floruerit, donec majus incrementum ceperit, quo Cæsares quandoq; ibi fixerint domicilium, & Constantinus Imperator in ea condiderit palatium, cujus etiamnum exstant ruderа.

§. VI. Adscriptis nimirum in Trevirorum Coloniam Romanis, Treviri Belgarum, imo Gallorum præstantissimi cum Italicis in unum coaluere populum, ipsaq; Civitas, Senatus, & Curia propriis ornamentis, indè palatio seu domicilio, Principum prætorio, & armamentario

clarissima: confluentibus etiam huc ex orbis Romani provinciis undiq; populis, in eam fere amplitudinem exiit, ut Metropolis honore ad splendidissimum Galliarum omnium ac finitimarum regionum venerit Principatum.

§. VII. Christianismi sensum, et fortè prædicationem quoq; Apostolicis temporibus acçipere potuerunt Trevirii. Quia tamen hæc res indubijs caret vetustissimorum testimonijs; ita majoribus sunt implexa tricis, quæ operosè multi disputant de Euchario ex 70. discipulis uno, a' St. Petro ad Trevirensium Episcopum misso, ejusq; successoribus, Valerio & Materno. Nec minus ambigua sunt fidei, quæ de sequentibus Episcopis ex Methodio affert Marianus Scotus his verbis: Post Maternum, qui XL annis Trevirii prædicationis regimen tenuit, quidam Auspicius resedit. Deindè insignes per coætimas successiones & sanctitate & gratia pollentes exstiterunt sanctissimus quisque nomine vel meritis celsus, animo sublimis, sed et genere clarus, non segnis patriæ semper ubiq; vigens affectu pia, honore actuq; Serenus, Felix, Manssetus, Clemens, Moses, Martinus, Anastasius, Andreas, Rusticus, & Autor Fabricius, & Fortunatus atq; Cassianus nec non & Marcus, cæteriq; quam plurimi, qui suis diversis temporibus non solum proprias provincias, sed et in extremis et ultimis industriæ, & illustres non solum confessione, quin & martyrio existentes, regna etiam Tyrannorum vicerunt.

Maximianus, Germaniæ subjugata tironum Imperii sui statuit Trevirij. Geneas. Tilem. pag. 40.

Sigebertus An. 476: Franci Trevirum civitatem super Mosellam capiunt.

Rotic. Monachus: Indè progredientes Franci Trevirij civitatem super Mosellam vastantes ceperunt.

§. VIII. Nos igitur prætermissis antiquioribus tamè incertis, quàm paulo certioribus á seculo IX altè adeò Caroli M. ævo historiam Archiepiscoporum Trevirensium auspicabimur. Primas igitur teneat AMALARIUS FORTUNATUS, Cardinalis Romanus, Vir doctissimus juxta ac pro illo tempore eloquentissimus, cujus habemus de divinis officiis libros quatuor Ludovico Pio inscriptos. Annales Fuldenses eundem á Carolo M. propter pacem cum Imperatore Michaële confirmandam Constantinopolim missum esse memorant ad annum 813. Quidam eum decessisse volunt anno 822. Vitam ejus scripsit Constantinus Cajetanus Romæ 1661 editam.

Antiphonarium Amalarii Vid. Mallinckr. de Archiepisc. pag. 12. f. 13.

§. IX. Successit HATTO, Cœnobii Epternacensis Abbas. Regino Prumiensis ejus obitum refert ad annum 847.

§. X. Illius Cathedram obtinuit THIETGAUDUS laudati Monasterii Abbas, vir simplex, nec adeò in divinis Scripturis eruditus: quod est Reginonis testimonium ad annum 864. in historia divortii Lotharii Regis et Thietbergæ: qui in partes suas habuit Thitgaudum, ob id á Nicolao Papa cum Güntbero Coloniensi excommunicatum.

Thió primas Belgicæ Provinciæ vocat in Annal. Fuld. p. 29.

§. XI. Hinc Carolus Rex inito cum optimatibus consilio BERTULPHUM, Adventii Metensis Episcopi Nepotem Ecclesiæ Trevirorum præfecit, qui anno 883 ex hoc seculo migravit. Hujus temporibus Normanni Trevirim occupârunt, quâ de re sic scribunt annales Fuldenses ad annum 882: Nordmanni de sua munitione egressi Trevirensem urbem invaserunt, et habitatoribus urbis partim expulsis, partim occisis, totam in Nonis Aprilis incenderunt.

Regino Prum. l. 2. ad ann. 869. pag. 51.

§. XII. In Pontificali Cathedra, ut loquitur Regino per electionem Cleri & totius populi successit RATBODUS Abbas Esternacensis, Vir doctrina et prudentia clarissimus.

§. XIII. Hic postquam ultra XX annos Ecclesiæ Trevirorum præfuisset in Archiepiscopum assumptus est RUITGERUS, cujus bellicosus animus in obsidione Metensis urbis elupit Anno 923. Vita concessit anno 928. Vid. Mallinckr. de Archicanc. pag. 26.

§. XIV. Qui sequebatur, RUDBERTUS, nobilitatem generis (nam ex Saxoniæ Ducum Stemmate natum volunt) vitæ probitate illustravit. Ottonis I. Archicancellarium fuisse, demonstrat Mallinckrotius pag. 27. Gravissima peste sublatus est anno 956.

§. XV. Idem habuit fatum HEINRICUS Successor anno 964. postquam ab expeditione Italica cum Ottone I. reversus esset. Hic Synodo, in qua Johannes Papa excommunicatus, adfuit. Vid. Luitprr. Histor. lib. 6. cap. 10. Ditmar. l. 2. p. 38.

§. XVI. Porrò THEODORICUS Diaconus Trevirensis et ab ejus excessu ECKBERTUS ex Comitibus Hollandiæ, frater Arnulphi, ac tum LUDOLPHUS Stemmate Ducum Saxoniæ satus Ecclesiam Trevirensem reperunt, quorum iste Anno 970. ille Anno 989. hic anno 998. (Hermannus Contract. habet anno 1008) supremum diem obierunt. V. Voss. de Histor. Latin. l. 2. c. 40. pag. 346. Chron. Augusters. ad an. 1008: Leutoldus Trevirens. Archiepisc. obiit, cui Megingaudus successit.

§. XVII. Pergimus ad ADALBERONEM fratrem Conjugis Henrici II. Kunigundæ, quem violenter Archiepiscopatum invasisse haud obscuri indicii Hermanni Contractus: cum Imperator designasset MEGINGAUDUM, qui tandem infulâ potitus, anno 1015. vitæ colophonem imposuit. Ditmar. l. 7. pag. 199.

§. XIIX. POPPO, Ludolphi Austriæ Marchionis Filius, ab ipso Imperatore Henrico electus et ab omni Clero et populo postulatus magnificum St. Michaëlis (alii S. Simeonis) templum apud Trevirenses condidit, anno 1048.* obdormivit. Wipso in vitâ Conradi Salici de hoc ita scribit: Trevirensem Archiepiscopatum gubernavit Poppo Frater Ernesti Ducis, vir pius et humilis, qui eodem tempore filium fratris sui Ducem Ernestum cum Ducatu Alemannico sub tutela habuit.

*Chron. Augustensis an. 1047.

§. XIX. Tunc Henricus III. Imperator Trevirensi Ecclesiæ præfecit Cancellarium suum EVERHARDUM Wormatiensem Præpositum, Hezelini Sveviæ Comitis filium: sub cujus regimine, Leo IX. Papa Trevirensem Metropolin invisens multis eam distravit privilegiis. De Archiepiscopi obitu ita Hermannus Contractus ad annum 1065: Eberhardus Trevirensis Archiepiscopus XVII. Cal. Maji Sabbato sanctæ Paschæ, completis a' se ipsius diei officiis, ipsis Sacerdotalibus vestimentis indutus requievit in pace.

Chron. Aug. an. 1066. Lamb. Schafnab. p. 175.

§. XX. Idem miserrimum CONRADI Successoris fatum sic describit: Cui Conradus Colonensis Præpositus electus à Rege succedere debuit, sed a' Clero et Civibus Trevirensibus refutatus est. Unde quidam Comes de militia Trevirensi, nomine Theodoricus, eundem Conradum Trevirium tendentem comprehendit, & diu sub custodia maceratum quatuor militibus enecandum commisit. Qui dum eum per quoddam præcipitium ter dejecissent, et nihil sibi nisi brachium collidere possent, unus ex illis pœnitentiâ ductus ab eo veniam impetravit. Alius autem volens eum decollare, maxillam ejus tantùm abscidit. Et sic ipse Deo di-

gnus Martyr ad Dominum migravit Cal. Iulii, sepultus ad Abbatiam quandam nomine Bolejam. Tres autem Milites mortis illius autores digna ultrio postmodum subsecuta est: nam unus eorum acceptum cibum deglutire non valens, alii duo manus suas lacerantes. Haec Hermannus, in quibus finit suum Chronicon. Conferatur Lambertus ad an. 1066. p. 175. f. Marianus Scotus ad a. 1064.

§. XXI. Ex hoc UDO constituitur, qui inter Henrici IV. tot intestinis motibus obnoxii fuit adversarios, ac repentinâ morte obiit circa annū 1077. An idem hic sit cum ADONE Trevirensi; an iste hic successerit, non est, qui multis nunc disceptemus. Tange il nonnulla Voss. de Histor. Latin. lib. 2. fine capitis 37.

§. XXII. EGILBERTUS Bavarus, quem alii Engelbertum vocant, Major Trevirensium Praepositus, cum Romae in Henrici IV. negotiis ageret, ad sens electus, in eroganda elecmosyna liberalissimus Pater Pauperum 36 id fuit appellatus. Vratislao ab Henrico IV. in Regem Bohemiae sublato in sede suâ metropoli Pragâ inungere et coronasse demandasse huic Egilberto, asserit Cosmas Pragensis Chron. Boj. ad finem. Marianus Scotus eum decessisse scribit anno 1101.

§. XXIII. Postea BRUNO Francus, ex illustri prosapiâ de Brithgrim pallii impetrandi ergo Romam profectus acerbiorem primo sensit Paschalem II. Papam, ac postea in gratiam receptus, Episcopalia non modo, sed et PRIMATIS Galliae Titulum impetravit. Quanquam Mallinc. addita m. ad lib. de Archicancell. c. 4. f. 192. id de confirmatione potius antiquissimi privilegii, quam novi juris elargitione accipiendum censet. Decessit anno 1124.

§. XXIV. Huic qui successor dabatur GOT-
FRIDUS, majoris Ecclesiæ Decanus, triennio
expleto honoré cessit dignitati, Clericorum dis-
solutam vitam & senectus incommoda causatus.

§. XXV. Deinceps MEGINHERUS patriâ Le-
diensis siniſteriorem subiit fortunam: dum
Romam profecturus à Conrado Svevo captus
excœcatusq; et Parmensibus pro 600 libris tra-
ditus, ibidemq; sepultus fuit Anno 1231.

§. XXVI. Attamen ADALBERO, Brunoni Can-
nio in schismate electo prælatus Antecessoris
Corpus ex Italiâ repetitum, Treviri tumulavit,
Magnificisq; structuris Metropolin exornavit.
Eugenium quoq; Pontificem cum XIIX. Card-
nalibus per aliquot menses liberaliter habuit
B. Bernardo familiarem, at nescio quâ de caus
Monasteriis infensum fuisse constat. Robert
de Monte in Appendice ad Sigebertum, quand
ejus obitum tangit, ad annum 1152 virum magn
nimum salutat, & singularis censuræ. S. Lam
becius in Catalogo librorum à se editorum
pag. 40. in Syntagmate Rerum Germanicarum
pollicetur editionem Anonymi cujusdam Autori
qui se obiisse Christi 1112. Brunonis Archiepis
pi Trevirensis memorabili cuidam facto in
opprimenda Berengarianorum hæresi interfu
isse refert) Chronicon Trevirense ab urbe condit
usq; ad Annum Chr. 1146. quo grave et diuturnum
bellum inter Adalberonem Archiepiscopum Trevi
et Henricum Comitem Namurcensem extinctu et

§. XXVII. Qui deinde Archiepiscopum egit HEL-
LINUS, immortale sibi nomen peperit, funda-

tione arcis Ehrenbreitsteiniana, quam Petram Eriberti in antiquis literis nuncupari Gebenius observavit. Vulgus Hermannstein appellat. Vivere is desiit anno 1170.

§. XXIIX. Deinceps Friderici I. Interpellatione a' Clero populoq; electus est ARNOLDUS opulentus Coloniensium ad D. Andream Præpositus. Hic licet Pacis esset studiosus, a' vicinis tamen Comitibus provocatus, eos devicit, fecitq; tributarios.

§. XXIX. Post ejus obitum vehemens nascebatur schisma inter Volmarum Archi-Diaconum & Rudolphum Præpositum anno demum octavo extinctum, quando utroq; excluso Friderici Cæsaris Cancellarius JOHANNES substitueretur, ac per Gofredum Cardinalem, Pontificis Legatum introduceretur. Investituram ab Henrico VI. Rege vivente etiam tunc Patre, & Syriacæ expeditioni intento consecutus est: uti testatur Godefridus Monachus S. Panthaleonis ad annum 1188. Hic Archiepiscopus structor est Murorum et turrium, quibus ad nostram ætatem Treviris munita fuit. Mortuus est anno 1213. ac in Monasterio Heimerlost ordinis Cistercienſis sepeliri voluit.

Vid. Gotfrid. Monachg ad S. Pantal. ad an. 1186. pag. 249.

§. XXX. Canonicorum ex in suffragiis electus est THEODORICUS Comes de Weda, Pacis uti amantissimus, ita mediâ pace de municipia provincia solicitus. Sigvidem Castellum in monte Thabor excelsissimo admodum pulcrè extruxit, ac Kellenbergium quoq; egregiè communivit. Rebus humanis valedixit Confluentiæ Anno 1242.

§. XXXI. Hunc segvebatur ARNOLDVS præpositus Trevirensis, Antecessoris ex sorore nepos; non tamen sine lucta cum Rudolpho S. Paulini Præposito á pauciorib⁹ electo. Ipsam Metropolim ornavit propugnaculis, ac Confluentiam pluribus ædificiis auctam mœnibus incinxit. In Richardi Anglicani Cæsaream electionem consentire noluit. Vid. Chron. August. ad ann. 1257. pag. 379. Diem obiit extremum Anno 1259.

§. XXXII. Ab hujus obitu cum duo indies diu crearentur Successores, tertius iisdem ab Urbano IV. præponitur HENRICUS de Vinstingen, Metensis Decanus. Plurimis ædificiis construendis innotuit & Confluentinos rebellantes arce ibidem conditâ, compescuit. Per senectam podagrâ vexatus, sanctorum opem in Italiâ implorans, Bononiæ anno 1285. expiravit Spiritum.

§. XXXIII. Novum tunc nascebatur schisma inter BOËMUNDUM de Usanburg, sive ut alii volunt, Voigtsburg, et Gerhardum de Eigen. At, dum Canonicorum examinantur suffragia, Boëmundus Cardinalium autoritate assumtus et per Nicolaum IV. anno 1288. consecratus est. Quum XI. annos præfuisset, ac castra quædam, prædonum latibula destruxisset ex coetu mortalium sublatus anno 1299.

§. XXXIV. DIETHERRUS Successor, Adolphi Nassovii Cæsaris Frater, non Canonicorum, sed Bonifacii IX. operâ creatus est Archiepiscopus

Cum

Cum Confluentinis bella gerens diœcesin grauiter afflixit. Quapropter a' Clero suo accusatus ac a Clemente V. Romam citatus, dum iter pararet, infirmari coepit, ac paulò post expiravit anno 1307. Cum Canonici honorificam sepulturam eidem negarent, Fratres Prædicatores, ex quorum erat sodalitio, eum tumulauerunt.

§. XXXV. Nov BALDUINUS Comes Lützelburgicus, Henrici VII. Cæsaris frater mitram Archiepiscopalem impetravit ope Petri Aggravald Archi-episcopi Moguntini. Hujus gratiâ fuerit apud Moguntinos, a' quibus semel atq' iterum postulabatur, fortuna, superiori capite exposui. Pontem lapideum super Mosellam prope Confluentiam construxit, Villam publicis in officii formam redigens castro communivit. Petrus Mersæus in Catalogo Episcoporum Trevirensium scribit, ipsum Ecclesiam suam super omnes Antecessores suos magnifice auxisse, atq nomen suum cum laude ad posteros transmisisse. Cum publico omnium luctu vita abiit anno 1354.

§. XXXVI. Grandævum nactus est Successorem BÖEMUNDUM II. Comitem Sarræpontanum pacis et Justitiæ amantissimum. Quod tamen senilis ætas nonnullis esset dispectui, Coadjutorem primò, legitimum deindè Successorem statuit CUNONEM a' Falckenstein, rebellium domitorem. Ipse autem Sarbrücæum abiens per quinquennium ibidem in otio vixit, donec Anno 1368. miseriis hujus vitæ valediceret.

§. XXXVII. Hic igitur CUNO non modo Trevirensis Archiepiscopus, sed Coadjutor etiam Coloniensis fuit, quam Colonien̄sem diœcesin Friderico Comiti Sarwerdensi, nepoti ex sorore resignavit. Trevirum, Archiepiscopale jugum abjicere tentantem in ordinem redegit. Boparduam, quam Veteres Bodobrigam appellarunt, et Vesaliam superiorem, cum dimidio Sternbergio Trevirensi detrimi adjecit. Obiit anno 1388.

§. XXXVIII. Cunone mortuo, ejusdem ex sorore nepos WERNERUS à Königstein legitimè in Archiepiscopum eligitur. Princeps in Consiliis providus fuit & circumspectus. Annis fere XXX sedit, annoq; demum 1418 naturæ debitum persolvit.

§. XXXIX. Ejus Successor OTTO, Comes à Zigenheim, non nisi per biennium præfuit, doctorum Virorum amans, sed perversos Cleri mores aversans, quos omni studio emendare volens summum contrahit odium. Vitam finivit anno 1420.

§. XL. Post illa novo feraliq; schismate laboravit diœcesis Trevirensis, duobus in discordiâ electis: quod Eugenius IV. per tertium quem Suffecit, RABANUM ab Helmstadt, Episcopum Spirensem, compressit. Et is quidem in mediis turbis per IX annos Archiepiscopatum rexit, ac tum utriusq; Ecclesiæ se abdicans regimine ut JACOBUS, Baro de Sirck eligeretur, perfecit, ac eodem anno nempe 1439. Mortalitatem explevit, Spiræ in Basilica Cathedrali sepultus.

Trithem.

Trithemius in Spanheim. Chronico Virum vocat Magnificum, et totum pro Ecclesiâ Dei laboriosum.

§. XLI. Jacobus hic Archiepiscopus ab eruditione providaq; dispensatione bonorum Dioeceseos commendatur. Academiae Trevirensis fundatio huic Archiepiscopo tribuitur. Obiit Anno 1446.

Vid. Mallinckr. de Archican. pag. 239. f.

§. XLII. Nunc ad JOHANNEM Filium Jacobi Badensis Marchionis, et Catharinae, Caroli Lotharingici filiae, nos convertimus. Hic per lubricum aetatis juvenilis negligentius primò administravit Dioecesin: sed cum Virili robore Virum se praestitit prudentiâ Virtutibusq; caeteris. Pervenit ad annum 1505. et jam ferè octogenarius castro Ehrenbreitstein mortalem vitam finivit.

THEODORUS Trevirensis Archiepisc. anno 1490. vixit ac praeter librum de laudibus B. Virginis, etiam descripsit Vitam S. Landrudis. Voss. de Hist. lat. l. 3. c. 6. pag. 572.

§. XLIII. Successor statuebatur JACOBUS antecessoris ex fratre Christophoro nepos, vivente Patruo Coadjutor renunciatus, Vir ingenio, eloquio, prudentia, et scientia variarum rerum, ac his nominibus etiam Maximiliano Caesari commendatus. Tiberii dictum: Boni pastoris est tondere pecus non deglubere, habebat in deliciis. In medio aetatis flore, annorum nec dum quadraginta defecit anno 1511. suidesiderium ubiq; relinquens.

§. XLIV. Successorem habuit RICHARDUM ex Nobili familia Greiffenclaw à Volpsperg. Hic sublato Maximiliano Caesare ne Carolus V. crearetur Imperator, obnixe contendit, Suffragium dans Francisco I. Galliae Regi: quâ de re legenda est ejus Oratio apud Schleidanum lib. 1. Mirum igitur non est

164 Franciscum a Sickingen tam impune grassatum in Diœcesi Trevirensi; licet ab oppugnatione Metropolis virtute civium ac ope Ludovici Palatini fuerit rejectus, ac post a foederatis Trevirensi, Palatino ac Philippo Hasso in arce Landstal obsessus, ac trabe ictus dedita arce extinctus sit anno 1523. Nuper in manus venit singulare de bello Sickingiano scriptum cujus integer hic est titulus: Bellum Sickingianum, das ist, Kurtze doch nutzbarliche Historische erzehlung, deren von dem adelichen teutschen helden, franzen von Sickingen, vor fünffzehen jahren auff Teutsch- und ietzund widerumb in Latein gestellet, und teutscher nation zu gutem an tag gegeben. Sambt einem aus einem alten Ehrenfürstlich höflich geschriebenen Japreceney auf gezeichneten eigentlichen Grundriss der belagerung des Sickingischen Nestens, Landstal genannt, Anno 1626. Duo hi Scriptores sunt Hubertus Thomas Leodius qui Friderico Palatino a Secretis fuit, et Caspar Brusch, Ehrenfold genand Teutschland.

Quod ad Richardum attinet decessit is mense Martio 1531. Veneno extinctum suspicio fuit et ex domesticis quidam tormentis ideo subjectus fortitudine et constantia sua periculum evasit. Magna ejus inter Electores auctoritas propter usum rerum et studium libertatis, quæ verba sunt Sekkendani lib. IIX.

Sub hoc Richardo floruit Johannes Eneni, S. Theologiæ Doctor et Metropolitanæ ædis Ecclesiastes, qui linoua vernacula scripsit Metulam gestorum Trevirensium a Johanno Seckmano Cœnobita S. Maximini latinè versam.

§. XLV. Richardum excepit JOHANNES III. ex seranticua Metzenhausiana familiâ, qui per novem annos singulari cum laude præfuit. In conventu Principum Hagenoæ, cui Caroli V. nomine Ferdinandus frater præerat, ex nimio æstu in ægritudinem incidens, ac in arcem Wasgoviæ Dachstein delatus Anno 1540 extinctus est.

§. XLVI. Ei suffectus est JOHANNES LUDOVICUS ab Hagen Princeps per humanus ac erga omnes benevolus, qui anno 1547. vitæ curriculum explevit.

§. XLVII. Post hunc JOHANNES V. Comes Isenburgicus Canonicus Coloniensis creatus est Trevirensis Archiepiscopus. Interfuit concilio Tridentino anno 1552. Undè per Alberti Marchionis Brandenburgensis in Trevirensem Diœcesin impressionem revocatus. In castro Montaburensi anno 1556 obiit, Confluentiæ ad S. Florinum sepultus. Sub hoc Johanne natum est illud, quod Archiepiscopi Trevirenses in opulentam S. Maximini Abbatiam prope Trevirim juris sibi vendicant: dum Johannes Zellensis Abbas senio confectus Johannem Archiepiscopum Protectorem assumsit, qui à morte Abbatis usq; ad suum obitum Abbatiam retinuit. Quæ lites inde inter Archiepiscopos & Abbates

nalæ, ac quæ sit hodierna rerum facies, per Compendium refert Martin Zeiller Tractatu germanico de X Imperii Circulis, Videatur etiam summa Protestationis Canonicorum Trevirensium contra Abbatem in Comitiis Ratisbonensibus anno 1640. facta, Limnæi enucleati lib. 2. cap. 18. pag. 289. Auctor etiam der Nothwendigen Ablehnung des Contramemorials Mainz, nbrigen Gleichs. pag. 12. hæc habet: Es ist besonders notabel, was jüngsthin Ihr Königl. Majestät Schweden dem Ertzstifft Trier und der Abtey St. Maximini, dessen Privilegien von undencklichen jahren her Ihr dem Königl. Krönungstägen, und in specie auch Anno 1652 in den nächsten Regensburgischen beschriebenen und confirmirt, auch etliche Kayserl. Decreta de annis 1570. 1626. 1630. vor sich gehabt, Wenzeslaischen, und welcher gestalt er nichts destoweniger als ein Trierischer Churfürst, solchen Ertzstifft anfeinden, und so wohl die jüngste als vorige beschreibungen Ihr den Krönungstägen, und zwar unter andern auch auf das jetzigen Churfürsten Ihr Mainz vor Trier gethane Intercession cassirt, worüber dahero mehrere Nachrichtung in der so genandten Maximinischen Rettung welche gänglich Ihr Regensburg auf dem Krönungstage von selbigen Abte abgeordneten Gesandtschaften, pag. 19. und in denen Beylagen num. 4. 5. 6. item 10. zu finden ist.

§. XLIIX. Succedebat Collegii Canonicorum Archidiaconus JOHANNES VI. ex nobili

familia

familia Leiana sive de Petra natus, præsente Archiepiscopi Propatruus, qui Maximiliani II. electioni cum Collegis Electoribus Francofurti interfuit. Trevirenses et Confluentinos mutationem religionis molientes severè admodum coërcuit. Academiam Trevirensem ob varias mutationes et temporum injuriam collapsam per Jesuitas instauravit. Fato cessit anno 1566. Confluentiæ ibique terræ mandatus est. Intestina autem ad Monasterium Lacense, ubi progenitorum habebantur conditoria, translata sunt. V. Serrarii Mogunt. p. 922

§. XLIX. In hujus locum post longas Canonicorum contentiones electus est JACOBUS, ex veteri ac nobili familiâ ab ELZ, cuius etsi Pontifices ac religioni addictissimi, longè mitius ingenium sui experti sunt. Nam etsi ob controversiam cum Metropoli eandem obsidione cinxisset, solvit tamen eam, et qui Jure finiretur contentio, permisit: quæ etiam in Spirensi Camera pro ipsis est decisa anno 1580. Erat his temporibus Trevirensium Syndicus Kyriander, qui ad interpellata lis mitius iret, acta urbis Trevirensis edidit. Sed si Browero, Mallincrotio, et aliis credimus, nimis servivit scenæ suæ, et ab archiepiscopali Jurisdictione immunem Metropolim per totam librum censuit: in quo præcipuè adversarium habet Browerum. Archiepiscopus autem mortuus est Anno 1581.

§. L. Fine superioris seculi Trevirensem sedem rexit JOHANNES à Schomberg, qui Anno 1599. diem clausit extremum.

§. LI. Ex in concordibus collegii suffragiis electus fuit LOTHARIUS ex prænobili Metternichiorum familia ortus. Hujus auspicijs argenti venæ diligentius elaboratæ: qui ob hoc divinæ beneficentiæ munus anno 1616 thalerorum monetam cum hac inscriptione procudit: Donum Dei ex fodinis Vilmarensibus. Obiit hic Archiepiscopus Anno 1623.

§. LII. Huic PHILIPPUS CHRISTOPHORUS Baro de Sotteren Episcopus Spirensis, à Collegio Metropolitano sublectus est. Is Udenheimium ad Rhenum in Paludibus sitam frustrà veniente et semel etiam novum opus turbante Friderico Electore Palatino, egregiè munivit, & à suo nomine Philippsburgium appellavit: quod ex Pacis Germanicæ decreto in manibus Gallorum mansit. Anno 1632. Vicini Regis Galliarum partibus palàm accessit, tradito in manus ejusdem Ehrenbreitsteinio. Quæ res Cæsarem & religiosos Electores Catholicos graviter perculit, cum præter corroboratam Svecorum sententiam novus Cæsari hostis tàm munitæ arcis accessione firmaretur. Non multo post Augusta Trevirorum Specie reducendi Electoris, qui metu ordinum (quos in eandem secum spectatem frustrà impellere nitebatur) inde profugerat, à Gallis capta, et valido præsidio firmata est. Anno autem 1635. Mense Martio, Hispaniensis Luxemburgi Gubernator Comes Embdanus, cum Barone Metternichio

Augusta

Augustam Trevirorum improviso capit, paucis cæsis, qui ex Gallicano præsidio initio aussi erant resistere. Elector ipse, etsi multum repugnavit libertatemq; suam et privilegia obtestans, Captivus Bruxellas primum dein Gandavum, ac demum Viennam ad Cæsarem abducitur, liberali ubiq; et honorata custodia habitus. Anno demum 1645 urgentibus Gallicis et Svecicis Legatis, qui jam ad tractandam pacem in Westphalia convenerant, ex decenni apud Cæsarem captivitate liber dimittitur. Metropolis cedentibus Hispanis Electori restituta est. Secutum exinde inter Archiepiscopum & Canonicos ob Baronem Reiffenbergium in Coadjutorem eligendum grave dissidium. In hoc adeo exarsit Elector ut Canonicos pene omnes Urbe pulsos dignitatibus et reditibus festinata sententia privare niteretur. Sed illi implorato Pontifice et Cæsare innocentiam suam egregie tutati sunt, donec anno 1650. in gratiam cum Principe redirent. Hujus compositionis Historiam non indiligenter scripsit Adolphus Brachelius extremo lib. 7. Historiarum nostri temporis. Obiit Elector anno 1652 d. VII. Januarii.

§. LIII. Præsens Archiepiscopus, S. Rom. Imperii per Galliam et Regnum Arelatense Archicancellarius, Princeps Elector, et Administrator Prumiensis perpetuus est CAROLUS CASPAR à Leyen sive de Petra, Anno 1625. natus, anno 1650. in Coadjutorem electus. Ingressus est turbatam, longisq; bellorum injuriis afflictam, multoq; debitorum ære

170. gravatam rempubl. quam tamen pro viribus sub-
levare studuit: Confluentinam urbem arcem
Ehrenbreitsteinicum vallis propugnaculisq; un-
digvaq cinxit et firmavit: quam in rem legas
quæ in Annalium Trevirensium Dedicatoria
Epistola scripsit Jacobus Masenius. Anté
biennium, cum Elector Confluentia admitte-
ret Præsidium Cæsareum, tamè indigne id tulit
Rex Galliæ, ut non modo in provinciis Tre-
virensibus rapinis ac incendiis grassari permit-
teret militem suum, sed ipsam quoq; Metro-
polim occupans, pro libidine tractaret cleros
cives, ædificia. Interea ut quodammodo sub-
levaretur Archiepiscopus, Rex Hispaniæ
Gandavensem Episcopatum, cujus reditus ad
XXX Imperialium millia accedunt, eidem
contulit.

CAP. V.

CAPUT V.
DE ARCHIEPISCOPIS ac ELECTORIBUS COLONIENSIBUS.

§. I. Colonia Ubiorum antiqua sedes est, non illa quidem, quam ponte per Rhenum facto et exercitu traducto, Julius Cæsar ab obsidione Svevorum liberavit: erat enim ea ad ulteriorem Rheni ripam posita; sed quam Augusto imperante iidem Ubii, ut infestatores Svevorum Usipetum, Tencterorumq; cederent, in citeriori ripa, finibusq; Treverorum ædificarunt.

§. II. Parvam initio Marcus Agrippa Augusti gener fortè amplificavit: Utpote quem Ubiorum gentem Rheno transgressam in fidem accepisse memorat Tacitus Annali XII.

§. III. Hujus neptis Agrippina, Germanici filia, Mater Neronis, cum in Claudii esset Matrimonio, quo vim suam sociis quoq; nationibus ostentaret (verba sunt Taciti laudato Annali) in hoc oppidum Ubiorum, in quo erat genita, Veteranos, coloniamq; deduxerat: cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Nempè Colonia Agrippinensis, aut Agrippinensium fuit dicta: uti conjicit Lipsius. Licet vulgò Colonia Agrippina dicatq; ac ita scribatur in Æthici Cosmographia ac Antonini Itinerario. Urbem munitissimam

vocat Ammianus lib. XV. Urbem Rheno adjacentem maximam, Zosimus lib. 1.

§. IV. Medio seculo IV. collabescentibus Romanis viribus Franci Rhenum transgressi pertinaci obsidione Agrippinam reserantes, incendio vastarunt. Inde rursus ab exercitu Romano recuperata, contra vim Francorum munitissimè stabilita est.

§. V. Anno inde Domini CCCCLXII. Childericus Rex Francorum Agrippinam regno suo subjecit, & Romanos una cum Duce suo Asiodio expulit, Sigebertum Regulum Coloniæ præficiens. Mansit deinde usq; ad Ottonis I. tempora in Francorum Regum ditione, qui eam auctore Brunone fratre ac Archiepiscopo liberam esse constituit.

Gervas. Tilberiens. Ot. Imperial pag. 32: Colonia Agrippina Childerici, Regis Francorum, violentiam testatur.
Vid. etiam Sigeb. ad an. 475. item Rorico Monach.

§. VI. Christianæ religionis fundamenta Apostolicis temporibus Coloniæ jacta, forte non est de nihilo: quamvis dubites, an ea, quæ de S. MATERNO, primo Colonienſium Archi-Episcopo circum feruntur, indubia sint fidei. Si Rupeto Tuitiensi lib. 1. de officiis divinis cap. 27. credimus, S. Crescens Apostolicam verbi Dei inditationem primus Coloniæ intulit.

§. VII. Ex prioribus Episcopis præcipuè claruerunt Seculo IV. SEVERINVS Agritanus Burdegalensis, Reginoni lib. 1. ad annum CCCL. et Sigeberto ad annum 399. laudatus. Seculo V. AGRICOLINVS: Seculo VI. CARENTINVS, qui a Fortunato Episcopo Pictaviensi a doctrinæ integritate, vitæ honestate, zelo justitiæ, ac aliis non vulgaribus virtutibus commendatur.

§. IIX.

§. VIII. Seculo VII. floruit CUNIBERTUS Mosellanus cui Dagobertus Francorum Rex filium suum Sigibertum in Regno Austriæ sublimatum commendavit: ut est apud Reginonem lib. I. ad annum 632. & in Chronico Pontificum Colonienſium ab Auctore Magni Chronici Belgici laudato pag. 21. Primus hic est, qui Archicancellarii titulum uſurpavit, teſte Mallinckrodio initio partis prioris libri de Archicancellariis, qui plura de eo aſſert additamentorum cap. 1. quo de Sanctis ac beatis Germaniæ Cancellariis agit. Legendus quoq; de eodem Franciscq Lanoy Syntagmate Hiſtorico de VIII. Sanctis Franciæ Cancellariis.

§. IX. ALDEWINI decimi Epiſcopi Colonienſium mentio extat apud Auctorem M. Chron. Belg. in fine pag. 25.

§. X. Hunc excepiſſe dicitur GISO, eundem ANNO I. Coloniæ in Eccleſia S. Severini ſepultus.

§. XI. De PHARAMUNDO Annonis Succeſſore ita Magnum Chron. Belg. p. 31: Pharamundus fuit XIII. Epiſcopus Eccleſiæ Colonienſis, ſedens ſub Dagoberto Rege Francorum nominis hujus II. ut et præceſſor

§. XII. In eodem Chron. pag. 32. de S. AGILOLPHO, XIV. Colonienſium Epiſcopo, refert quod magna bellorum commotione inter Ragnifredum, Chilpericum, et Carolum Martellum ſuroente, à Carolo, cui erat à Conſiliis, pro tractanda pace, ad partes Ardennæ, juxta Monaſterium Malmundarienſe, ubi caſtra

Francorum & exercitus consistebant, missus per impios Francorum satellites in via miserabiliter interfectus et martyrio coronatus in dicto monasterio fuerit sepultus: unde Anno 11. transtulerit Coloniam in Monasterium S. Mariæ ad Gradus a se constructum. Huc igitur spectat, quod Marianus Scotus ad annum 716. scribit, Raginfridum Majorem domus in Hilpricum Regem fines Colonienſium et Regiones ad Rhenum vastasse. Hic Hoilolphus pro primo Colonienſi habetur Archiepiscopo, qui primitus tamen unum tantum habuit suffraganeum, videlicet Leodiensem. Ultrajectensis verò fuit secundus, & alii tres coeperunt sub Carolo Magnirium Mindensis, Monasteriensis et Osnabruggensis: siquidem standum fidei Albrici, cujus verba recitat Auctor M. Chron. Belg. pag. 32.

§. XIII. Idem Albericus de REGENFRIDO ita: Venerabilis Pater Regenfridus fuit XV. Archiepiscopus Colonienſis, sed quam diu sederit, vel quo anno Domini inceperit, in Chronicis invenire non potui.

§. XIV. Huic successit HILDEBERTVS, quem Annales Francici Hildegarium, Chronicon Colonienſe in M. Chron. Belg. pag. 35. Hildegerum vocat. Is in expeditione Pipini contra Saxones ab Hostibus cæsus fuit. Inquirit et disputat de anno obitus Ægidij Gelenij in Hierotheca Engelbertina, quem in hanc rem laudat Mallinc. p. 123.

§. XV.

§. XV. De BERTHOLINO & NICOLPHO nondum ex antiquioribus singularia observavi Petrus Mersæus in Catalogo Archiepiscoporum Colonienſium poſteriorem interfectum ſcribit.

§. XVI. At HILDEBOLDUS, qui ſub Carolo M. et Ludovico Pio ſedit annis 34. eundem Ludovicum in Regem unxit Aquisgrani, vid. Conring. de Jure Coronarii pag. 26. Carolinam fundationem Eccleſiæ Bremenſis in Palatio Nemetenſi datam ſic ſubſcripſit: Hildebaldus Archiepiscopus Colonien. et ſacri palatii Capellanus recognovi.

§. XVII. Ejus Succeſſor HALTEBOLDUS ſedit ſub Ludovico Pio Annis 27. ut eſt in M. Chron. B. pag 56.

§. XIIX. Indè GUNTHERUS Anno 857. in Archiepiscopum electus eſt. Hujus quum in regno præcipua eſſet auctoritas, Lotharius Rex Lotharingiæ, Ludovici Imperatoris frater, ejusdem operâ utebatur in repudiandâ uxore Thetberga, ſpem faciens Archiepiſcopo deducenda ejus ſorore, ſive, ut alii volunt, nepte: cum interea in Waldrada Concubinæ amoribus perſeveraret. Undè non modo ſperata affinitate ſed et Archiepiſcopatu per Nicolai I. Papæ decretum, una cum Thietgando Trevirenſi ejecit: quamvis Guntherum, Pontificiam excommunicationem parvi pendentem vetitum officium uſurpaſſe reperiamus. Dum verò Colonienſis ac Trevirenſis ſedem Apoſtolicam reparationis ac reſtitutionis gratiâ adiiſſent,

novissimè in Italia infirmitate præventi, peregrini ac exules moriuntur, communione laicali sibi tantùm concessa; quæ verba sunt Reginonis lib. 2. qui in hac Historia præcipuè legendus est. Videantur etiam Annales Francorum Fuldenses ad Annum 857. 864. 869. Sigebertus Gemblacensis ad annum 862. 863. Otto Frisingensis Chronicorum lib. 6. cap. 3. quem, ut et Sigebertum, exscribit Auctor N. Chron. Belg. De tempestate quæ sub hoc Gunthero Coloniæ contigit anno 857. vid. annal. Fuld. p. 24.

§. XIX. Post Gunthери depositionem vacavit sedes per septennium: quæ vacatio secundum Albericum cœpit Anno 863. Attamen Anno 869. Carolus Calvus Hulduinum Abbatem præponere tentavit in Pontificali Cathedra, sedique à Tungrensis diœcesis Episcopo Francone, in Aquis palatio Presbyterum ordinato ad titulum S. Petri Colonienſis Metropolis: quæ sunt verba Reginonis. Verum Hilduini Ordinationem præveniens Luitbertus Moguntinæ sedis Archiepiscopus cum quibusdam Suffraganeis suis profectus Coloniam WILLIBERTUM Presbyterum jussu Ludovici Regis et totius cleri, et populi electione etiam Carolo nolente, in locum Guntharii ordinavit Episcopum. Ibe annales Fuldenses ad annum 870. qui et Synodum a laudatis ut et Saxoniæ Episcopis tum Coloniæ habitam memorant: quam et Sigebertus tangit ad annum 871. Videatur etiam Regino ann. dato, qui Carolum comperta Williberti ordinatio-

ne

ne, nimio furore accensum, ac Coloniam profectum. novum autem Archiepiscopum, ejusdemq; fautores Rhenum transeuntes saevitiam Regis declinasse memorat. Hic Willibertus, caeteris trepidantibus, Caroli Calvi fraudulentis adversus nepotem ex fratre consiliis obstitit: ut est in iisdem annalibus ad annum 876. Anno 881 Nordmanni Agrippinam Coloniam et Bunnam civitates cum Ecclesiis et aedificiis incenderunt. Qui autem inde evadere potuerunt, sive Canonici sive Sanctimoniales, Mosonciacum fugerunt, thesauros Ecclesiarum et Sanctorum corpora secum portantes: quae sunt denuo Annalium Francorum verba pag. 44. Conferantur de hac Nordmannica clade Regino ad Ann. 881. Sigebertus ad an. 882. Luithprandy lib. 3. c. 13. pag. 127. Luithpr. lib. 3 c. 13. pag 127

Obiit Willibertus anno 889. sepultus in Ecclesia S. Petri, cujus restauratio eidem tribuitur in M. Chron. B. pag 67. Videant de eo nonnulla apud Mallincr. pag. 220.

§. XX. Sanctissimo, ut Regino ingvit, et in divinis humanisq; rebus prudentissimo Willibertо Episcopo ab hac luce subtracto, HERMANNUS venerabilis Vir, per electionem Cleri ac plebis Ecclesiae Coloniensi praficitur. Pii cognomentum ei a nonnullis tribuitur. In Arnulphi Imperatoris aula summae auctoritatis fuisse scribit Mersaeus. Evendeboldi, qvi Arnulphi filiorum unus erat, Archicancellarium fuisse observavit Mallincrotius pag. 21. Obiit Anno 923. ut est in M. Chron. B. vel sequenti ut habet appendix Reginonis.

§. XXI. Successit ei WIGFRIDUS, qui postquam 30. annis sedi praefuisset, anno 953 supremum diem obiit, vid. Ditm. lib. 1. p. 18.

§. XXII. Hunc excepit BRUNO, Henrici Aucupis filius, Ottonis M. Frater et Archicancellarius: qui novo tunc temporis exemplo Lotharingiam simul cum Archiepiscopatu administravit: cum antehac, ceu recte monet Chronicon Coloniense, Archiepiscopi non judiciis ducalibus temporalibus, sed tantummodo usi fuissent baculo pastorali. * Hic Bruno una cum Willelmo Moguntino & Henrico Trevirensi unxit Ottonem II. Vid. Rogerg in vita Brunon. Monasterium St. Pantaleonis exstruxit, Ditm. l. 4. p. 72. Vitam Brunonis scripsit Rutgerus sive Rogerus, quae exstat apud Laurentium Surium tom. V. Sanctorum die XI. Octobris. In hac Brunonem novitio & inaudito titulo Archiducem non semel nominat. Plena de hoc Brunone sunt Chronica vetusta, ac in primis M. Chron. B. pag. 80. 81. Nec indigna lectu sunt, quae de eo collegit Mallincrot. pag. 28. 29. Hic ergo Bruno praeteris Colonienſem Episcopatum ampliavit, ac primus, consentiente Ottone, Coloniam a tributis liberam esse jussit. Decessit Remis in Gallia anno 965. Corpusq; ejus a Friedorico Metensium Episcopo Coloniam relatum. Videatur Sigebertus ad annum DCCCC LXV. Item Ditmarus lib. 2. pag. 31. Epitaphium ejus recitat Merfaeus.

Fabulam de Brunone ob Philosophiae studium accusato vid. ap. Ditmar. l. 2. p. 26.

* Vid. Ditmar. lib. 2. pag. 30. et quos in marg. laudat Maderus.

Vid. Voss. de Histor. lat. lib. 2. cap. 40. p. 344.

§. XXIII. Deinceps Archiepiscopalem insulam accepit FOLCMARVS, Wolmerus, (Vid. Ditm. l. 2. p. 31.) qui non nisi in quartum annum praefuit, excedens vitâ anno 969. Sub hoc Archiepiscopo Ducatus Lotharingiæ Coloniensi Diœcesi iterum subtractus.

§. XXIV. Hujus Successor GERO, quem Marchionem Lusatiæ ex illustri familia Saxoniæ ortum salutat Nersæus, Vir multum religiosus, instituit Abbatiam S. Viti in Gladbach Ordinis Benedicti. Eundem á Segverde Warino anno 976. vivum tradunt Sepultum. Cum enim Gero infirmitate gravibus laboraret (Sic habetur in M. Chronico B.) ut sæpius per multos dies ipse jaceret quasi mortuus sine sensu, dicitur per Successorem Episcopatum ambientem sepultus vivus. Ditmar. l. 2. p. 32. 32. 46. Vid. Ditm. l. 3. pag. 47. 41

§. XXV. Hic igitur WARINVS quod Antecessorem suum affectatâ an incautâ negligentia viventem sepelivisset, (utor denuò verbis in M. Chron. B. existantibus pag. 88.) á multis infamatus, accedens ad Romanam curiam poenitens fuit, et impetratâ á Sede Apostolica de hâc re indulgentia, Monasterium S. Martini in Colonia collapsum decenter reparavit, et in religione atq; possessionibus abundanter restauravit, instituens in eodem collegio nationem Scotorum sub religionis habitu perpetuo permansuram. Idem quoq; Warinus (sic pergit Chronicon) ad preces B. Vitis Eberti Trevirensis Archiepiscopi, baculum S. Petri secans seu medium, superiorem ipsius baculi partem sibi retinet, inferiorem Ecclesiæ Ditm. l. 3. p. 48. 62. l. 4. p. 63.

Trevirensi, qvæ ipsum totum ab antigero habuerat reddit. De hoc baculo, qvo Matertium excitasse fertur S. Petrus, vide etiam qvæ habentur in M. Chron. B. pag. 2.

§. XXVI. Evergerus Warini Successor fuit, cujus meminit Marianus Scotus ad annum 975. sed præter nomen in M. Chronico B. nihil de eo reperio. Ditmarus lib. 4. pag. 72. Eum Theophaniam Augustam Coloniæ sepelivisse scribit.

§. XXVII. Ad HERIBERTUM Ottonis III. Cancellarium accedimus. Hic in Italia cum Imperatore suo existens electus, ab eodem annuli et baculi investituram accepit. Incrementa sua debuit Hildebaldo Wormatiensi Episcopo, qui eum præpositura majori donatum ac in aulam receptum in Ottonis III. ulteriorem notitiam deduxit, cui unicè charus gratissimusq; fuit. Nam, ut habet in M. Chron. B. pag. 91: Idem Imperator in Oratione & consilio ipsius sancti Viri plurimum confidebat, & inter cætera habuit in via sæpius secreta cum Imperatore colloquia de salute animarum. Ad ultimum (qvæ iterum sunt verba laudati Chronici) in hujusmodi sanctum propositum uterq; convenium tam Imperator, qvam Archiepiscopus, ut is, qui primo sospes de Italia ex illis reverteretur, institueret decentem religiosorum conventum, in honorem Sanctæ Dei genitricis Mariæ, ad qvod etiam perficiendum larga tradidit eidem Archiepiscopo prædia Imperator. Imperatore igitur Urbem Romanam ingresso, & breviter postea ibidem defuncto, corpus ipsius per eundem S. Heribertum de hac re dudum in processu itineris per dictum Imperatorem adjuratum, ab Urbe ad Ecclesiam

Ditm. l. 4. p. 85. 86. 88.

B. Mariæ Virginis Agrippinam fuit translatum et ibidem honorifice tumulatum. Sanctus itaq; Heribertus, ob sponsionis suæ quam in via Imperator fecerat, non immemor, ædificavit et instituit Abbatiam Tuitiensem in Castro Episcopali Tuitiensi, in honorem B. Mariæ Virginis. Hujus Tuitiensis Coenobii Abbas Rupertus, Scriptor satis celebris, vitam Heriberti politiori stylo persecutus est, quæ habetur apud Surium tomo 2. Sanctorum die 16. Martii: & ut genuinam agnoscit Baron. tomo 10 ad annum 996. De Stirpe Heriberti nihil antius scribit Rupertus, quam quod in Wormatiensi territorio, matre nobilissimi in Alemannia Comitis Regenboldi filia natus sit: ut de fide Mersæi dubites, qui eundem è Comitibus Kemburgensibus ad Tiburum, vel Leiningensibus ortum memorat. Henrico II. ad Imperium aspiranti obstitit: cum quo tamen in gratiam rediens fidem ei servavit illibatam. Postremo Novesii febre correptus, ac Coloniam delatus anno 1021. obdormivit, omnia bona sua pauperibus largiens. Tuitii in Ecclesia à se condita sepultus est. Epitaphium affert Mersæus. A Gregorio VI. Sanctorum numero adscriptus Martyrologio etiam Romano inseri meruit. Miracula ejus, teste Baronio, Wionio, Vossio scripsit Lambertus Leodiensis Monachus. Videndus de eodem Gelenius in Hierotheca Engelbertina, ubi etiam promittit Fratris sui Johannis Gelenii Annales Heribertinos.

§. XXIIX. Heriberto successit PILEGRINVS qui Henricum Conradi II. Imperatoris filium in Regem unxit Agrippinæ Anno 1028. Instituit collegium S. Apostolorum Coloniæ, & Ecclesiam ss. Heriberti coeptam auxit consummavit, vid. ejus N. Chron. 3. p. 1ca. Obiit juxta Lambertum & Marianum Scotum Anno 1036.

§. XXIX. Postea HERMANNVS II. cognomento Nobilis, Mathildis, quæ soror erat Ottonis III. filius, frater Ludolphi ac Ottonis Ducum Sueviæ ordinatur Archiepiscopus. Leo IX. Papa hunc creavit Romanæ Ecclesiæ Archicancellarium id quod ex bulla Leonis eruit Gelenius. Vid. Mattiner. pag. 201. ubi in hanc bullam curatius inquirit, ut et pag. 240. ubi Gelenio assentitur, qui per eandem bullam Archiepiscopis Coloniensibus hæreditario quasi jure Cardinalitiam dignitatem collatam contendit. Anno 1051. Goslariensem Ecclesiam consecravit, teste Lamberto. Anno 1052 Henricum IV. Henrici III. filium in festo Paschatis baptizavit, eodem Lamberto & Hermanno contracto testibus. Anno 1054. eundem Henricum in Regem consecravit Agrippinæ, vix et ægre super hoc impetrato consensu Luipoldi Archiepiscopi, ad quem (uti loquitur Lambertus) propter primatum Moguntinæ sedis, consecratio Regis et cætera negotiorum Regni dispositio potissimum pertinebat. Sed Imperator potius Hermanno Archiepiscopo hoc privilegium vendicabat propter claritatem generis ejus, & quia intra diœcesin ipsius celebrabi hæc celebranda con-

tigisset. Obitum Archiepiscopi Lambertus & Stellmannus referunt ad annum 1056; ad praecedentem Marianus Scotus.

§. XXX. Nunc ad ANNONEM II. pergimus, natum de Dassele, quem florem ac nevam Germaniæ lucem salutat Chronicon Colonienſe. Is in Babergenſi Eccleſia (quæ ſunt Lamberti verba) in ludo tam divinarum quam ſecularium literarum enutritus, poſtquam adolevit, nulla commendatione majorum (erat quippe loco mediocri natus) ſed ſola ſapientia ac virtutis ſuæ prærogativa Imperatoris Henrico innotuit: a quo in palatium aſſumtus, brevi apud eum pra omnibus clericis, qui in foribus palatii excubabant, primum gratiæ et familiaritatis gradum obtinuit. — Exactis in palatio haud multis annis, magna Imperatoris, magna omnium, qui eum noverant, expectatione adſtitus eſt Colonienſem Epiſcopatum, atq; ita deinceps in omnibus tam eccleſiaſticis quam reip. negotiis haud imparem ſe accepto dignitati gerebat, & ſicut editioris loci inſignibus, ita cunctis Virtutum generibus inter cæteros Regni Principes conſpicuus incedebat: — ut planè apud omnes indubiâ fide conſtiterit, ex quo Colonia fundata eſt, unius nunquam Epiſcopi ſtudio tantum opus et gloriam creviſſe Colonienſis Eccleſiæ. Anno 1062. annitentibus quibusdam Regni Principibus Henricum IV. Agneti Matri avulſum ſecum Coloniam abducens, quo facti invidiam mitigaret, ſtatuit ut Epiſcopus quilibet, in cujus diœceſi Rex moraretur, ne quid detrimenti

Respubl. spatiaretur, provideret, & causis ad Regem delatis, potissimum responderet. Videant Hermannus Contractus, Sigebertus, & qui in circumstantiis copiosior est, Lamberty Schafnaburg. Legendus item Aventinus annalium Bojorum lib. 5. Ipsius igitur Annonis ac Ottonis Bojariæ Ducis arbitrio respubl. potissimum administrabatur, donec Adelbertus, Bremensis Archiepiscopus in partem consiliorum assumtus lubricam Regis ætatem sua indulgentia perverteret. Hic parum abfuisset, quin Rex Henricus armis primum, anno 1065. ep more succinctus, avulsionis a matre memor primum militiæ experimentum in Annonem Archiepiscopum dedisset, nisi Matter Regis res turbatas composuisset. Anno tamen sequenti operâ Annonis nostri aliorumq; principum effectum, ut ejecto aulâ Adelberto reipubl. administratio rediret ad Episcopos. Anno 1072. Archiepiscopus cum Moguntino & Bambergensi in causa Simoniæ evocatus Romam venit. Anno 1074. expulsis de Salfeld Canonicis, vitam illic instituit monasticam*. Anno 1072. Henricus IV. odio malè administratæ reipubl. flagrans exoravit Annonem, ut illius curam denuò susciperet: qui memoria veterum injuriarum primò negans, postea Regis et Principum postulatione victus assensit: ac tum Status Reipubl. in melius reformatus, Annone strenuè ac innocenter se gerente. At in sequenti anno Archiepiscopus aulæ offensus, malæ ætatem verentem causatus, vacationem flagitans, haud difficulter à Rege impetravit: qui hoc custode amoto, difficili bello Saxonico implicitq; fuit.

* Vid. Auctor fundat. Monasterior. à Madero Chronologo Montis Serani subjed. pag. 278.

Conjurationis non ignarum fuisse Annonem, haud obscure indicat Lambertus, licet Cæsar ejus operâ in mitigandis Saxonum animis semel atq; iterum uteretur: cui tamen cum aliis Episcopis contra Saxones opem ferre recusavit. Anno 1074. cum Archiepiscopi Ministri alienam navim usibus domini occuparent, acris exinde nata est seditio quæ procul dubio sustulisset Archiepiscopum, nisi fuga salutem quæsivisset. Quarto tamen post die cum militari manu reversus Colonienses ad petendam veniam compulit. Quamobrem autem sexcentum et ultra Cives ad Henricum Regem confugerent, eo exacerbati milites, nescio, ut nonnulli volunt, Archiepiscopo, effractis ac direptis domibus multa designarunt, ipse autem seditionis conciter, et nonnulli alii jussu Annonis luminibus orbati, nonnulli variis casi sunt. Eodem anno inter ipsum et Henricum Cæsarem Coloniam venientem novæ lites sunt enatæ, cum honore tamen Archiepiscopi finita. Rex verò post primam defectionem invisum semper suspectumq; habuit, cujus libertius, quando iterum Saxones ac in his fratrem Annonis Archiepiscopum Magdeburgensem aggredi tentaret, vacationem à muneribus palatinis eidem indulsit: qui paulò post, anno nempe 1075. decedens, in Sigebergensi condito à se cœnobio sepeliri voluit. In Chronico Pontificum Coloniensium apud Auctorem M. Chron. B. p. 49. inter alia hæc legas: Iste Anno cunctos Antecessores suos in augmentatione Coloniensis Ecclesiæ præcessit. In vita suâ fecit monaste-

ria, et in morte sua operatus est miracula, unde et in omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria. Magnus Annonis Virtutum Prædo est Lambertus, qui pene ipsi scripsit panegyrica. Præterea vitam ejus concinnavit Anonymus,* Benedictinus apud Sigebergenses Monachus, quam exhibet Surius tomo VI. Sanctorum, 4 Decembris ex quo nonnulla repetit Mallinckrotius in Parasceuis libri de Archicancell. pag. 243. seq. Habemus etiam incerti Poëta Teutonici Rhythmum de S. Annone, antè V. et quod excurrit Seculo Scriptum, quem Mart. Opitius primus ex Veteri membrana edidit, suisq; animadversionibus illustravit. Prodiit Dantisci 1639. in 8vo

*Vid. quædam de hoc Scriptore apud Voss. de Hist. Lat. lib. 2. cap. 46. pag. 378.

§. XXXI. De tribus Successoribus, HILDOLPHO, Henrici IV. Cancellario, qui per triennium; de SIGEWINO, antea Decano, qui decem annis; de HERMANNO, Comite Wolfershusano, cognomento divite, ac divitiis bene uso, qui in undecimum Annum Coloniensi Ecclesiæ præfuerunt, pauca memoratu digna legas in M. Chron. B. nisi forte, quod prioribus Anno Successionem præ dixerit.

§. XXXII. FRIDERICUM I. natione Suevum, Henrici IV. potius, quàm priorum electione ad Episcopatum anno MXCIX ascendisse, Chronicon Coloniense memorat: bene subjungens, quod ad hæc usq; tempora Imperatores investituram annuli et baculi tradere consueverint. Ex eodem Chronico patet, non timuisse Imperatori resistere. Quod et Sigebertus indicat, quando Archiepiscopi filium Imperatoris contra Patrem animasse,

Colonienses verò fidem Imperatori servasse, scribit ad annum 1206. ac pergit de eo Chronicon Colonienſe pag. 136. Ipſe est, inquiens, qui famoſiſſimum illum Triumphum contra innumerabilem multitudinem Svevorum & Bavarorum, cum parvâ manu in campis Arternacenſibus feliciter fregit. Cathedram Archiepiſcopalem per annos 33. tenuit, adeoq; in Lotharii tempora, quem etiam cum uxore Richenza Coloniæ inunxit. Mallincrotius hunc ipſum Fridericum Colonienſi Eccleſiæ et Succeſſoribus ſuis perpetuo & hæreditario jure Italicum Archicancellariatum obtinuiſſe, conjicit, quem vide pag. 42. Obiit teste Mariano Anno 1133.

§. XXXIII. Ab obitu Friderici ex Canonicorum conſenſu eligitur Godefridus Præpoſitus Xantenſis, Vir Prudens et honeſtus: ſed pendente ordinatione BRUNO, Comes in Altena Præpoſitus Colonienſis ad S. Gereonem, conſilio Propinquorum ex Francia, ubi ſtudiis vacabat, revocatus, favente Lothario Cæſare, Godefrido prælatus, ac deinceps cum Cæſare in Italiam profectus, eodem præſente apud Barum, Apuliæ Civitatem Anno 1138. obiit, ibidemq; ſepultus est. Vid. M. Chron. B. pag. 162.

§. XXXIV. Post Brunonem HUGO, Comes Sponheimenſis, majoris Eccleſiæ Decanus, datus est Colonienſibus Archiepiſcopus: qui dum Romam iret conſecrandus, intra bimestre ſpacium vitæ et Sacerdotii privatus, in Apulia penes Antecessorem ſepelitur. Vid. M. Chron. B. p. 163.

§. XXXV. Eodem igitur anno ARNOLDUS I. Comes Geldriæ, ad S. Andream Præpoſitus,

Præsulatum Coloniensem impetrat: qui initio quidem boni reiminis indicia dedit, ad extremum verò depravatus cunctis coepit vilescere. Quam ob rem in Remensi concilio de Simonia accusatus ab Eugenio III. Archiepiscopatu motus, eundem, licet plurima obtulisset recuperare non potuit Vid. Magnū Chron. Bely. p. 145.

§. XXXVI. In ejus locum suffectus est ARNOLDUS II. Comes de Weda, Præpositus S. Petri, Vir probitate conspicuus, & Coloniensi Ecclesiæ satis utilis. Cum Friderico I. cujus erat Consiliarius, Romam profectus, plus prudentibus consiliis quam alii armis effecit. Decessit Anno 1258 sepultus in Ecclesia S. Clementis in Rindorp in territorio Bonnensi, quam ipse construxit & dotavit. Vid. M. Chron. B. pag. 184.

§. XXXVII. Hunc secutus est FRIDERICUS II. Brunonis Archiepiscopi ex fratre natus, natus de Vassele, Ecclesiæ S. Georgii Coloniensis Præpositus. Hic, ut Chronicon Coloniense refert, non Canonica electione, sed propinquorum factione, & Juvenum Clericorum electione & favore, accedente Friderici Cæsaris consensu, qui Gerhardum Bonnensem Præpositum improbabat, Archiepiscopatum adeptus, & ab Adriano IV. Papa consecratus est. Cum Friderico Imperatore in expeditionem Mediolanensem profectus, apud Ticinum obiit, vix biennio dignitate potitus. Ejus Ossa in monasterium B. Mariæ Veteris montis Coloniensis diœcesis à Brunone Patruo fundatum, translata sunt. Vid. M. Chron. B. p. 197.

§. XXXVIII. Post illum ad Archiepiscopalem dignitatem sublatus est REINOLDUS, similiter

ex familia de Dassele, Episcopus antea Hildesiensis. Friderici I. fuit Cancellarius, sub cujus auspiciis in Italico commilitio res maximas strauit. Cum autem per absentiam Archiepiscopi Conradus, Imperatoris frater, Ludovicus Thuringiæ Landgravius, Fridericus Sveviæ Dux, Conradi III. filius, provincias Colonienses bello impeterent, ac montem Rhyneck occupare niterentur, Archiepiscopi jussu, Philippus Decanus vigilanti suâ fortitudine hostium molitiones averlit, ac in dicto monte egregium munimentum excitavit. Occupatâ deinde per Fridericum Cæsarem Mediolano, trium Regum (sic credebant illo ævo) corporibus donatus (Dodechinus ad annum 1162 clam abstulisse scribit) eadem Colonienſi S. Petri Ecclesiæ cum magnâ pompâ intulit. Iterum deinde in Italiam profectus, memorabilem ad Tusculum impetravit victoriam: qua a' Collega Christiano Moguntino adjutus quadraginta hostium millia parvâ Germanorum manu prostravit. Vid. N. Chron. B. p. 187. & Godefridum Monachum ad an. 1164. & 1167. Mortuus fuit Archiepiscopus haud procul Roma anno 1177. unde Corpus Coloniam in eadem S. Petri translatum fuit. Laudes quas de Archiepiscopi legas apud Radevicum lib. 3. de gestis Friderici I. Otto Frisingensis libros Chronicorum huic Archiepiscopo inscripsit.

De Corporibus Trium Regum Coloniam delatis Gervas. Tilber. pag. 65. brevissimè, Johannes Hildesheimensis Saxo, professione Carmelita, scripsit de Trium Reg. Corporibus translatis Coloniam. Voss. de Hist. lat. pag. 531. Otto de S. Blasio cap. 16. pag. 204.

§. XXXIX. Hinc Majoris Ecclesiæ Decanus PHILIPPUS de Heinsberg, Friderici Cæsaris Cancellarius, Archiepiscopus electus fuit. Quo confirmationem Pontificiam petente Papa, sive serio, sive joco respondisse fertur: se illam non negaturum, modò idolum in honorem Reinoldi Romanorum

hostis Coloniæ conditum (imaginem Antecessoris intelligebat) removeretur. Cui respondit Philippus se id non segniter effecturum, si nuncius Apostolicus secum abiturus in præsenti id demandaret: quod nunquam sibi sumturum facile existimabat: eaq; re super habitâ confirmatus, ac Anno 1168. præsentibus octo Episcopis à Godefrido Trajectensi Episcopo Coloniæ ordinatus est. Non multo post Legatus Imperatoris Regem Angliæ adiit. Anno 1170. Henricum, Friderici I. Filium Regem unxit Aquisgrani. Anno 1176. Friderico novum in Italiam exercitum adduxit. Circa hæc tempora Henricus Leo gratiâ Cæsaris excidit, quâ occasione usus Philippus terras Saxoniæ in sequestrum vastavit, ac proscripto Duce, quicquid is in Westphalia possederat, accepit: eo ipso Coloniensis Archi-Episcopatus amplissimâ accessione locupletatus est.

§. XL. Plura hanc in rem testimonia producimus cap. VI. Historiæ Bardewicensis §. 38. & segg. quibus addatur Godofredus Monachus ad annum 1168. segg. Anno 1187. Urbanus III. Papa Coloniensi Archiepiscopo jus in Appellationem, & vicem suam tam in Episcopatu, quam supra omnes suffraganeos sedis Coloniensis indulget & scripto confirmat: quæ sunt verba Godefridi: qui paulo post recenset, quomodo Colonia hoc ipso anno ob suspicionem Imperatoriæ offensæ singulari studio munita sit. Certè non fuit de nihilo offensa Imperatoris, quæ publicis querelis de Archiepiscopo, ejusdem ad curiam citatione apparuit. Reconciliatio tamen brevi secuta, cujus mirabilem modum his

describit Godefridus: Dabunt Imperatori duo millia marcarum, ducentas et sexaginta in curia. Unam portarum destruent ad unam testudinem, fossatum replebunt quatuor locis ad quadringentos pedes. De quibus tamen concessum est, ut (si vellent) ea die subsequenti in priorem statum reparare nt. Quod sic factum est. Tandem post mortem Friderici Cæsaris cum filio ejus Henrico VI. Archiepiscopus in Apuliam profectus, quando fere totam Provinciam sua prudentia ac magnanimitate subegisset, ac ipsum Henricum in Italia coronasset, in obsidione Neapolitana obiit Anno 1192. cujus ossa Coloniæ in templo S. Petri recondita sunt. Vid. M. Chron. B. pag. 192. & Godefrid. p. 259.

§. XLI. Deinceps BRUNO III. majoris Ecclesiæ Coloniensis Præpositus eodem fere modo quo ipsius frater Fridericus II. Episcopatum adeptus est. Nam quum Lotharius Bonnensis Præpositus canonice fuisset electus, prodito consilio, potentum Brunonis propinquorum minis territus, electioni sue renunciavit. Sed Bruno senecta gravis vix per annum Præsulatu potitus, Episcopali baculo altari impositio publice resignavit, ac ad monasterium Veteris montis se conferens in habitu monastico defunctus, fratrem juxta sepultus est. Vid. M. Chron. B. pag. 203.

§. XLII. Eidem successit ex fratre nepos ADOLPHUS I. Major itidem Præpositus, præsente Conrado Moguntino, ab Hermanno Monasteriensi Episcopo consecratus. Henrico VI. circa electionem Friderici, triennis filii, primo resistens, asse-

sit postea. A morte tamen Henrici I. Berthol-
dum Zeringensem, postea Ottonem IV. elegit ac
Aquisgrani coronavit. Quamobrem Philippus
Sveviæ Dux Henrici VI. frater ab aliis electus,
Coloniam obsedit, á quâ Virtute Ottonis rejectus est.
Nec tamen in fide Ottonis perstitit Adolphus,
sed Salfeldii aliorumq; restitutione delinitus
ad Philippum secedens, eundem cum Maria uxore
Anno 1204. Aquisgrani coronavit, acerrimè in-
ferentibus Sifrido Moguntino & Cameracensi Epi-
scopo, ac excommunicationem ei intentantibus, denun-
ciantibusq; Anno 1205. Et cum hanc negligeret
jussu Innocentii III. dignitate depositus, in cujus locum
ejus Bruno, Bonnensis Præpositus electus fuit, Vid.
M. Chron. B. pag. 207. seq.

§. XLIII. Iste BRUNO IV. ex familia de
Segenbach Ottoni Cæsari adhærens á Philippo
captus per annum in vinculis habitus, ad interces-
sionem Hugonis Cardinalis & Leonis, Legato-
rum Pontificis liberatur, ac post Philippi cædem
Romam, quo se contulerat, ad diœcesin reversus
in Castro Blanckinberg vita functus, in templo
S. Petri Coloniæ humatus fuit.

§. XLIV. Cùm autem Canonici in electione
novi Episcopi non concordarent, consilio & auc-
ritate Ottonis IV. eligitur THEODORICUS Sae-
positus ad S. Apostolos: qui Regalia & in his Duca-
tum Westphaliæ & Angariæ ab Imperatoris ma-
nu accepit: nec, cum ille á Papâ excommunica-
tus esset, sententiam publicare voluit, hostes
Ottonis graviter persecutus. Unde et ipse anathe-
matis fulmine percussus ac Pontificis auctoritate,
per Sifridum Moguntinum sede privatus fuit. Vid.
M. Chron. B. p. 218.

§. XLV. Depositio igitur THEODORICO
sufficitur ENGELBERTUS I. Engelberti
Comitis de Monte filius, ac Cathedralis Eccleſiæ
Præpoſitus. Fridericus II. Imperator ejus Vir-
tutes magni æstimans Henricum filium, ac regni
præcipuas curas ipſi commiſit, qui & Henricum
quamvis pene puerum Agrippinæ unxit. Cæ-
terum cum Cognatum Fridericum Iſenburgenſem
Comitem Advocatiæ Regalis Eccleſiæ Aſſendenſis
per tyrannidem abutentem Imperatoris ac Honorii
Papæ juſſu corriperet, is exacerbatus Archiepiſcopum
iter facientem ac nihil tale ſuſpicantem propè
Swelmam Marckenſis ditionis pagum loco Gevels-
berg dicto aggreſſus 28. vulneribus (ut nonnulli re-
ferunt) confoſſum perimit Anno 1225. Parricidæ
tamen opera ſequentis Archiepiſcopi, qui ad conci-
tandam invidiam ſanguinolentas Anteceſſoris ve-
ſtes in Comitiis Noribergenſibus publicè demon-
ſtravit, ex fuga retractus, confractis cruribus
rotæque impoſitus, parricidii ſupplicium luit,
caſtro Iſenburg expugnato, & ſolo tenus diruto.
Vid. M. Chron. B. p. 226. Suffridi Miners. & Auctor
Compilat. Chronol. ad am. 1222. Godfrid. Monachi
& Chronica Auguſtenſis ad ann. 1225. Recentiores
ſcribunt, ad percuſſorem Norinbergæ captum tan-
tum confluxiſſe populi, ut 96. homines in gradibus
fuerint compreſſi conculcatique. Vitam Engelberti a
Cæſareo Heiſterbacenſi libris 3. luculenter deſcriptam Suri-
tomo VI. Sanctorum inſeruit, eandemque occaſione levato
rum oſſium ejus Ao 1633. doctiſſimis Commentariis illuſtra-
tam denuo in lucem emiſit Egidius Gelenius Canonicus
ad D. Andreæ Colonienſis, adjuncta anno ſequenti Hierothe-
ca Engelbertina. Ejusdem Gelenii Auctarium Hiſto-
ricum de Engelberto Archiepiſcopo & Martyre à Mul-
lincrotio laudatur.

§. XLVI. HENRICUS Engelberti Successor ac Severus cædis ultor nobilis fuit de Molinarcken (in N. Chron. B. legitur Mulvercken) Quæ ipsi cum Canonicis suis, Waltramo Limburgensi Duce, Comitibus item Juliacensi, Clivensi, ac Hollandiæ intercesserint contentiones in bella partim desinentes, idem tangit Godefridus Monachus ad annum 1230. & seqq. Annis sedit XII. adeoq; decessisse credo anno 1237.

§. XLVII. Segvebatur CONRADUS Comes ab Hochstaden, major Præpositus, qui per annos fere 34. sedit, à Wilhelmo Comite Juliacensi in conflictu belgico captus, in castro Nyteke per novem menses in vinculis fuit habitus. Ubi posteà Friderici II. ejectus, primum Henricus Hassiæ ac Thuringiæ Landgravius, deindè Wilhelmus Hollandus, ac deinq; Richardus Anglus eligerent perfecit: & cum circa hæc tempora Electoralis Collegii fundamenta jacerentur, primus forte Colonienſium Archiepiscoporum ordinarius fuit. Ipse Conradum Friderici filium prælio apud Francofurtum victum in fugam conjecit: Waldemarum Abeli Daniæ Regis filium in reditu ex Gallia anno 1250. cepit, et non nisi solutis sex marcarum argenti puri millibus dimisit.* Colonienses sibi adversos subjugavit pluraq; bona dioecesi adjecit. Vita abiit Anno 1270 circiter.

*Vid. Lamb. lib. 2. rerum Hamb. pag. 157.

§. XLIIX. Deinceps Engelbertus II. ex nobili familia de Falckenburg majoris Ecclesiæ Præpositus electus est. Rudolphum Cæsarem Aquisgrani unxit & coronavit. Posteà Wilhelmus, Comes Juliacensis prælio captum per triennium tenuit captivum, ac deinceps ipsi Colonienses in tumultu illum capientes, duriter tractarunt: Unde Colonia ultra septennium ecclesiastico, ut habet Chronicon Colonienſe, suppositia fuit interdicto.

Tandem Archiepiscopus multis cladibus defunctus obdormivit, Bonnæ3 sepultus est, Vid. M. CB. p. 260.

§. XLIX. Feliciori primùm usus fato SIGFRIDUS nobilis de Westerburg, Præpositus Moguntinus. Hic enim à juventa armis exercitatus, variis, qui Episcopatum invaserant hostibus, ac in his Godefrido Comiti de Arensberg, Adolpho Comiti de Monte (hunc cavea ferrea inclusisse recentiores memorant) fortiter restitit; pleraq; Comitatus Juliacensis oppida cum ipsa Metropoli occupavit. Anno tamen 1288. à Johanne Brabantino Duce gravi prælio victus captusq; sed libertati restitutus castrum Brüle Colonienſibus oppoſitum extruxit ac Anno tandem 1298. vivere desiit, Bonnæ3 fuit humatus. Historia hujus Archiepiscopi satis prolixa extat in M. Chron. B. pag. 266. Segq. singulare est, quod ibidem de eo scribitur: Postquam Rudolphus Romanorum Rex, convocata solenni apud Herbipolin Principum & Prælatorum curia cum Domino Papa Martino IV. concordasset, ut ab omnibus terris cultus, totius Regni Germaniæ certam ipsi simul expigere pecuniæ quantitatem posset, præfatus Dominus Sigfridus, sicut Vir constantis animi, huic inauditæ exactioni primus inter Prælatos Ecclesiasticos miræ constantiæ contradixit: ex qua Archiepiscopi probitate res ipsa remansit insecta, & patria fuit ab hujusmodi gravi exactione usq; hodiè liberata.

§. L. Hinc WICHBOLDUS Nobilis Westphalus de Holte majoris Ecclesiæ Decanus & Præpositus Aquensis successit: plus tamen factione Nobilium, quam electione Canonica. Virum tam humana, quam divina sufficienter eruditum vocat Auctor Chronici Colonienſis. Albertum

Rudolphi filium Agrippiani, ejusq; conjugem Noribergæ coronavit. Colonienses excommunicatione diutina solvit. Cum Comite de Marca bellum gessit, quem ad inciras redegisset, nisi in illa expeditione lapore correptus anno 1305. de vita decessisset Susati, ubi etiam in Ecclesia S. Patrocli sepultus fuit. Cum in infirmitate frequentius sacra Communione uderetur, ob id rogatus, respondit: Anima mea optat & plurimum affectat hoc Sacramentum, quia bonum est viaticum. Vid. M. Chron. B. p. 277.

§. LI. Post obitum Wichboldi tres in Schismate eligebantur, HENRICUS de Virnenburg major Præpositus, Meinardus de Westerburg, Bonnensis Præpositus Wilhelmus de Juliaco, Præpositus Trajectensis. WILHELMI Electione confirmavit Bonifacius IIX. sed is in bello Flandrico contra Regem Galliæ suscepto brevi interfectus fuit. Religiosi duo per triennium in Romana Curia litigarunt, donec Henricus palmam reportaret. Hic grandævus licet, varia bella gessit, præsertim contra Ludovicum Bavarum Imperatorem, Ciriatem Colonienſem, Johannem Regem Bohemiæ, Wilhelmum Comitem Hollandiæ, Johannem de Hannonia, Gerhardum Comitem Julia-censem, Adolphum Comitem de Monte, Johannem Comitem Seinensem, Engelbertum Comitem de Marca. Tandem post multa bellorum adversa mortuus, Bonnæ, in Capella á se constructa sepultus est. Vid. M. Chron. B. pag. 285.

§. LII. Sub Ludovico Bavaro & Carolo IV. Annis XVI. sedit WALRAMVS, Wilhelmi Comitis Julia-censis frater, Præpositus Leodiensis, & Colonien-sis Ecclesiæ Thesaurarius, Adolpho, Episcopo Leodiensi á Johanne XXII. Papâ prælatus.

A pueris in Parisiensi et Aurelianensi Academiis versatus, gradus Licentiati & Baccalaurei assumsit. Castrum Lechenich in finibus Juliacensium etiam in vico fratre erectum pluribus ædificiis exornavit, alia castella communivit, alia à Diœcesi alienata redemit. Carthusiam Coloniensem Anno 1332 fundavit. Excommunicato Ludovico Cæsare largitione corruptus Carolum IV. cum Collegis quibusdam elegit Anno 1346. & quod Agrippinam fidem servaret Ludovico, Bonnæ coronavit: quâ de coronatione Villanus agit lib. VI. cap. 77. Et ab eo tempore multis implicitus fuit turbis à Comitibus Marcano, Arensbergensi, Waldeccano concitatis: & semel quidem à Marcano Comite gravi prælio victus, cum ad novum paratus esset, Wilhelmi Hollandiæ, ut & Comitis Clivensis operâ pax fuit sancita. Archiepiscopus tamen in angustum redactus & à Fratre dissertus, relictâ diœcesi, in Galliam peregrè abiit, ac Parisiis Anno 1349 obiit. Corpus Coloniam in templum S. Petri relatum Epitaphio marmoreo à successore honoratum fuit. In M. Chron. B. ejus Historia his verbis obsignatur: Fuisset multis nominibus commendandus, nisi consilia sua personis levibus credidisset.

§. LIII. Post obitum Walrami cessante electione Capituli (ut est in M. Chron. B. pag. 307.) propter Apostolicam de Ecclesiis Cathedralibus illis temporibus usitatam reservationem per Clementem VI. Papam Archiepiscopatum Coloniensem impetravit WILHELMUS, ex nobili familia de Genepe, Susatiensis Præpositus. Diœcesin alieno ære liberatam in florentiorem statum reposuit. Quod tamen vectigalibus ac tributis prægravaret populum, multorum odium contraxit. Tandem

cum diu pedibus laborasset, accedente febri Colo-
niæ defunctus ac sepultus est Anno 1362.

§. LIV. Abhinc per decem circiter menses va-
cavit sedes, donec postkabitâ papali reservatione
eligeretur Major Decanus JOHANNES de
Virneburg, cujus, cum pro confirmatione Romam iret,
rejecta fuit electio. Ille tamen pro electo se gere-
thesaurosq; antecessoris pro lubitu expendens, novis
quoq; debitis Ecclesiam obligavit. Chronicon Co-
lonienſe istum in numero Pontificum Colonienſium
non poni adfirmat, quod Episcopali caruerit bene-
dictione.

§. LV. Urbani igitur Pontificis operâ pro Hen-
rico ad Colonienſis Ecclesiæ regimen pervenit ADOL-
PHUS II. Comes de Marca, Adolphi II. & Mariæ,
quæ Dieterici ultimi Comitis Bergenſis filia erat,
natus, anteà Monasterienſis Episcopus. Hic quem
per X. menses sedi præfuisset, ab interitu familiæ
episcorum Comitum Clivenſium dignitate Archiepi-
scopali positâ uxorem duxit Margarethan, Gerhar-
di Comitis Bergenſis filiam, ex quâ Adolphum
II. genuit, qui primus Clivenſium Dux in Concilio
Constantienſi à Sigismundo Cæsare creatus fuit
Anno 1416. Ipse autem Adolphus, olim Archie-
piscopus, tum Clivenſis Comes, decessit Anno 1367.

§. LVI. Loco autem ADOLPHI Patruus ejus
ENGELBERTUS III. Episcopus Leodienſis Archi-
episcopalem insulam adipiscebatur. Hic debita debi-
tis cumulans, quæ restabant castra oppignoravit
Creditoribus. Attamen propè Lynceum oppidum
novum construxit munimentum, quod anno 1475.
conflagravit. Cum jam senio gravaretur, lecto
Coadjutore Archiepiscopo Trevirenſi Cunone à
Falckenstein, usq; ad obitum privatam ducens vi-
tam, in castro Brüle rebus humanis valedixit, ao
1368. in Colonienſi templo primario sepultus.

§. LVII. Anno ille vivo adhuc Engelberto res Colonienses propemodum prostratas brevi erexit: unde ab excessu Engelberti à Canonicorum Collegio Administrator renunciatus, & ab Urbano V. confirmatus si consensisset ipse, assumtus fuisset Archiepiscopus. Quare Papa ad usum camerae servans Colonienses Ecclesiam Canonem Pontificiae sedis Vicarium generalem per dioecesin Colonienses constituit. Sub hoc Cunone gravis inter Clerum & Cives Colonienses nata, et sopita quoq; fuit discordia. Etiam ultimus Arensbergensis Comes Godefridus, improlis, Comitatum suum Archiepiscopatui Colonienſi adscripsit: prout pluribus exponitur in N. Chron. B. pag. 317. Demum anno MCCCLXX. Cuno Archiepiscopatum Nepoti ex Sorore Friderico Comiti Sarwerdensi resignavit, probante ac confirmante ipsum Urbano Papa, ac frustrà ideò repugnante Carolo IV. qui consanguineum suum Argentinensem Episcopum eo promotum cupseret.

§. LIIX. Hic FRIDERICUS III. diutissimè per annos nempè XLIV. Colonienſibus praefuit, ac tres Caesares, Wenceslaum, Ruipertum, & Sigismundum elegit & coronavit Aquisgrani. Hujus Archiepiscopi temporibus Academia Colonienſis sub Urbano VI procurante Senatu initium habuit Anno 1388. Bellum gessit cum Adolpho Duce Bergenſi brevi compositum. Vita excessit Anno 1414. in tumba valdè sumtuosa Coloniae sepultus, Vid. N. Chron. B. pag. 318.

Chytraeg Saxon. lib. 3. pag 82. annum habet 1395.

§. LIX. Post obitum Friderici duo in schismate electi Wilhelmus de Monte, Paderbornensis Episcopus, & THEODORICUS Comes de Mörsa, Praepositus Bonnensis. Sed major pars Friderico II. adhaesit, qui, ceteroqui Auctor Chronici Colon. pag. 359. Castrorum & terrarum sibi pro majori parte vendicaverat possessionem. Variis bellis intestinis pariter ac externis fuit implicitus, eorq; opes ab Antecessore relictas consumsit: ut in Successore narrat

Chronicon Colonienſe pag. 407. Fridericum III. Coronavit Aquisgrani Anno 1442. Cùm tandem XLIV. annis dioeceſin gubernaſſet, anno 1463 Coloniæ obiit ac ſepultus eſt.

§. LX. Hunc excepit ROBERTUS Dux Bavariæ, quem tamen minus discretè electum notat Chronicon Colon. pag. 460, quòd ſc. idoneis præferretur perſonis, ipſe autem exilis, levis mente, venationi & aucupio plurimùm eſſet deditus. Contentiones inter ipſum & Canonicos Fridericus Victoriosus frater Comes Palatinus Rheni aliquoties compoſuit. Bellum quod ſit cum Johanne Duce Clivenſi, in quo ſuppetias Archiepiſcopo tulit Adolphus Geldriæ Dux. Crescentibus tandem inter ipſum & Canonicos ſimultatibus, iſti Hermannum Haſſiæ Landgravium totius Provinciæ gubernatorem contra Robertum conſtituunt: ac tracta quoq; in partes fuit Kuſſia quam in gratiam Archiepiſcopi Carolus Audax per 46. hebdomadas obſedit, ſtrenuè illam defendente Hermanno: donec Fridericus III. Imperator collecto exercitu ſubveniens, Carolum adigeret obſidionem ſolvere. Hiſtoriam hujus obſidionis prolixam, non tamen integram, habemus in calce M. Chron. B. a' pag. 406 – 420. Interea cum Robertus dimenſo à Canonicis conſtituto non eſſet contentus, in ſuperiori Germania epulabat, acad Henrici Landgravii militibus interceptus, Anno 1480. morbus, Bonnæ ſepulchrum nactus eſt.

Vid. Parei Hiſtoriâ Palatina pag. 222. ſeq.

§. LXI. Hoc ipſo igitur anno 1480 HERMANNUS Haſſus, Ludovici filius, Aquisgranenſis et Colonienſis ad S. Gereonem Præpoſitus concordiis collegii ſuffragiis electus eſt Archiepiſcopus. Vixit hic cum Colonia Metropoli amicè ac concorditer. Adminiſtrationem Archiepiſcopatus Paderbornenſis ob gravem ætatem Comitis Simonis

de Lippa quasi Coadjutor suscepit Anno 1489. Maximilianum 1. cum aliis Electoribus elegit, ac coronavit Aquisgrani Anno 1492. Tandem mortali vitae exemtus est Anno 1508. Coloniae in summo templo terrae mandatus. Chytraus Saxon. lib. 3. vocat, Principem Sapientem, beneficum, militem, pacis et quietis publicae studiosissimum, & tamen, ubi res postulabat, animi magnitudine, industria & felicitate eximia.

§. LXII. Ex eo ovanimi Canonicorum consensu eligitur PHILIPPUS de Thuyn Comes Oberstenius, Collegii Decanus. Vir fuit Summae prudentiae ac humanitatis. Cum quosdam Nobiles in caput suum conspirare rescivit, opiparo excepit convivio, & cum quaerenti, quot Christus habuerit proditores; Unum, responderent: At vos omnes, inquit, Proditores habeo; eo quorum Machinationes dissolvit. Mortalia reliquit Anno 1515.

§. LXIII. Inde HERMANNUS Comes de Weda anno 1472. Patre Wilhelmo natus in Archiepiscopum Coloniensem assumtus, a Leone X. confirmatus, ac Anno 1518. consecratus fuit. Hic Archiepiscopus primo nascenti religioni Lutheranae fuit infensissimus, edictis per totam diocesin publicatis, ne quisquam ei se adjiceret, vel adiitum daret Concionatoribus, ipsumque adeo Lutherum in Comitiis Wormatiensibus Anno 1521 cum aliis Principibus damnavit, Annoque 1530. in Comitiis Augustanis confessioni restitit. Etiam anno 1532. extincto Erico Duce Brunsvicensi Grubenhagiaco Administrator Episcopatus Paderbornensis electus, lectoque milite Paderbornam ingressus, parumper abfuisset, quin plusculos Cives Evangelio faventes extremo afficisset supplicio, nisi Carnifex, qui, ex more loci, Sententiam Capitalem pronunciare soleret, id negans, gladium Magistratui

reddidisset; ac porrò Hermannus Matronarum publicè in genua procidentium, ac consiliariorum quoq; intercessione victus, pecunia muletatos, & per annum domi manere jussos, vita donasset. Etiam tres Lutherani concionatores comprehensi, ac Arensbergam deducendi, cum coelo pluvioso milites custodes relictâ viâ regiâ lutosâ semitam segui rentur, in pagum Susatensem delati, à Civibus Susatensibus agniti ac liberati sunt. Quæ insignia Divinæ providentiæ exempla legas apud Seleidanum Saxoniæ libro XIII. Anno 1536. Hermannus Archiepiscopus Concilium Provinciale celebravit, vocatis eo religiosis, ut fieri solet, suæ ditionis Episcopis factaq; ibi sunt Decreta de Ceremoniis ab doctrina, quæ biennio post in publicum edita miras Pontificiorum Doctorum ac imprimis Ambrosii Catharini in speculo Hæreticorum laudes meruerunt. Postea tamen mira rerum facta est mutatio, & Archiepiscopus imprimis à Martino Bucero, ac post à Philippo Melanchtone inductus, relictis Pontificiis erroribus Evangelium avidè amplexus, diœcesin quoq; suam, refragantibus Cæsare, Pontifice, Capitulo, reformare cœpit: Libro quoq; prolixo sub reformationis titulo in lucem edito, cui Colonienses Theologi Antidagma seu Catholicæ religionis propugnationem opposuerunt: quem insigni Apologiâ ex fundamentis verbi divini, & veterum Ecclesiæ Patrum testimoniis exstructa, abusus Pontificios omnes refellente Bucerus confutavit. Hinc magnam Cæsaris offensam contraxit Archiepiscopus, quam frustra lenire studuerunt Hassiæ Landgravius, Palatinus & Princeps Würtenbergicus, adeoq; gravissimo edicto Anno 1545. Wormatiæ dato, certatum. Etiam Paulus V. Pontifex Hermannum Romam

citatum, nec comparentem, sed potiùs ad Concilium provocantem Archiepiscopatu privat, alioq; Diplomate Adolphum Comitem Schauenburgicum, Jodoci filium, Ottonis fratrem, quem præ cæteris semper Hermannus dilexerat, & ipse Coadjutorem sibi elegerat, ei sufficit, Cæsarem rogans, ut si Hermannus nolit cedere, latam sententiam exequatur. Quod etiam per Legatos, Ducem Clivensem Theodoricum Manderschiet, & Wilhelmum Comitem Nuenarium factum. Quamobrem Hermannus Archiepiscopus, suorum periculo potius, quàm rei familiaris ac dignitatis dispendio territus, subditis juramentum remittens, ac Archiepiscopatui renuncians in Comitatum Wedensem secessit, ubi privatam vitam egit ad annum usq; M.D.LII. quo in Biverino ditionis suæ oppido rebus humanis excessit 25. Augusti, anno ætatis Octogesimo. Historiam hujus reformationis Archiepiscopalis scripsit Arnoldus Meshovius Lippiensis sub titulo Historiæ defectionis & schismatis Hermanni Comitis de Weda. Cum hoc autem, quia religioni Pontificiæ nimium indulget, conferendus præcipuè Sleidanus libro XV. segq.

§. LXIV. ADOLPHI deindè III. novi Archiepiscopi, Comitis Schawenburgici mandato, per totam regionem religionis facta fuit immutatio, abolitis quæ Bucerus et cæteri constituerant. Archiepiscopus Comitiis anno 1548 & Tridentinæ Synodo anno 1552 interfuit, undè victricibus Alberti Brandenburgici armis revocatus est. Aquisgranum profectus Anno ubi Mariæ Caroli V. soror Comitia celebrabat, in domus Burgundicæ societatem, quo ab imminentibus

periculis tutior esset, receptus est. Postquam annis novem Episcopatui præfuisset, Anno 1556. vitâ excedens Coloniæ magnificum sepulchrum nactus est.

§. LXV. Adolpho Successit frater ejus ANTONIUS, Leodiensis & Trajecti superioris, nec non et D. Gereonis Præpositus: sed qui in alterum modo arxum diœcesi præfuit: siquidem anno 1558 die 18. Junii in Castro Gudesberg animam efflavit, & Coloniæ juxta fratrem in eodem conditorio tumulatus est.

§. LXVI. Ex hoc à Canonicorum Collegio electus est JOHANNES GEBHARDUS Comes Mansfeldicus, Præpositus Trajectensis & S. Georgii, qui Ferdinandi Cæsaris inaugurationi anno 1558. interfuit. Vitam cum morte commutavit Brülis anno 1562, aquâ intercute epostinctus, sepulchrumq; accepit Colonia in summo templo.

§. LXVII. Eidem substitutus est FRIDERICUS IV. Comes de Weda, Præpositus Trajectensis, absentium ac Francofordiæ legatus, in electione Maximiliani occupatus. Cæterum Pontificatus sui anno sexto sponte propter valetudinem & alia incommoda abdicavit, annuam 3000. florenorum summam sibi pactus: quam non recepit tamen, quod ipso abdicationis anno, qui erat 1568. moreretur & Coloniæ ad Prædicatores sepelirentur.

§. LXIIX. Sequitur SALENTINUS Comes Isenburgensis, ad D. Gereonem Decanus, eximiâ virtute, eruditione, ac sapientiâ præditus. Anno 1575. Johanne Comite Altjensi defuncto Administrator Paderbornensis inauguratus, tum non ut Antecessores stolâ amictus, sed totus cataphractus,

velut armis Ecclesiæ Jura defensurus, Paderbornam ingressus est. Anno sequenti Rudolphum II. cum cæteris Electoribus elegit Ratisbonæ. Plura bona ab Antecessoribus oppignorata redemit, castra etiam aliquot magnificis structuris auxit et ornavit. Quod autem postremus esset Ilsenburgicorum Comitum, Anno 1577. utrâq; Episcopâ publicè se abdicans, ex dispensatione Pontificiâ Antoniam Wilhelmam, Johannis Lignii Comitis Arensbergii filiam, Caroli sororem, duxit Conjugem.

§. LXIX. Periculosum igitur tum nascebatur Schisma inter Ernestum Bavarum & GEBHARDUM Truchsessium ex perantiqua Baronum in Waldburg familiâ; qui supra Canonicus Coloniensem Augustanq; etiam Præpositus ac Argentoratensis Decanus erat. Attamen post trimestrem propè vacationem, ope potissimum Hermanni Comitis Nuenarii perviciit Gebhardus, ac Pontificiam quoq; confirmationem contra Ernestum impetravit. Haud obscurè hic Archiepiscopus Evangeliò favebat ejusq; exercitium publicatâ declaratione Subditis petentibus permisit. Quod cùm graviter ferrent Imperator, Pontifex, aliiq; Principes Pontificii, unà cum Senatu Coloniensi apud Capitulum novi Archiepiscopi electionem urserunt: eoq; res deducta, ut Gebhardo ad sui defensionem milites conscriberet, Bonnâ aliisq; locis opportunis antè occupatis. Archiepiscopo opponebatur Fridericus, Dux Saxo-Lauenburgicus Coloniensis Chorepiscopus, qui primo impetu Kayserswerdam recuperavit. Undè Gebhardus in Westphaliam se recipere coactus est, ductâ priùs mense februario Anno 1583.

uxore Agnete ex XIII. Johannis-Georgii, Comitis Mansfeldii liberis filiarum una, ingenii formæq; ō gvotidianæ, nuptiis publicè celebratis Bonnæ. Prodiit tum temporis nomine Gebhardi Truchsessii, kundt gründlicher warhafftiger bericht unsers Ertzbischoffs von Gottes gnaden, wie er ordentlichen und bestätigten Ertzbischoffs zu Cölln, warumb wir uns mit starcker Soldatey zu Beschützung unserer Land, Leut kundt nigenen gesetzen, auch folgends in wirklicher Kriegs-rüstung wider unsere Feinde und widerwärtige zu begreben, genothdrängt, auch auß was Christlichen, rechtmessigen kundt nothwendigen ursachen wir die freye laßung der warhafften Christlichen Religion Augspurgischer Confession, bestattet, kundt was uns in Christlicher stand zu begreben bewegt, 1584. 4. Cum mox Carolus Comes Arenbergicus Bonnam obsideret Gebhardus ad Ludovicum Palatinum ejusq; fratem Johannem Casimirum pro petendis auxiliis confugit; ac interea rejecto Gebhardo, & imagine ludibrio affecto, procurante Imperatore ac Pontifice anno 1583. Mense Majo Sessectus est antigvus competitor Ernestus Bavarus. Inclinatam gvidem Gebhardi causam lecto milite erigere voluit Johannes Casimirus Palatinus, et jam Bonnæ confirmata, ac occupatv Tuitio fecisset dubio procul, nisi enata inter Milites suos seditio, ac fratris Electoris obitus coepta inhibuissent: undè Bonnia initio segvetis anni cum Carolo Truchsessio, Gebhardi frate

per proditionem capta, eandemq' fortunam, quæ Gebhardo reliqua in Westphalia, secuta sunt.

Hinc Gebhardus in Hollandiam ad Orangium Principem confugit, quæ Hagæ aliquantisper epulis cum uxore domicilium attribuit. Tandem Arzgenbinam concessit, ubi anno hujus seculi primo 20. d. Maji fatis concessit, & cum fratre Carolo, cujus octennio antè extincti corpus domi hactenus asservarat, in Cathedrali ecclesia sepultus est, concionem funebrem habente Johanne Pappo. Historiam horum motuum quatuor libris scripsit Michaël ab Isselt, quibus supplementum addidit Arnoldus Mechovius, cui præmissa Hermanni de Weda antè laudata Historia. Quin multis calumniis Gebhardum ejusq' causam oneret Scriptor ille, nullus dubito: quamobrem & alii hic sunt consulendi, ac in primis Chytræus in Saxonia.

§. LXX. ERNESTUS ille Alberti V. Bavari filius anno 1545. natus primùm Frisingensis ac Hildesiensis, postea, Cæsaris ac Hispaniæ Regis ope Episcopus Leodiensis, ac demùm à Gebhardi depositione Archiepiscopus Coloniensis, bellis cum Gebhardo defunctus, vitam ac Regimen ad annum hujus seculi XII. produxit. *De Ernesto Vid. Sarus Histor. Palat. p. 113.*

§. LXXI. Successorem nactus est Coadjutorem FERDINANDUM Wilhelmi Bavari ex Renata Lotharingica filium, qui unà cum Episcopatibus Hildesheimensi, Paderbornensi, Leodiensi, & Monasteriensi, Archiepiscopatum in gravissimo bello germanico satis feliciter gubernavit, fratremq' Maximilianum in causa Palatina ac consequendo

Electoratu juvit. Anno 1643 causa Hildesiensis inter ipsum et Augustum ac Christianum Ludovicum Duces Brunsvico-Luneburgenses per delegatos Cæsareos, Wilhelmum Leopoldum Comitem de Tettenbach, & Henricum Jordanum composita: cujus Historia ex Recessu Hildesheimensi Collegio in Burgoldensem subjuncto petenda est. Leodium Chirotonorum ac Grignoviorum factionibus plenum, novisq; rebus deditum per Ottonem Christophorum Sparr ao 1649 cœrcuit: in eruptione caso Jacobi Hymmt Consule, apud quem insigne Consulatus, argentea clavis reperta est. Bartholomæo autem Rolando & Waltero Hymmt Consulibus capite plexis, & illo quidem ante Principis in Urbem adventum, idq; quoniam præfocibus juraverat, se vivo non futurum ut Episcopus in Urbem intromitteretur. Summam turbarum & Compositionis Leodiensis satis accurate tradit Brachelius lib. 7. Historiarum nostri temporis. Anno demiq; 1650 d. 3. Septemb. diem extremum clausit Archiepiscopus Arensbergæ in Westphalia, quo se paulo ante recreationis gratia contulerat.

§. LXXII. Successit Ferdinando ex Alberto fratre nepos MAXIMILIANUS HENRICUS, jam pridem in Colonienſi, Leodiensi, ac Hildesiensi dioecesibus Coadjutor: qui patrui funere Arensbergâ Coloniam ducto, & exequiis in basilica Metropolitana solenniter peractis in frequenti ordinum conventu Archiepiscopus inauguratus est 26. 8bris. Hujus regimen spræ cæteris disputatione cum Moguntino de Coronatione Cæsarea; discordiâ cum Metropoli Coloniâ; inito ac deserto fœdere Gallicano hactenus nobilitatum est.

§. LXXIII. Disputationem de Coronatione tetigimus in Historia Moguntina. Nata est illa Anno 1653. quando Colonienſis Moguntino Ferdinandum IV. Ratisbonæ coronanti protestatione d. 18. Junii facta adverſaretur; ac porrò Cæſari informationē Juris ſibi competentis exhiberet: quam Moguntinus alio ſcripto d. 8. Julii confecto refutavit. Ac iterum Colonienſis novo Moguntinum oppugnavit ſcripto: donec pro Moguntino in lucem venirent ſequentes tractatus: Brevis Recapitulatio der Churfürſtlichen information zu einem ſolchen Liſtro der Churfürſtlichen Mainziſchen erläuterung. Item: Demonſtratio Moguntini inveterati circa coronatos Romanorum Reges uſus & juris coronandi Regem Romanorum. De Corringianis ſupra diximus. Præcipuum autem Colonienſi robur erat, in Bulla aurea, ut et antiquā conſuetudine. Et licet Moguntini plures Cæſares coronatos opponerent, Colonienſes tamen id tum factum eſſe aſſerebant, cum Archiepiſcopi ſui nondum ſacris initiati eſſent.

§. LXXIV. Diſcordia Archiepiſcoporum Colonienſium cum Metropoli non est nova, ejuſq; exempla ſemel alq; iterum tetigimus. An verò Jura & Privilegia Civitatis contra Archiepiſcopum ſingulari ſcripto comprehenſa ſint, non habeo dicere. Scio, eo nomine Hermannum Corringium antè annos aliquot a' Senatu Coloniam accitum ac inſigni honore affectum. Etiam laborasse ipſum in hiſtoria Colonienſi fide indubia accepi. Favit autem Archiepiſcopo Rex Galliæ, & ſuæ ad arma res ſpectabant, cum interventu Cæſaris ac Circuli Weſtphalici Procerum conſentiente Gallo his componeretur, ac posteà etiam præſidium militare a' circulo Weſtphalico Colonia acciperet.

§. LXXV. Non mirum igitur, Electorem præcipuè à Fürstenbergiis fratribus seductum in partes Gallicanas inclinasse apertius, donec etiam publico fœdere jungerentur, & non modo Russia Gallis permitteretur, sed Gallicanæ copiæ Coloniensi quoq; milite augerentur. Postquam autem Cæsar Batavis suspetias tulit, occupatâ Bonnâ Coloniam fugit Elector, ac tandem fœderi gallicano renunciavit, sicq; etiam Reinbergam in quâ diu præsidiarios habuerant Batavi, Archiepiscopo cessit. In quo quam falsus fuerit Vates Constantinus germanicus, apparet, qui tum demum Reinbergam à Belgis dimittendam effutivit, quando Rhenus in festo Pentecostes glaciali muro fuerit instratus.

CAPUT VI.

CAPVT VI.
DE
BAVARIÆ DVCIBVS & ELECTORIBVS

§. 1. Bavaria ac Bavarorum nomen recens est, quod nunquam in vetustis monumentis reperias. Semper Bojoarii et Bojarii et Bojorii scriptum legimus: Babaria tamen post Carolum M. Bavaria post Fridericum II. nata est.

§. 2. Bojarii pro Boica prosapia habentur. Alii tamen putant, nec ab ipsis Bojis, quæ Gens fuit Gallica à Marobodduo Marcomannorum Rege Bojoria pulsa, descendere, sed pro populo tantum Germanico, à Bojorum, quos occupaverunt forte, sedibus ita nuncupato. Fortassis tamen cum illis coaluerunt Boji ex Italia pulsi, qui loco, quæ Bajorum deserta fuerunt dicta, insederunt. Quanquam, ubi ea loca fuerint sita, disceptant eruditi, et hos inter Philippus Cluerius in Germania antiqua, Joh. Aventinus, Marcus Velserus et Andreas Brunnerus in Annalibus Bojorum.

§. 3. Si rectè mentem Conringii assequor in Collegio Ms. de Rebuspubl. Bojariorum nomine ipsi veniunt illi populi qui olim Quadi & Marcomanni dicti sunt, qui partim sponte sua, partim vi Slavorum pulsi, migrarunt in Noricum et Bonam Pannoniæ partem, ubi latè cum tempore Bojariorum patuit potentia, ut ingentis Regni nomine fuerit habita. Comprehensum enim eo fuit totum vetus Noricum à Danubio ad Alpes et Comitatum Tirolensem et Episcopatus Tridentinum.

dentinum et Brixinensem. Ad Bojariam quoq; olim pertinuit Austria, Carinthia, Carniola Stiria, et bona pars Ungariæ.

§. 4. Postquam autem contracta fuit Bojaria, non semper eosdem habuit limites, et antehac quidem Ducatus Bojariæ nomen habuit, quicquid nobis est trans Danubium, qui fluvius ex parte septentrionali eidem fuit pro termino, ab oriente Austria et Styria, ab occidente Lecchus fluvius et Suevia, a' Meridi Alpes in iisq; Comitatus Tirolensis, ut et ex parte Salisburgensis Episcopat.

§. 5. Atq; inter hos terminos per aliquot Secula constitutus fuit Bavariæ Ducatus in Superiorem ac Inferiorem divisus; quia versus Suevian et Alpes excurrit, Superior; quia ad Septentrionem & Ortum versus Danubium se extendit, inferior fuit appalatus. Unde etiam Principes Bavari utriusq; Bavariæ Duces salutantur.

§. 6. Ex quo autem nostro evo Bojariæ accessit Palatinatus superior, limites prorogati sunt, nonnullaq; eis Danubium acceperunt Bojariæ Duces.

§. 7. De antiquissimo Bojorum Regimine non erimus nunc sollicabi. Nam qua Aventinus de Alemanno ejusq; filiis Norico, Hunno, Helvetio, Bojo, tradit, ambigua sunt fidei.

§. 8. Bojaria à Cæsaris ferè usq; ad Anastasii 1. ævam ultra quingentos annos paruit Romanis Magistratibus, de interea Religionem Christianam eo penetrasse, admodum est credibile, Doctores quantum vis ignorentur. Inter

hos

hos laudatur S. Serinus Seculo V. qui habetur pro Bavarorum Apostolo.

§ 9. Placuit deinde Bojariis Regium Imperium, quod Francicum comitem respexit. Primus qui rim Regiam exercuerit, Adolgerius, Hunni Welphonis filius, Adelphingica sive Adelolfingica familia Pater fuisse dicitur. Cujus filius successor Theodo I. seu Dieth rebus praclare gestis anno 511. naturæ concessit, relictis filiis duobus Theodone II. & Utilone.

§ 10. Theodo II. cum potestatis annos 26. implevisset, morte obiit anno 537. Cujus natorum triga, Theodo III. Utho seu Otto, Theodowalda seu Dietpoldus Bojariam in tres partes divisit. Theodo ducta uxore Riginotrudâ Theodoberti Francorum Regis filiâ, una cum fratribus per S. Rupertum ad Christianam religionem conversus est. Ex his Udo, anno ab excessu Patris octavo obiit, cujus Regnum Theodo frater, cum filio suo Theodoberto suscepit. A morte autem Theodonis, quæ in annum 563. refertur, Theodobalda fratrum minimus, totâ Bojariâ potitus, postquam in Italiam irruptionem fecisset, anno 567. rebus humanis valedixit.

§ 11. Ejus filius Thassilo, et Theodobertus Theodonis III. filius, Patrueles, Bojariam æquis legibus partiti sunt, et Thassilonem quidem hunc Weldenburgum Monasterium in Ripâ Danubii anno 575. condidisse ferunt.

§. 12. Post mortem Theodoberti Garioualda filius, mortem Thassilonis mentitus, Ducatum Bojariæ intercipit, Regemq; Bojorum se appellat, ac ut opus firmaret, Rum, Longobardorum Proceres affinitate sibi junxit.

Thassilo ab exilio tandem restitutus, moritur anno Christi 598.

§. 13. Garioualda Bojariæ Regnum per manus tradidit Theodoni IV. filio, cui Theodogertus et Thassilo II. nati, quorum ille Vindeliciam et Nariscos, hic Noricos sortiti sedit.

§. 14. Thassilo dein II. fato concedit anno 650. cujus filii tres, Theodo V. Grimoldus et Theodobertus III. Bojariam in tres partes diviserunt. Circa hæc tempora S. Haimerani apud Regensburgenses originis et nomen cognoscunt.

§. 15. Grimoldus Bojorum Regulus ex hac vita migravit anno 695. ac tum Theodo VI. filius ejus, Regnum Bojariæ obtinuit. Ejus filii tres, Theodo VII. Grimoldus II. et Hugobertus cum matre Gisonotha Bojariam in 4. diviserunt partes.

§. 16. Theodo VII. Romæ, quo à Gregorio II. catabus erat in Bojariam reversus, supremum diem obiit anno 708. Frater ejus Grimoldus partem Bavariæ cum uxore Vilutruda usurpans, non diu post occisus fuit anno 714.

§. 17. Hugobertus anno 735. mortuus successorem accepit filium Utilonem, qui in aulâ Francicâ Educatus ex Hiltruda Caroli Martelli filiâ Pipini sorore clanculum à se raptâ Thassilonem III. genuit. Sub hoc Utilone Bojaria in Ecclesiasticas dioeceses et Parochias, ut appellant, ejusdem S. Bonifacii divisa, ac undeviginti coenobia et Monachorum Collegia exstructa constituta sunt. Idem Utilo Francorum Regum

pertæsus ignaviam, quod ejus et matrimonium cristas erigerent, Regem se appellat, sed ab affinibus Carolomanno ac Pipino proprie Augustam Vindelicorum victus in ordinem Ducum redactus est. Vtilo cum 30. annos regnasset in Bojaria obiit anno 765. Sepultus in Austrasia (Ostrasia) ac dicitur ibi sunt ostensa conditoria duo albo marmore structa, quorum alter Vtilonis, alter Hiltrudæ fuisse fertur.

§. 18. Horum filius Thassilo IV. anno 741. natus, annum nactus duodecimum in aulam Pipini avunculi missus omnibus ejusdem bellis interfuit: Unde Pipinus, interposito juramento, Bojariam imperii Francorum valentissimam Provinciam eidem commisit. Verùm is, de ingratitudine Parentis certior factus, insalutato Pipino se de exercitu ejus in Aquitania bellante clàm proripuit, mortuoq; genitore Bojariam accipit; Luitburga uxoris, quæ Desiderii Longobardorum Regis erat filia, et (ut loquitur Eginhardus in vita Caroli M.) c. xi. Patris exilium per maritum ulciscì posse putabat, instinctu, fœdere cum Hunnis juncto, à Carolo M. desciit. Cùm verò destinata minus feliciter procederent, veniam supplex petens, datis duodecim Obsidibus, quos inter Theodo filius erat, præstito juramento, impetravit. Mox tamen ab uxore ad repetenda arma impulsus, ob perfidiam à Carolo in villam Ingelheim ad Judicium citatus est. Ibi Majestatis damnatum capitali Sententia damnarunt Proceres. Intercessimtamen Caroli, cum filio tonsus in Monasterium, ac uxor, quæ in alium Sexus sui Cœnobium, detrusi sunt. Visitur adhuc ejus Sepulchrum in Monasterio Laureshamensi cum hac inscriptione:

Conditur hac fovea quem pie Christe bea,
Thassilo Dux primum, post Rex, Monachus sed ad imos
Idibus in ternis decesserat ille Decembris.

Cum hoc igitur Thassilone Agilolfingicorum Principum familia, quae per tria propè secula Bojariam tenuit, extincta, et Bojaria in Provinciam Francorum redacta est, quae Comitibus ad agendum commissa.

§. 19. In Bojaria igitur Regimine Agilolfingicam excepit Carolingica familia. Et post excessum quidem Caroli M. Ludovicus Pius regnavit, qui dein filiis, ac imprimis Ludovico Germanico regendam commisit Bojariam. Quo anno 876. decedente, filiorum primogenitus Carolomannus, Bojariae ac Italiae Regnis (quae utrag; jungebantur in Diplomate Carolomanni ab Aventino lib. 7. p. 267. laudato) potitus est anno 880. Oettinga apoplexia tactus obiit ibidemq; sepultus est.

§. 20. Hunc frater Ludovicus in Regno Bojariae secutus non nisi biennio superfuit, annoq; 882. Francofurti decedens in Laureacensi Coenobio juxta Patrem conditus est.

§. 21. Tum frater ejus Carolus Crassus Caesar tertius filiorum Ludovici Germanici Bojariam sibi vendicat. Styriam tamen et Carinthiam, ac post totius Bojariae curam Arnulpho Carolomanni fratris ex Litovinda Concubina filio committit.

§. 22. Hic Arnulphus, Carolo Crasso, corporis ac mentis deliquio laboranti, ac ob id abdicato, in Regno Germaniae successor datus anno 899. phtiriasi consumtus. Successorem in Regnis Germaniae ac Bojariae habuit Ludovicum filium qui anno 911. sine liberis obiit.

§. 23. Tum Bojaria devenit ad Arnulphum filium Luitpoldi Ducis Bojoariae Orientalis (Austriae) anno 910. cum magna illius tribus Bojariorum manu ab Ungaris occisi. Hunc Wigel-

Gnus

quod parte 1. Dr. Lazarus Strumbaeus pro auctore Comitum Schirensium habet, quanquam Zeilerus Compendio Itinerarii Germanici hunc Arnulphum Arnulphi Caesaris facit filium, et ex ejus fratre Wernero Scirenses Comites derivat. At verò Aventinus lib. 4. Annal. eosdem ex Arnulpho juniore, de quo mox dicemus, deducit.

§. 24. Arnulphus ille Ungaros Bojariam infestantes magno praelio domuit, qui, facto deinceps cum ipso foedere, vim suam in Italos, itemq; in Francos, Thuringos ac Saxones effundentes, Conradum Caesarem, Ludovici successorem ad annuum tributum adegerunt.

§. 25. Hanc inter cætera causam esse reor, quod Conradus 1. Caesar Arnulphum armis petens, imperata facere detrectantem prosecutus sit, Bojariamq; Eberhardo fratri suo in tutelam dederit.

§. 26. A morte tamen Conradi cum inter Arnulphum ab exilio reversum, et novum Germaniae Regem Henricum Aucupem omnia ad praelium spectarent, colloquio habito, Pax sancita, et Arnulpho non modo universa Bojaria, sed et major sacra nempè potestas ab Henrico permissa est, et, quo matrimonii vinculo conjungerentur, Juditha Arnulphi Henrico Caesaris filio, Gerbirga, Henrici filia Arnulphi filio desponsata fuit. Vita excessit Arnulphus anno eodem, quo Henricus Auceps, nempè 937. et Regensburgi in templo Haimerani, ubi ejus sepulchrum hodiè superat, humatus fuit.

§. 27. Arnulphus ex Gerbirga uxore tres filios reliquit, Eberhardum, Arnulphum, et Hermannum. Eberhardus statim post fata Parentis, quod natu esset maximus, principatum in Bojaria occupat atq; exercet: Fratres minores et ipsi imperium ambiunt. Berchtoldus Patruus eorum Ottonis 1. auctoritatem exspectandam censuit. Cujus consilium

et Ottonem ipsum cùm floccifacerent, Otto Regensburgo occupata, Eberhardum ferocius resistentem capit et in Sueviam relegat, Berchtoldum fratrem Arnulphi, superiùs Bojariæ Ducatui præficit, eiq; neptem suam ex Sorore Gerbirgam Giselberti filiam despondet, Arnulphum et Hermannum fratres præfectos Prætorio Bojariæ seu Comites Palatinos quatùm maxima erat dignitas, declarat. Berchtoldus autem Bojorum Rector ex hac vita migravit anno 948. et in Monasterio Altaich inferiori sepultus est.

§ 28. Hactenus per 180. annos Franciâ oriundi Principes potiti sunt Bojaria; posthæc Saxones aliquandiu eandem administrarunt. Eorum quidem primus erat Henricus I. Henrici Aucupis filius, Iudithæ, Arnulphi filiâ maritus, qui antea Ottonis I. fratris æmulus, posthæc fidus ei maxsit. At absente Henrico, Arnulphus et Hermannus cum Ludolpho Ottonis filio conspirantes, Sororem Iudiththam cum liberis et amicis Bojaria expegunt, gazamq; Henrici diripiunt. Otto deindè Regensburgum obsidet, ubi rebellis Ottonis erat filius, cumq; urgente fame erumperet, Arnulphus fortiter dimicans occisus est, ac mox receptâ Regensburgo, cum jam antè captus esset Hermannus, Henrico I. Ducatus Bojariæ restitutus est, qui anno 955. Regensburgi obiit, in templo S. Haimerani sepultus est. Ex Iuditha reliquit Ludovicum, Henricum, Luitgardam, Helicam.

§ 29. Ex his Henricus II. primùm Pius, post Rixosus appellatus, à Mechtilda Aviâ in Saxonia Educatus universum Bojariæ Regnum à Patruo Ottone accepit. Post obitum

Ottonis.

Ottonis II. Ottoni Patrueli rebellanti, Regem se nuncupat, et ab Abrahamo Episcopo Fruxinensi Regensburgi inungitur. At Ottone tamen citatus compareat, et, ut Abrahamus Corbejam, ita ipse Ingelsheimium relegatur: unde custodia elapsi, ac in Bojariam reversi, proscribuntur, ac Ducatus Bojariæ Ottoni Suevorum Duci Patrueli item Imperatoris Ludolphi filio commendatur. At Ottone Cæsare in Bojemia occupato, Henricus Bathaviam occupat, ac adversarios ferro flammâq; affligit. Sed Cæsar brevi reversus, Urbem cum Henrico rebelli recuperat; nec multò post Otto Bojariæ Dux cum Ottone Cæsare in Italiam profectus, domum redire jussus, in finibus Italiæ mense Octobri decebit anno 983. quem Decembri Mense seguitur Otto II.

§ 30. Henricus II. ubi de morte Imperatoris comperit, Ottonem III. puerum, qui Coloniæ ab Archi-Episcopo educabatur, in potestatem redigit, Imperium tutorio nomine administrare contendit. Cæterùm Proceres Germani Ottonem Henrico præferentes, Regem salutant, Henrico Bojariam restituunt, qui anno 995 vitam Regensburgi finiens, sepulchrum in æde Haimerani accipit. Ex uxore Gisalda suscepit Henricum III. Brunonem Episcopum Augustanum, Gisalam Reginam Ungariæ, Gerbirgam Chimensium Abbatissam.

§ 31. Henricus III. Parenti in Ducatu Bojariæ, ac Ottoni III. in Germaniæ Regno successit Anno 1002, ac tum Ducatu Bojariæ commisit in fidem Henrico IV. cognomento He-

zeloni, fratri Cunigundæ Conjugis suæ, cui frustrà adversabatur Henricus Austriæ Marchio, Luitpoldi, seu, ut alii volunt, Berchtoldi filius, qui Bojariam sibi tanquam hæreditatem legitimo præreptam dolebat. Quod autem ipse Hezilo cum pluribus aliis Henrico Cæsari rebellaret, Ducatu Bajariæ spoliatur, sed non diu post et gratiæ Cæsaris et Ducatui restituitur, annoq; 1052 8. Id. Febr. concedens, sepulturam cum Maria uxore in Osterhofen nactus est.

§. 32. Successit illi Henricus V. Cæsarum III. qui decimum agens annum à Patre Conrado I. Imperatore Dux Bojariæ renunciatur. Hic Procuratorem Ducatus primo constituit Henricum VI. nepotem ex fratre Cunigundæ Augustæ ac eodem anno 1047. in cœlibatu mortuo, Cunonem sibi Conradum, cui tamen, quod avarè et injustè administraret, iterum ereptus, et Henrico filio admodum puero tributus est anno 1052.

§ 33. Hic Henricus VII. inter Cæsares IV. à Patris obitu Ducatum Bojariæ Agneti Matri, quæ se gravidam esse, et filium pariturum ominabatur, tradit. Hæc quatuor annis administravit, actum Ottoni Saxoni, natalibus prudentiâ ac virtute militari claro, commendat: Qui cum Annone Coloniensi Henricum IV à Matre avulsit, ac postea non postremus inter Conjuratos contra Henricum fuit: Unde à Domino proscriptus ac Ducatu privatus fuit.

§. 34. Hunc ab Henrico IV. anno 1071. accepit Welpho IV. Kunigundæ Sororis Welphonis III. Alzonis Estensis in Italiâ Marchionis filius, Welphonis II. ex filiâ nepos, qui Ottonem Socerum jure jurando abdicans, filiam cum repudio remittit. Adelberti tamen Bremensis Episcopi

Sollicit

sollicitationibus motus Cæsar Ottoni præd[ia] gentilitia eor[um] nove rebellioni materiam reddidit.

§. 35. Neq[ue] ipse Welpho in fide adversus Henricum IV. perstitit: unde et ab eo captus arctaq[ue] custodia asservatus fuit; ex qua, corruptis custodibus, dilapsus, cum res novas moliret a Friderico Henrici genero ad Danubium victus, sed à Cæsare post 20 annorum exilium in gratiam receptus, pristina dignitati restitutus est, filiiq[ue] Welpho V. et Henricus VIII. hæredes instituti. Welpho autem pater ex Palæstina, quo expositionis causa profectus, dum domum reverti parat, in Cypro decedit ac humatur Anno 1101.

§. 36. Ducatum igitur acceperunt laudati Welpho V. et Henricus VIII. fratres. Welpho famosam illam Mechtildam Principem Italiæ fœminam duxit, ac anno 1129. in Italia letho corripitur. ~~Henricus VIII. Guelphi~~ ~~Welpho autem inter~~

Henricus VIII. qui Wulphildam Magni, Saxoniæ Ducis filiam Conjugem habuit, et ex ea septem libros genuit, postquam à Morte fratris quinquennium Bojariam solus administrasset, Ravensburgi supremum diem obiit anno 1125, cujus fatum die exin decimo sexto uxor secuta. Hunc Henricum VIII. primum omnium privatis auspiciis donationes fecisse, Diplomata dedisse, hæc suâ imagine signasse (id, quod antea Imperatores, Reges et Cæsares duntaxat fecerunt) Aventinus lib. 6. Annal. observavit.

§. 37. Henricus IX. Superbus cognomento, fratri in Ducatu Bojariæ succedit, qui ductâ Gertrudâ, unicâ Lotharii Cæsaris filiâ, Saxoniæ etiam Ducatu auctus,

Socero in prosequendo Friderico Suevo, Sororis Judithæ marito, aliisq; in bellis suppetias tulit. Post mortem Soceri Imperium affectat, ac insignia aliquandiu retinens, difficulter reddit Conrado III. nec multo post in Comitiis Goslariensibus utroq; Ducatu summovetur, Edicto proscribitur, et Saxoniæ Ducatus Alberto Urso, Marchioni Soltwedelensi adjudicatur, quod Cæsar inconveniens esse judicaret, unum Principem duos habere Ducatus. Tabulæ proscriptionis ubi in Bojariam delatæ, potentissimus Princeps, et cujus auctoritas, ut ipse gloriabatur (quæ verba sunt Ottonis Frisingensis Chron. lib. 7. c. 12.) à mari usq; ad Mare, id est à Dania usq; in Siciliam extendebatur, in tantam brevi humilitatem venit, ut penè omnibus fidelibus et amicis suis in Bojaria à se deficientibus, clam inde egressus quatuor tantum comitatus sociis in Saxoniam venerit. Ibidem Henricus à Socru Richenze adjutus, Albertum Ursum Saxoniâ exuit. Sed in Bojariam paratus iter, veneno, ut nonnulli scribunt, sublatus in Monasterio Königs-Lutter juxta Socerum humatus est anno 1139. Hinc Henrico Leoni Saxoniæ Magnates hæreditarium servant Ducatum, cum interea Bojaria excideret, quam Conradus Cæsar uterino fratri Lupoldo, Lupoldi Marchionis filio donat anno 1140, qui tamen anno sequenti absq; liberis obiit, inq; Monasterio S. Crucis haud procul Vienna sepultus est.

§. 38

§. 38. Inde Conradus Cæsar alteri fratri uterino Henrico Bojariæ Ducatum committens, eidem Gertrudem Henrici Superbi viduam junxit, quæ altero anno sine liberis ex hoc matrimonio, moritur. Annis aliquot interjectis Henricus Leo Bojariam, hæreditario jure sibi debitam à Vitrico repetens, Conrado vivo, qui antiquam de duobus Ducatibus cantilenam cantabat, nihil impetrare potuit.

§. 39. Conrado tamen anno 1152. sublato, cum Fridericus I. Barbarossa, qui materno sanguine Henricum attingebat, succederet, Henrico Leoni in Comitiis Goslariensibus Ducatum Bojariæ adjudicat ao 1154. Et cum in expeditione Italica se gessisset strenuè anno 1156. in possessionem immittit, qui vitrico Henrico, Marchionatum Austriæ, ad Bojariæ Regnum hactenus pertinentem, et nunc aliquantâ accessione auctum ing.s Ducatum à Friderico Cæsare mutatum, cedit. Sic igitur Bojaria hoc tempore imminuta, et in Ducatus Austricum, qui nunc Archi-Ducatus habet nomen, et Occidentalem, quem Bojariæ Duces in præsenti possident, ex Decreto Principum, consensu Friderici Cæsaris, divisa est.

§. 40. Quod tamen postea Henricus Leo gravem contraheret offensam Cæsaris, ex communi Principum suffragio proscriptus ac dignitatibus privatus est. Et Saxoniæ quidem Ducatus Bernhardo Anhaltino, Alberti Ursi filio; Bojariæ autem Ottoni Palatino Comiti de Wittels-

bach adjudicatur. Eadem etiam tempestate Styria, quæ antehac Bojariæ Ducatui subjuncta fuerat, singularis factus Ducatus, ac primus Dux constitutus est Odagrius in Andechs, Damasiæ quoq; Tirolii ac Histriæ Tetrarcha Berchtoldus quoq; Dux Damaciæ atq; Meranie salutatus. Quæ postea Henrici Leonis ad ejus obitum usq; fuerit fortuna (cujus mors in annum 1195. incidit) non est, quod pluribus hic expliemus, cum satis id egerimus cap. 6. Historiæ Bardvicensis.

§ 41. Otto autem ille Dux Bojariæ declaratus, ex Schirorum Comitibus oriundus, a Wittelsbach oppido superiori Bojariæ ortus, autor est omnium sequentium Bojariæ ad nostram ætatem Ducum, Rhexii Palatinorum. Cum Bojariam per triennium administrasset, mortuus anno 1183. et in oppido Scheyern tumulatur. Ex Agnete, Diterici Comitis Wasserburgensis filia, Ludovicum filium impuberem, Mechtildem et Sophiam filias reliquit. Mechtilda Rapotonis Marchionis Carnoburgensis et Comitis Ortenburgensis uxor fuit. Sophiam non nulli Popponi Comiti Henneberguo, alii vero Hermanno Thuringiæ ac Hassiæ Landgravio Ludovici IV. filio nupsisse ferunt.

§. 42. Interim Tutorio nomine Ducatum Bojariæ administrarunt frater Fridericus Bardus, Palatinus Bojariæ, et Conradus Moguntinus ac Salisburgensis

Archiep.

Archi-Episcopus, Ludovici Patrui. Postquam autem ex more armis succinctus est Ludovicus, Ducatum gravitèr administravit, Pacis et Justitiæ studiosissimus. Philippus Cæsar. summoto Henrico Histriæ Carniorumq; Rectore utramq; Provinciam in tutelam ei tradidit. A Conrado Regensburgensi Episcopo multa Castella emit. Straubingam clarissimum in ripa Danubii Municipium, ut & Landau in ripa Isaræ, item arcem Landeshuth condidit. Philippi Regis à Patruele suo Ottone anno 1208. Bambergæ occisi cædem severè vindicavit, Wittelsbachio, arce Majorum natalibus inclytâ, solo æquatâ, templo S. Mariæ ibi condito, et Teutonici Ordinis equitibus tradito. Dein Ottonem IV. aliis nutantibus, Aquisgranum deduxit, ibidemq; inungi fecit. Postea tamen ab Ottone deficiens Fridericum II. Siciliæ Regem Cæsarem cum aliis Principibus declarat, eoq; à Morte Henrici fratris Ottonis IV. insigne præmium Palatinatum Rheni anno 1215. meruit. Sed dum incautius occupat, ab incolis cum omnibus comitibus capitur, maxima pecuniæ summa, quam viritim subditi tribuerunt, se redemit. Postea tamen placata sunt omnia, et ab eo tempore Bojariæ oriundi Principes Palatinatu Rheni potiti sunt. A Morte Ottonis IV. cum Fridericus II. Romæ coronaretur, Ludovicus Comes Palatinus Rheni et Dux Bojariæ adfuit, et Henrici, Cæsaris filii, itidem

Cæsari

Cæsaris tutor constitutus est: qui tamen, beneficiorum immemor, dum Pater in Palæstina ageret, Ludovicum Curiâ et Senatu movit Bojariamq; ipsam ferro ac igne populatus est. Anno 1231. dum Kelheimii post Cœnam in ponte deambulat, à Stichio Morione, quem per ludum incessebat, cultello lethali vulnere sauciatus, mox in conspectu omnium aulicorum exanimatus obiit d. 16. Jbris. Alias de ejus morte fabulas refert Aventinus lib. 7. p. 409. Administravit Bojariam annis 28. Corpus Schiram delatum magnificè sepelitur. Ex Ludmilla (Laodamiam vocat Aventinus) Primislai Bojemiæ Ducis filia vidua Alberti Comitis à Bogen, Cœnobii Seligenthalensis fundatrice, genuit Ottonem Successorem, Elisabetham Friderici II. Annam Rudolphi Saxoniæ Ducis uxores.

§. 43. Dum autem Otto II. imperium Patrium stabilire contendit, Henricus Cæsar, Friderici II. filius id edicto vetat, et Regensburgenses præcipit, ne Urbe Ottonem accipiant, ac Bojariam ipsam hostili animo ingrans, ferro flammisq; impunè cuncta atterit. Hisce coactus Otto, Ludovicum quadrimum filium Henrico Cæsari obsidem dat, qui tamen cum Patri Friderico parére ac obsidem reddere detrectaret, perfidii accusatus, sententiâ 70 Principum damnatus, et in Siciliam relegatus ibidem obiit. Postea Otto Gregorii

IX

IX Pontificis fraude, qui Patrem Ludovicum instinctu Friderici Cæsaris extinctum criminabatur, Cæsarique pluribus aliis rebellat, & Albertum Beham Batavexsem Decanum, Pontificis mancipium, et in Cæsarem crebra convitia jactantem in sinu fovet. Quod indignè ferens Cæsar, scripsit Ottoni: Te atq; tuum Avum ex infimo loco egoet Avus meus ad fastigium summum eveximus &c. Abobitu tamen Gregorii IX quando Innocentius IV. succederet, Otto, desertâ caussâ Pontificiâ in gratiam rediit cum Cæsare, nec, licet invitaretur, ac à Pontifice etiam anathemate percuteretur, aurem præbuit adversantibus. Tandem Anno 1253 (Frehezus in notis ad Rudr. Ratisb. Chronicon annum 1245) exspiravit Landeshuthæ, Corpusq; Schiram deportatum. Hic Otto Ducatum Bojariæ non parum auxit, & Provincias Comitionâ Bogen, Windberg, Andechs, Damasia, Hohenwart Khalay, Geienburg, Plainting, Libarau, Wasserburg, cum Domini absq; liberis decessissent, fisco adjecit. Ex Agnete filiâ Henrici Palatini, qui Henrici Leonis erat filius, genuit Ludovicum II. Anno 1229. Henricum ann. 1235. Sophiam Gebhardi Comitis Kirchbergensis* uxorem, quæ Eichstadii in templo Dominicanorum à secundo cum duobus filiis,

*alias Hirsbergensis

Gebhard

Gebhardo et Gerhardo quiescit; Elisabetham, quæpri-
mo Conrado, Friderici II. filio, Siciliæ Regi nupsit, ex quo
connubio natus est Conradinus, à Carolo Andegavensi
capite plexus, deinde Meinhardi, Marchionis Görtzensis
atq; Tyrolensis uxor fuit, et in hoc connubio etiam
Reginæ Titulum servavit, quod ostendit Epistola apud
Struvium, sic incipiens: Nos Elisabetha D. G. Regina
et Comitissa Goericensis et Tyrolensis &c.

§. 44. Anno ab obitu Patris altero Ludovicus II. et
Henricus Landshuthæ cœuntes Ducatum Bojariæ inter se
dividunt. Ludovicus Palatinatum Rheni ac Superiorem
Bojariam; inferiorem Henricus accipit. Et hic quidem
Henricus anno 1290 mortuus, et in Seligenthal sepultus
prius Testamento cavit, ne filiis terras dividere liceret.
Ex alterâ uxore Elisabetha Belæ Ungariæ Regis filia ge-
nuit Ottonem anno 1705. Regem Bojemiæ electum, 1312 extinctu;
Secundo Ludovicum, qui cœlebs migravit ex hac vitâ anno 1296.
Tertio Stephanum, qui ex Vtha Ducis Suidnicensis filia
præ cæteris reliquit Henricum Probum inferioris Bojariæ
Ducem, anno 1339. mortuum, Patrem Johannis Ducis infe-
rioris Bojariæ, qui ante nuptias cum Anna Ludovici IV.
Cæsaris filiâ anno 1340. vitâ excessit.

§. 45. At Ludovicus II. in diuturno illo post Friderici II.
obitum interregno Civitatum ad Rhenum in fœdus cœun-
tium fermè 60. caput fuit, multosq; ad idem fœdus coëgit.
Primam uxorem Mariam, Henrici I. Brabantiæ Ducis
filiam, quæ cum Ludovici sorore Elisabetha, Conradi

Siciliæ

Siciliæ Regis vidua, Werdeæ in Sueviæ habitabat, Adulterii suspectam, indictâ causâ, ac frustrà deprecante Elisabetha sorore suâ, securi percuti jussit, 18. Januarii 1256. Aliam virginem Helicam cultello tanquam consciam cultello confodit, nobilemq; fœminam Gynecæo præfectam de turri præcipitari fecit, indeq; meritò Saveri nomen accepit. Innocentiâ tamen Uxoris detectâ, admodùm pœnituit, ejusq; honori et memoriæ Fürstenfeldense monasterium dedicavit, ubi ipse cum filiis et uxoribus situs est. Deindè uxorem duxit Annam, Conradi Glogovensis in Silesiâ Ducis (Poloniam facit Aventinus) filiam anno 1275 demortuam, ex quo matrimonio natus Ludovicus, in hastiludio Norinbergensi à Crafftone Comite Hohenloico anno 1289 superatus: Cujus uxor Anna Lotharingica mariti consuetudine 22. non amplius diebus usa, tristis ad Parentem reversa. Ludovicus autem Pater, Richardo Anglo à nonnullis in Germaniâ Regem electo favit, eundemq; cum fratre Henrico ad solennia coronationis Aquisgranensis deduxit, Ottocarum Bojemiæ Regem, qui improviso Bojariam infestabat, ad capessendam fugam, pacemq; amplectendam compulit; Marescalcos à Papenheim compescuit, urbe eorum Wisenburgâ captâ & exustâ. Friedbergium Oppidum adversus Cives Augustanos exstruxit. Conradino ex sorore Elisabetha Nepoti Siciliam repetituro comes ivit in Italiam,

sed dolo Pontificis, specie Comitiorum Augustalium in Germaniam revertitur. Anno 1273. Rudolphum Habsburgicum elegit Cæsarem, ac ductâ posthac ejusdem filiâ Mechtildâ, socero in perdomandis Suevis, Badensibus, Würtenbergicis, opem tulit. Cumq; interea Henricus frater ac Ottocarus Bojemus novo Cæsari acriter resisterent, hostes propterea declarati sunt. Sed Henricus vim Cæsaris ultrà ferre non valens in gratiam cum fratre rediit, eoq; intercedente veniam à Rudolpho impetravit. Posteà etiam armis Rudolphi compulsus Ottocarus, potestatem cum Cæsare paciscendi dedit Ludovico. Sed cum pacta suasu Kunigundæ uxoris rescinderet, in prælio cum Rudolpho occiditur. Ab obitu Rudolphi Ludovicus tanquam Rheni Palatinus ejusq; nomine, Rudolphus filius Vicarium egit Imperii. Cùm autem filium suo eo agnoscere nollent Augustani, quibus Patrueles, Otto, Ludovicus et Stephanus favebant, res ad arma devenit, quæ tamen brevi sopita. Adolphi Nassovii electioni irritus assexit, et cum ex Fürstenbergensi arce in navem, quâ novus Cæsar cum cæteris Electoribus vehebatur, jaculum emitteretur, Ludovico id imputatum Bojariæ ruinâ penè constitisset, nisi id cum Alberto Austriaco et nonnullis aliis inito fœdere crimen adversariis ademisset. Demum Ludovicus ab Adolpho Cæsare ad Rhenum accersitus, ut inter se et Albertum Austriacum pacem componeret, re nondum

effecta,

effectâ, tumore genitalium correptus, ac præ verecundiâ morbum tegens, exitum sibi accelerat, qui eidem Heidelbergæ, eodem, quo natus, cubiculo, obtigit 1. Februarii 1294. Paulo antè excessum, annulum pronubum Mechtildæ uxori mittens, ipsam vivere, valere et conjugii memorem esse jussit. Quibus accessionibus Bojariam auxerit, recenset Aventinus Annal. l. 7. p. 446. Duos ex Mechtildâ reliquit filios, Rudolphum 20. et Ludovicum 7. annos natum, duas filias, Mechtildem Ottonis I. Ducis Brunsvicensis, et Agnetem, Henrici Hassiæ Landgravii (aliis Marchionis Brandenburgensis) conjuges. A Rudolpho quia descendunt omnes Palatini ad Rhenum, eundem hoc loco prætermittentes, in Historiâ Palatinâ recensebimus.

§ 46. Funerato Ludovico, Bojaria superior (nam inferiorem Henrici, qui frater Ludovici Sæveri erat, filii tenebant) inter Rudolphum et Ludovicum divisa; et Ludovici quidem Tutelam fiduciariam, donec maturus esset Regno, Mechtilda mater gessit. Interea temporis Adolphus Cæsar à nonnullis Electoribus Germaniæ abdicatus et ab Alberto Austriaco Rudolphi Cæsaris filio victus et occisus, hunc Albertum accepit successorem, cujus Comitiis primis Norinbergæ anno 1298. celebratis Ludovicus interfuit. Non diu post inter Mechtildam Matrem Rudolphumq; filium Electorem enatæ lites, ac is quidem Matrem cum fratre in Schiltbergio arce captam Monachium abduxit, urbes deinde universas cunctasq; castella, quæ hactenus à morte Mariti tutorio titulo possederat Mechtilda, Rudolphus occupat, seq; Tutorem Fratris fore jactitat. Mechtilda, ut astuto erat ingenio, necessitatem

mi

in rationem vertens, oppidis ultrò cedit, sibi mediocrem
pecuniæ summam paululumq; vini et caſei pactus. At
postquam à filii potestate se emancipatam videt, pactis
vi extortis stare detrectat, & filium apud fratrem Alber-
tum Cæſarem accuſans, ut ablata sibi redderentur, ſurſicit.
Quòd autem grandi ære alieno laboraret Bojaria, Mech-
tilda cum filiis in aula Cæſaris conſistere jubetur,
ac Wigelino, ut procuraret Bojariam, atq; ex reditibus
æs alienum diſſolveret, præcipitur. Mechtilda non diu
post anno nempè 1304 ægritudine anicni moritur, et
in Fürstenfeldenſi Coenobio ſepelitur. Hanc Mechtildam
generoſam ac imperioſam fuiſſe mulierem, hic, quo ple-
rumq; uſa fuit, titulus oſtendit: Mechtilda Dei gratia
Comitiſſa Palatina Rheni, Rudolphi quondam Regis
Romanorum, potentiſſimi Cæſaris, filia, et Soror Alberti
Regis Romanorum.

§. 47. Ludovicus Ottonis Ungariæ Regis, Bojariæ in-
ferioris Ducis anno 1312 mortui filiorum tutor conſti-
tutus fuit, quem tamen repudiarunt Proceres inferioris
Bojariæ aliosq; tutores accivêre. Victis tamen adverſa-
riis, Ludovicus inferiorem Bojariam in fidem titulo
Tutoris accipit anno 1313. Sequenti anno, poſtquam
ab Henrici VII. obitu per 14. menſes vacaſſet imperium,
hic ipſe Ludovicus Dux Superioris Bojariæ in Regem
eſt electus et Aquiſgrani coronatus; Cui tamen frater
Rudolphus cum Henrico Coloniensi Archi Epiſcopo
adverſantes, eidem Fridericum Auſtriacum Alberti I

filium

filium opponunt, sed quem anno 1322. Ludovicus cepit in prælio eāq; demum conditione, post triennii trimestrq; spacium dimisit ex captivitate Fransnicensi, ut nomen Regis servans (in quo variant aliqui Scriptores, et Aventinus negat) à rebus Imperii abstineret: quod etiam fecisse annoq; 1330 decessisse deprehendimus. Interim Ludovicus primum arma in Rudolphum fratrem vertit, eundemq; ex Germaniâ Galliâq; in exilium ad Anglos egit, in quo etiam mortuus anno 1319. Auctâ morte fratris, filios ejus Adolphum, Rupertum & Rudolphum accerset, isdemq; gratiam facit, ac decretâ omnium, quæ parens commiserat, oblivione, Rheni Palatinatum restituit. De Comitiis Cæsareis cavit, ut proles sua atq; fratris illis vicissim interessent, atq; primas quidem Rudolphi, quippe majoris natu, secundas Soboli suæ tribuit. Quod pactum, quando ambiguatum, non habeo dicere. Anno 1323. Beatrix Ludovici uxor, Henrici Ducis Glogovienſis filia ē medio tollitur: in ejus locum Ludovicus assumsit Margaretham, Wilhelmi III. Hollandiæ Comitis filiam, Wilhelmi Cæsaris neptem, Wilhelmi IV. Sororem. Anno 1340 Johannes Dux inferioris Bojariæ, Henrici Strobi filius, Stephani nepos, Henrici pronepos, sine liberis ex hac vita migrat. Hujus hæreditatem, contradicente licet Adolpho Rudolphi filio adiit Ludovicus Imperator, decretoq; sancit, ut posthac superior

atq;

atq; inferior Bojaria iterus rursus Ducatus sint, quæ ante annos 85. primum in 2. Principatus dissecta fuerant.

Anno 1345. Wilhelmus IV. frater Conjugis Ludovici Cæsarij à Frisiis occiditur, nullos ex Johanna, Johannis III. Babantiæ Ducis filia relinquens liberos, cujus Hollandia, Zelandia, Frisia occidentalis, & Hannonia ad Margarethan Imperatricem devolvuntur, quæ eò profecta cum filiis Wilhelmo et Alberto, hæreditatem adiit, Principatu earum gentium potitur, et postquam in Bojariam reversa, hos filios in novis Principatibus relinquit.

Anno 1346. Auro et pollicitationibus Clementis Papæ Moguntinus, Trevirensis, et Saxo Electores, Carolum, Johannis Bojemiæ Regis filium, Henrici VII. nepotem contra Ludovicum designant Cæsarem, qui tamen vivo Ludovico habenas Imperii tractare non est ausus.

§. 48. Anno 1347. Ludovicus Imperator valetudini suasu Medicorum consulturus, venationi indulgens, circa Monachium et Augustam sæpiè Fürstenfeldium et vicum Puech d. XI. 8bris circa meridiem de equo lapsus et Apoplexia correptus naturæ concedit, postquam vixisset annos 63. imperasset annos 33. Locus ubi mortuus est, Cæsaris pratum inde vocatur. Corpus à Monachis Fürstenfeldium translatum, sed tertio die Monachium à Civibus deportatum, ubi in templo S. Mariæ ejus Mausolæum marmoreum magnificè exstructum cum dignitatis insignibus monstratur. Primus hic Imperatorum privatis opibus Rempublicam Germanicam administravit. Ingolstadii, Monachii, Norinbergæ ferè Comitia celebravit: quamobrem illa Urbes

diritis

divitiis aucta in tantam amplitudinem et splendorem excreverunt. Idem veteres Bojorum Leges correxit, novasq; tulit. Instituta gentis in libellos retulit, quibus diu Bojarii usi. Bojariam, quam laceram egenamq; accepit, locupletissimam reddidit, accessione etiam Praefecturarum, quas Aventinus commemorat.

Filios ex utroq; connubio sex reliquit, filias quatuor. Ex Beatrice Glogoviensi genuit Ludovicum cui Pater Marchiam et Electoratum Brandenburgicum contulit anno 1319. et Stephanum, item Mechtildam Friderici gravi, Marchioni Misnico nuptam. Ex Margaretha Hollandicâ nati Wilhelmus phreneticus, Ludovicus Romanus Romae natus anno 1328. Albertus et Otto Anna Guntheri Comitis Swartzburgici, post Imperatoris, uxor. Elisabetha, Johannis Ducis inferioris Bojariae uxor. Sophia.

§. 49. Quia verò hoc loco tetigimus, quomodo complissima quaedam in Belgio Provinciae per Margarethan Ludovici Caesaris uxorem ad Domum Bavaricam pervenerint, non incongruum esse arbitror monstrare, quam diu penes illam fuerint, et quando tandem, urgentibus Fatis, discessionem fecerint.

§ 50. Ex Margaretha Hollandicâ Ludovicum genuisse diximus Wilhelmum, Ludovicum Romanum, Albertum et Ottonem. Et Wilhelmus quidem ac Albertus in his Provinciis ad Patris usq; obitum manserè, actum Albertus, relicto fratre, in Bojariam se contulit. Sed

inter

inter Matrem in Hollandiam reversam et Wilhelmum de possessione harum Provinciarum gravis nata est discordia, quam sufflaminabant duæ factiones, Cabellaunorum ex primariâ nobilitate, quæ filio; Hauxensium, quæ matri adhærebat, ut in prælia tandem desineret, anno 1351. commissa, quorum altero mater victa in Angliam fugit. Brevi tamen pax hoc modo constituta, ut Wilhelmo maneret Hollandia, Zelandia et Frisia; Mater verò, dum viveret, Hannoniam obtineret, quam et in annum 1355. servavit, quo diem supremum obiit, et Valentinianis sepulta est.

§ 51. Wilhelmus hic conjugem habuit Mechtildam, Henrici Lancastriæ Comitis Anglicani filiam, sed ab anno 1358 usq; ad annum 1377. quo improlis decessit, ac penes matrem humatus est, phreneſi laborans, ac in Hannonia asservatus, impietatem in matrem luit.

§ 52. Hoc rerum statu, cum de regimine Provinciarum inter dictas factiones contentio oriretur, res demum eo devenit, ut Albertus frater Wilhelmi accerseretur, qui tutor ac Rector Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ et Hannoniæ constitutus Mechtildæ annuatim solvit duodecim Scutatorum millia, ac per annos XIX his Provinciis nomine Tutoris præfuit.

§ 53. Anno 1377. defuncto Wilhelmo phrenetico, plenam Albertus nactus potestatem, per annos 27. regnavit, annoq; demum 1404 mortalem vitam reliquit. Ex Margaretha Ludovici Brigensis in Silesia Ducis filia anno 1386. mortuâ, Hagæq; sepultâ, genuit Wilhelmum Succes-

sorem

sorem; Albertum, qui ante Parentem anno 1399 in Bojaria obiit; Johannem sine Pietate (sic vocat illum Meyerus in Annal. Flandriæ) Episcopum Leodicensem; Catharinam, primò Eduardi Ducis Geldriæ Comitis &c. Eutphaniæ, dein Wilhelmi Geldriæ ac Juliæ Ducis conjugem; Johannam Alberti IV. Austriaci uxorem, ex quâ natus Albertus II. Cæsar; Annam quem Wenceslaus Imperator duxit; Margarethan, quæ nupsit Johanni Duci Burgundiæ, ex quâ natus est Philippus Caroli Audacis Pater

§. 54. Wilhelmus ille, Alberti filius, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, Hannoniæq; Comitatus rexit in annum 1417. quo vitâ functus et Valentinianis in Hannonia humatus est.

§. 55. Hinc unica ejus filia Jacoba, Johannis Franciæ Delphini, qui Caroli VI. erat filius, viduâ, ex Margarethâ Philippi Burgundi filiâ genita (hæc altera Wilhelmi uxor fuit, quam defunctâ Mariâ Caroli VII. Franciæ Regis filiâ duxit, ex quâ nullos tulit liberos) vigore Pactorum quæ Pater cum Proceribus contraxerat (de quibus vid. Joh. à Leidis Chronici Belg. lib. 32 c. 25) Paternam hæreditatem adiit. At tum iterum sese exercentibus Cabellaunorum et Hoexensium factionibus, ab isdem Tutor Jacobæ et Provinciarum Procurator advocatur Johannes sine pietate, Leodiensis Episcopus, qui relicto Episcopatu quem 7 annos tenuerat, ex dispensatione Pontificia uxorem duxit Elisabetham Johannis Ducis Luxelburgensis filiam, Antonii Ducis Brabantiæ viduam.

Hujus partes cum foveret Wilhelmus de Arckel, commisso cum Jacobo apud Gorichemium conflictu, occisus; ac deinde Jacoba Johanni Duci Brabantiæ, Antonii filio septum decimum annum agenti nupsit. Inter hunc et Johannem Episcopum quondam Leodiensem eâ conditione pax composita, ut hic per certum tempus Provinciarum Belgicarum tutor maneret, omnesq; Præfecturæ, ac Oppidorum Scabinatus ab utriusq; Johanne Sculteti et Jacoba ordinarentur. Aventinus Georgii Bojariæ Reguli annales secutus, Hannoniam Jacobæ et Brabantino; Johanni Bojario Hollandos, Zelandos, ac Frisios attributa scribit.

§56. Hac tamen Pax per factiones illas mox turbata, ac ipsa Jacoba à marito Brabantino, consanguinitatem causata, divertens, Humfrido, Glocestriæ Duci, Henrici V. Angliæ Regis fratri nupsit, qui Hannoniam occupavit, ex qua iterum à Johanne Brabantino ejectus fuit. Anno 1424 obiit Johannes, sine Pietate, à Johanne Flieto, Aulæ Præfecto, quem Jacoba auro corrupisse dicitur, veneno appetitus, Hagæ sepelitur. Ab ejus obitu Cabellauni Johannem Brabantinum Hollandiæ præfecerunt, cum interim Jacoba in Hannonia hæreret. Mox Philippus Burgundus Hollandiam, Zelandiam, Frisiam et Hannoniam sibi vendicat, hæredem se proximiorem venditans. Cum enim verò ex Margaretha Wilhelmi Sorore natam dispiceret, cumq; Humfridus ei se opponeret, ejusdem exercitus à Philippo victus, et Jacoba Gandavum missa: quæ vitam

mentita

mentita in Hollandiam aufugit, & Humfridi copiis adjuta, post felices aliquot cum Burgundis conflictus, cum interea et Johannes Brabantinus esset mortuus, et Humfridus, Jacobâ repudiatâ aliam uxorem duxisset, intercedentibus amicis, cum Philippo Burgundo paciscitur, paterneq; Provinciæ Jacobæ restituuntur. Ipsa tamen Philippo dat fidem, se absq; illius consensu non nupturam. Jacoba igitur per sexennium quietè gubernavit Principatus. Post illa, quandoquidem ab opulento Equite Francone de Borsila magnum æs alienum accepisset, gratiam ipsi relaturæ, connubium cum eo firmat. Quod ubi Philippus rescivit, dissimulata adventus sui caussa, in Hollandiam pergit, et Hagæ à Jacoba benignè accipitur. Tum jussu Philippi Franco occultè insidiatur, et in Flandriam, nesciâ Jacobâ, deportatur, occidi etiam jussus, mira arte sua servatur. Hunc Francomem ut vinculis liberaret Jacoba, Provinciis avitis cedens, omne Jus suum Philippo resignat. Ideo Franco è custodia dimissus, et titulo Comitis in Osterwan auctus, solenni ritu Jacobam ducit, cui Praefecturæ quædam precariò concessæ, sumtusq; præbiti sunt. ac interim, præsente Jacoba, Philippo omnes Civitates homagium præstarunt. Interjecto triennio Jacoba ægritudine contabuit, et ex hac vita migravit d. 9. octobris anno 1436. Sepulta Hagæ juxta Albertum avum.

§. 87. Sic igitur amplissima Provinciæ Belgicæ à Bojaricâ ad Burgundicam domum, et ab illa per Mariam Caroli Audacis filiam, Philippi neptem, quæ Maximiliano I. nupsit, ad Austriacam

cam familiam devoluta. An jure id factum, ambigo. Certè
probè notanda sunt verba Auctoris M. Chronici Belg. pag. 375:
„Post obitum Jacobæ omnia dominia Ducis Wilhelmi Bavarici
„Patris Ducissæ Jacobæ, devoluta sunt Jure hæreditario ad dictum
„Philippum Ducem Burgundiæ. Sed ego sentio, quod potius sejipsum
per clandestinam et minus honestam captionem Domini Franco-
nis de Borsila ultimi mariti Jacobæ præfatæ, intruserit. Meye-
rus quidem in Annalibus Flandriæ lib. 15, Philippus à Johanne
Episcopo Leodiensi hæredem scriptum asserit; at quo jure? non
dum video. Quapropter meritò Aventinus Bojorum negligentiam
ac intestina dissidia accusat.

§. 58. Post hanc digressionem ex Belgio nunc in Bojariam
ad Ludovici Cæsaris filios revertimur. Ex his Ludovicus
Brandenburgensis, Stephanus et Ludovicus Romanus Landes-
huthæ conventus agunt, et Subditos sacramento sibi devinci-
unt. Albertus quoq; de morte Patris certior factus, Wilhel-
mo fratre in Belgio relicto, in Bojariam se contulit; Otto
postremo natus et adhuc impubes à matre educabatur.

§. 59. Ludovico primogenito Brandenburgensi Electori primò
negotium facessivit Pistor quidam, qui se pro Waldemaro
Ludovici antecessore, venditabat. Hujus causam fovebat
Carolus IV. Cæsar, quo tamen defuncto, Pseudo-Waldemarum
ad pristinum redegit Ludovicus, ac non modo Marchiam
Brandenburgensem recepit, sed insuper Comitatum Tyro-
lensem impetravit, post obitum scilicet Henrici Ducis Cà-
rinthiæ & Comitis Tyrolensis, cujus unicam filiam Margarethan
Maultaschiam à priori marito Johanne, Johannis Bohemiæ Regis filio
per divortium separatam Ludovicus anno 1342. uxorem duxit

§. 60.

§. 60. Postea Bojaria inter fratres sic divisa, ut Ludovicus Brandenburgicus, Ludovicus Romanus, et Otto superiorem Bojariam; inferiorem Stephanus et Albertus (nam Wilhelmo Provinciæ Belgicæ attributæ) sortirentur. Placuit tamen Ludovico Marchiam Brandeburgensem pro Bojariâ superiori resignare Ludovico Romano ac Ottoni fratribus sibi suffragium in Comitiis Cæsareis ac Archi-Camerarii dignitatem servare. Et Marchia quidem illa à Carolo Cæsare in Norinbergensibus Comitiis Ludovico Romano publicè commissa est, qui anno 1359. obiit, ex duabus uxoribus, Ingelburga, Alberti I. Ducis Mecklenburgensis, et Brixa, Friderici Austriaci filiabus nullos relinquens liberos. Biennio post anno 1361. d. 18. 7bris Ludovicus Ludovici Cæsaris primogenitus fato concessit, relicto impubere filio Meinhardo, cui vivo fratre Margaretha Alberti II. Austriaci filia desponsata, cujus Parens vigesimo nono à Sponsalibus die Fato functus.

§. 61. Ob hujus Meinardi tutelam tumultus civilis in Bojariâ oritur. Et Otto quidem Brandenburgensi Marchiâ non contentus, Ludovici fratris dignitatem Meinardo debitam, suffragium scilicet in Comitiis Cæsareis titulumq; Archi-Camerarii usurpat. At Ulricus Abusinus, Hadmarus de Labar, Hildpoldus de Stein, amici Ludovici, in quorum potestate Meinardus erat, accito in societatem Friderico Duce, Stephani filio, se testamento Tutores à Ludovico datos jactitantes, Rempublicam pro Meinardo administrare. Contra Stephani duo Pater et Filius, ope Alberti Austriaci; cujus soror Margaretha pacta Meinardo

Sponsa

Sponsa, ut et Ruperti Palatini, Meinardum in potestatem suam redigere nitebantur, coactisq; copiis, cum Ulrico Abspno fugientem insequuntur, ac licet semel dolo Friderici inducias cum Stephano Patre simulantis, elapsus. denuo Voigtsburgi ab agricolis agnitus, ac Ingolstadium delatus sub Stephani Patrui tutela Monachii adoleverit, undè occultè in Tyrolensem Comitatum dilapsus, quartum decimum annum agens, Sponsâ nondum domum ducta, immaturo fato obriit anno 1362.

§. Ubi mors Meinardi divulgata, Proceres Superioris Bojariæ Stephanum Meinardi Patruum Landeshutæ vocantes ei se subjiciunt. At Margaretha Maultaschia Rudolpho IV. Austriaco Alberti II. filio nubens, Tyrolensem Comitatum domui Austriacæ inseruit. Sic certè Aventinus et complures alii. At Gerardus de Ro in Hist. Austriaca diserte negat, Maultaschiam Rudolpho unquam nuptam, ac unicam ejus uxorem Catharinam Lucelburgicam Caroli IV. filiam agnoscit, sivè jam Maultaschia per connubium, sive per donationem, (quod volunt alii) ad Austriacos detulerit Tyrolum, ægrè hoc ferentes Stephanus et Albertus fratres, Bojariæ Duces Austriacos armis petunt, quos Carolus IV. Imperator vi abstinere, ac jure apud se decertare jussit: ejusdemq; mandato per Pilegrinum Salzburgensem Archiepiscopum, et Ruperthum Palatinum Legatos, pax his conditionibus sancita, ut Austriaci Tyrolensem comitatum retinerent, centum verò aureorum millia Stephano Bo-

jariæ

jariæ Duci solverent, ac is præterea Kitzpühel, Kopfstein, et Ratenburgium, armis paulò antè occupata, servaret, Johannes verò filius Stephani, cui Catharina Meinhardi Comitis Goritzensis, Carinthiæ Palatini filia nupsit, comitatum illum ejuraret. Demum Stephanus anno 1375 (aliis 1377.) moritur Monachii; Ex Elisabetha, Ludovici Ungariæ Siciliæq; Regis filia (prima uxor Margaretha, Johannis Burggravii Norinbergensis filia impotens decesserat) tres filios relinquens, Stephanum, disciplinâ militari inclytum, Fridericum, prudentia civili excellentem, Johannem cupidinis venatiq; dedictum; ac Elisabetham filiam, Ottonis Austriæ Ducis cognomento Fucundi conjugem.

§. 63. Cæterùm ab Ottone Stephani fratre Carolus IV. Cæsar (cujus filiam Annam, post Margarethæ Austriacam habuit in matrimonio) Marchiam Brandenburgensem pro ducentis millibus aureorum Vngaricorum emit, ac dignitatem Electoralem suffragiiq; prærogativam, et ut nonnulli addunt, exiguam ditionem in Bojemiâ pactus, migravit in Bojariam, ibidemq; cum amasiâ Gretula, Pistoris uxore (unde Mola aquaria castello Wolfstein, quam Otto inhabitabat, subdita, Gretularia nomen accepit) pecuniæ à Carolo acceptæ prodigus anno 1376. vitâ excedens in Seligenthal humatus est. Ignarus fuit homo, unde Finnii nomen contraxit.

§. 64. Porro tres Stephani filii: Stephanus, Fridericus et Johannes per septendecim annos sinonia concordiâ absq; hæreticundæ familiæ proposito Bojariam administra-

runt

ac interea cum Wenceslao Caroli IV. filio bellum gesserit à quo Urbes et Castella Bojariæ aquilonari Bojemiæ adjacentes titulo dotis et pignoris occupata repetierunt. Et cum Wenceslaus contrà illos excitaret Civitates ad Danubium & Rhenum, foedere, quod Rhenanum dicebatur, junctas, capita illius foederis Pilegrinus Salzburgensis à Friderico Duce, et Ulricus ab Kleffenstein à Comite Würtenbergensi capti; et hunc quidem 6000 aureorum summa Socii redimere parabant, sed interim in carcere natus est. Demum Alberti Austriaci opera Pax confecta, & Wenceslai Cæsaris, ac Sophiæ Johannis Bojariæ Ducis filiæ, formosissimæ ac pruclentissimæ Virginis matrimonio confirmata fuit. Cum postea Franciscus Carraria Princeps Patavinus ac Legati Florentini Stephani opem contra Galeacium Mediolanensem Vicecomitem implorarent, is cum Friderico fratre movit in Italiam, sed promissis stipendiis defraudatus, cum Galeacio novam affinitatem contrahit, neptem illius Elisabetham Ernesto ex Johanne fratre nepoti pactus. Cum ultro citro sermo protraheretur, ac mentio de popularium fide fortè incidisset, admirante Galeacio Stephanus asseverat, nullum Bojarium esse, in cujus sinu non audeat solus et inermis semnū capere. His confectis à Carolo VI. Galliæ Rege contra Anglos evocatus, profligatis copiis Anglicanis Rex Elisabe-

tham

tham Stephani filium sibi desponsat, quam annis aliquot interjectis Pater in Gallian deduxit, Regi in manus tradidit.

§. 65. Anno 1392. longa illa trium Stephani filiorum Concordia rupit, quando Johannes (quem Stephanus et Fridericus fratres ob simpliciorem probitatem gubernaculis exclusserant) occuparet Monachium, eorum concilium Bojaricæ Procerum indiceret. Ibi de Divisione Provinciarum consultatum quæ tandem ex sententiâ Friderici, qui cæteros prudentiâ anteibat, facta, ut nempe Fridericus inferior Bojaria, Superiore longè fertilior, Stephano autem et Johanni Superior Bojaria, et quotannis octena aureorum millia à fratre solvenda, cederent. Indè Superiori Bavaria inter Stephanum et Johannem divisa, sedem primariam fixerunt Stephanius quidem Ingolstadii, Fridericus Landeshuthæ, Johannes Monachii; ac ab his urbibus cognomina cum posteris acceperunt, ut Ingolstadienses, Landeshutenses ac Monachienses dicerentur.

§. 66. His confectis, quando Fridericus Landeshutensis Sophiam neptem Wenceslao Cæsari in Bohemiam adduxisset, confectis nuptiis reversus 4. xbris 1393. moritur Landeshuthæ, ex Margaretha Barnabonis Mediolanensis filia relinquens filium impuberem Henricum duasque filias, Magdalenam Johannis Comitis Goericensis, et Elisabetham, Friderici I. Electoris Brandenburgensis, uxores.

§ 67. Johannes autem Monachiensis vitâ functus est Anno 1397. Cujus ex Catharina Gorcensi liberi fuerunt Wilhelmus et Ernestus, ut et Sophia Wenceslai Cæsaris uxor.

§. 68. At Stephanus Ingolstadiensis pervenit ad annum 1413. quo profectus in Bojemiam, ut Proceres Regem ei illis conciliaret, reversus in Bojaricam, Schaenfeldii moritur ibidemq; sepelitur. Ex Thadæa Bernabonis Mediolanensis filia genuit Johannem Episcopum Regensburgensem, qui ao 1409 moritus, Patre superstite, Ludovicum, quod prolixam haberet barbam, Barbatum dictum, successorem, et Elisabetham seu Isabellam, Caroli IV. Galliæ Regis uxorem, sed regno tantum non epitiosam. Ex alterâ uxore Elisabetha Caliis Margaretha Adolphi Comitis Clivensis filia nulla ei sobole.

§ 69. Ludovicus Barbatus Ingolstadiensis Patruelem Wilhelmum et Ernestum Johannis Monachiensis filios persecutus, ut à Fabricio Monachio ejicerentur, perfecit, et in urbem admissus, ærario seu vim effracto, ac deinde Praefecturâ Civitatis potitur. Wilhelmus autem et Ernestus ad alterum Patruelem Henricum Friderici filium, ejusdemq; Matrem Magdalenam, quæ Soror erat uxoris Ernesti se conferunt, ubi per triennium epularunt. Ludovicus, ubi à Monachiensibus Vectigal emulsisset, ad Sororem Elisabetham, quam Carolo VI. Galliæ Regi nuptam diximus, ab affine Rege Comstanbiarum, Galliæ Celticæ Praefecturâ (quam Mortaniæ seu Mortoriæ in Kortmannia Comitatum vocant) donatus Annam Borboniam, Johannis filiam uxorem duxit, unde Ludovicum Gibbosum genuit. Eâ mortuâ Catharinam Alenzonicam, filiam Petri Comitis de Montaigne, sororem Carolæ Reginæ Cypri, connubio sibi junxit. Ambos in

Gallia

Galliâ amisit, et Parisiis in templo Dominicanorum concidit, solum Ludovicum Gibbosum secum abducens. Factum id anno 1413. quo audita Stephani Patris morte, cum ingentibus divitiis (quarum aliqualem Indicem contexuit Aventinus et Johannes Serres in descriptione Franciæ) domum revertitur.

§. 70. Interea Henricus Landeshuthensis, Ernestus atq; Wilhelmus Monachienses fratres, coactis undiq; ex inferiori Bojaria copiis, Monachium obsident. Plebs correptis armis, effractis portis, parte Moenium dejectâ, Principes in Urbem cum Exercitu recipit, Senatu et reliquis auctoribus defectionis fugientibus, quorum aliqui comprehensi, supplicio capitali affecti, nonnulli collo funem inserto per arcuum tempora Ecclesiarum ferre jussi sunt.

§. 71. Post annos aliquot civilis in Bojaria tumultus Landeshutensis oritur. Henricus Friderici filius impubes utriusq; Parente amisserat, atq; minimatura per Nobiles quosdam regebatur. Dux Stephanus Ingolstadiensis, tutelarius primarius Tutor nuncupabatur. Dum verò omnes sibi, nemo reipublicæ consulebant, hi contra Auctores murmurare et mox acrius insurgere. Hac rebellione irritatus Juvenis præcipuos Senatores proscripsit, qui à Complicibus revocati, clanculum in Urbem penetrant. At ab Equite Anastio uxoris Theodoræ Karkel (in cujus ædes exules erant admissi) proditi, pars captis, luminibus orbati, pars cum uxoribus et liberis in exilium acti sunt. Ubi verò ex ephebis excessit Henricus, exauctoratis pursonatis ad Crucigeros Equites in Borussiam abiit, ac adversus Lithuanos et Polonos per integrum

octennium strenuè militavit. Administrationem Bojariæ suæ commisit Sacerdoti cuidam, homini ad rem attento, qui optimè Bojariam procuravit, æs alienum solvit, oppignorata redemit. Henricus autem nono demum anno domum reversus, Annam Austriacam (Aventino audit Margaretha) Alberti IV. filiam uxorem ducens, rei familiaris studiosissimus esse cœpit, et magnas comparans divitias, divitis cognomen ad posteros transmisit. Magna illius fuerunt virtutes, quas justo præconio mactat Aventinus lib. 7. Latrocinia tam severè punivit, ut negotiatores ejus terram rosarum horrum subinde appellarent. Venationibus tamen, imprimis cervorum, nimis erat deditus, nec licebat ruricolis sepibus munire agros, nec canes villaticos alere.

§. 72. Cæterum Patrueles ob Bojariam haud integrè sedè inter Parentes divisam tumultuari cœperunt. Ludovicus Barbatus Ingolstadiensis, quod maximus natu foret, fretusq; affinitate Francorum adversus cæteros Bojariæ Duces aliosq; finitimos fuit. Atq; is tum apud Sigismundum Cæsarem, qui Concilio Constantiensi intererat, Henrico Landeshutensi Friderici filio diem dixit, fraudem sibi factam in Bojariæ divisione, annuumq; tributum per 24 annos nunquam pensitatum quæritur; inferiorem Bojariam superiore longè locupletiorem esse docet, flanc inter se atq; Ernestum et Wilhelmum Patrueles haud æquo jure divisam commemorat, Henricum præterea violatricem Pacis nuncupat, peculatus, furti latrocinii; postulat.

Henricus

Henricus dissimulatâ irâ spatium deliberandi petens ac impetrans, Ludovicum neci destinat. Eundem cum manipulo Nobilium suorum, cæteris ministris adhuc spirandentibus, è Convivio Georgii ab Hohenlohe Episcopi Bathavensis, ubi cum Cæsare spatiabatur, redeuntem stricto ense ex improviso invadit d. 21. octobris 1417. Ludovicus quidem ipsi ensem è manibus extorquet, cæterùm à Comitibus vulneribus quatuor sauciatus equo delabitur. Mox Henricus Ludovicum interemtum ratus fugam capessit, et ex Guthiri Schwarzburgici, aulæ Cæsareæ Præfecti, ipsiusq; Sigismundi, qui ipsum persequebantur, manibus in Bojariam evadit. Cùm igitur in eo esset Cæsar, ut pro tribunali sedens proscriberet ac Bojaria privaret Henricum, Fridericus Burggravius Norinbergensis, cui Soror Henrici nupta, et qui eidem anno Brandenburgensem Electoratum à Cæsare acceperat, supplex Sigismundi pedibus accedit, sententiaq; ut differatur, impetrat. Interim invidia ex tam atroci facinore orta cum tempore lenita. Ludovicus tamen Ingolstadiensis non quievit, sed contra Henricum Landeshutensem, et Wilhelmum ac Ernestum Monachienses fœdus concitat, cujus Dux salutabatur Caspar Torringer. Nec defuit sibi pars adversa, et præter Comites Oettingenses etiam Fridericum Brandenburgensem in partes traxit, eademq; his imprimis et incendiis ulcium et iracundiæ cruentis etiam vestigiis extracta est. Ludovicus tamen majora sensit damna,

quippe

quippe sex urbibus, totidem vicis, octodecim Castellis eruptis. Demum Sigismundus Imperator Bojarios ab armis discedere jussit. Henricus culpam omnem in Ludovicum transfert, ejusq; insolentiam Gallico fastu ac levitate Francicana inimitam accusat. Et sanè Ludovicum Barbatum pervicacissimum fuisse, argumento est, quòd Norinbergam ad Cæsarem venire recusaverit, nec Regensburgum, nisi tot malis affectus, accesserit. Ibi Cæsari, genu flexo, dat fidem, se pacem servaturum, quâ Bojariâ redditâ, Ludovicus aliquandiu exulare jussus est. §. 73. Etiam ab excessu Alberti ejusdemq; filii Wilhelmi inter Patruales de parte inferioris Bojariæ ad se devolutâ acriter disceptatum, cùm interea locupletissimas Belgii Provincias, quasi vero hæredes non essent, penitùs negligerent. Cui negligentiæ non immeritò succenset Aventinus, in hæc verba erumpens. Quantula portio, pro qua tot annis crebris conventibus, diversis locis, actis, decertarunt, ad illas. Longum esset enarrare hujus contentionis circumstantias; Exitus iste erat, ut Bojariâ omnis, quæ in tres partes dividenda erat, in capita, atq; ita in quatuor partes divideretur, et Wilhelmus ac Ernestus fratres, uno Patre Johanne geniti, tantum acciperent, quantum Ludovicus Barbatus Ingolstadiensis et Henricus Landeshutanus, quam divisionem Sigismundus comprobavit. Quoniam autem Ludovicus et Henricus nondum reconciliati erant, ac bellum molirentur, Sigismundus Cæsar anno 1430. Norinbergæ eos sic conciliat, ut Henricus pro intentatâ Patrueli cæde templa duo juberet condere, unum Constantiæ, alterum Landeshuthæ, in monte structo arcem, et evocatus à Ludovico cum equitatu aspatiare ab[illegible] servire. Induciæ tamen non nisi in quatuor annos pertuerunt constitui.

§. 74

§. 74 Posthac Wilhelmus cum Cæsare ad Basiliense Concilium profectus, ejusdem Concilii propugnator, asserto Vicarius ac Legatus Romani Principis (hoc titulo Wilhelmus ipse in literis, quas Aventinus legit, sibi tribuit) constituitur, ac Cæsar interea in Italiam abit, cui pacata duo biennium impendit. Cum Basileam esset reversus Ludovicus Barbatus accusatur, quod servitiis venatoriis ædes Sacras oneraret. Ludovicus Basileam citatus, non comparet, ideoq; ei sacris interdictum est, ac porrò arma in illum, ut Ecclesiæ hostem, decreta. Veniam tamen supplex petens impetrat, Sigismundo grandem pecuniam quam ei mutuo dederat, condonans, ac Sacerdotibus satisfaciens.

§. 75. Anno 1435. d. 13. 7bris moritur Wilhelmus ac Monachii sepelitur. Ex uxore Margaretha Adolphi Cliviensis filia reliquit Adolphum binium, et uxorem grauidam, qua Wilhelmum posthumum, qui paucis diebus animam efflabat, peperit. Nec admodum diu Adolphus Patri, Margaretha marito superstites fuerunt.

§. 76. Finitis inter Ludovicum Barbatum et Henricum Landeshutanum indutiis, hic novum foedus contra cum Landeshutanum inducias, hic novum foedus contra Fabruelem procurat, id: quod aliquot Principes ac Civitates non paucas traxit; Ludovicus autem cum Ernesti Monachii exsis filio Alberto foedus icit, ac Henrico bellum denunciat. Albertus et Ludovicus Gibbosus, Ludovici Barbati filius Henrici fines ingrediuntur. At Henricus felicior aliquot Ludovici et Alberti oppida occupat et diripit. Tumq; ita

ita civili discordia, domesticaq; seditione omnia atterruntur, Ernestus Pacis studiosus Basileam properat: beneficia fratris commemorat, età Concilii Patribus impetrat, ut duo Legati in Bojariam profecti Pacem inter consanguineos componerent. Hujus Legationis Princeps fuit Nicolaus Cusanus Cardinalis cum Collega Johanne Lubeccense Episcopo, qui Duces Bojariæ Regensburgum citatos in Concordiam redegerunt.

§. 77. Pace redintegrata Ernestus Stubingam, absente Alberto filio, petit. Is Agnetam Bernaueriam Augustanorum filiam adeò deperibat, ut sponsa justa uxoris loco habens publicè solennibus sacris ducere conjugium vellet. Hanc Ernestus in Judicio proterve respondentem culeo insutam sententia Procerum in Danubio submergi fecit anno 1436. d. 12. 8bris, Et ut filii morbo mederetur, ei ab amica interitu diè, Annam Erici Brunsvicensis Ducis filiam uxorem ei jungit Monachii.

§. 78. Anno 1438. Ernestus Pater naturæ concedit Monachii in mausoleo Ludovici IV. Imperatoris Proavi sui conditus. Hunc primum more cæterorum Principum in diplomatibus divinum nomen suo præponere Aventinus observavit. Ex Elisabetha Barnabonis Mediolanensis filia præter Albertum filium genuit Elisabetham Adolphi Ducis Bergensis, et Beatricem Hermanni Comitis Clivensis uxores.

§. 79. Alberto III. Primus erat Ludovici Cæsaris filius,

Hollen-

Hollandiæ Rector, secundus ejusdem filius ante Patrem mortuus) cognomento Pio anno 1396. nato, et à Paeris apud Elisabetham Wenceslai conjugem, Ernesti Patris Sororem in Bojemia educatus Bojemi Alberto Rege orbati, spreto Alberto filiolo Ladislao, sceptrum per Legatos offerunt anno 1440. quod accipere detrectavit. Dubravius Historiæ Bojemicæ lib. 8. graves à Bojemis propositas conditiones asserit, ut mori malle responderet, quàm eo modo, quo Bojemi vellent, regnare. Vixit hic Albertus hodiernæ Bojaricæ familiæ conditor in annum 1460. quo quidem 1. Martii decessit Heiligenbergi in Andechs, ubi templum restauraverat, sepultus. Ex Anna Brunsvicensi S. filios superstites (nam primogenitus Ernestus, eodem, quo natus anno 1437. vivere desiit) reliquit, Johannem, Sigismundum, Albertum IV. Christophorum et Wolfgangum cælibem 1514 mortuum: trigam quoq; filiarum, Elisabetham Ernesti Electoris Saxoniæ uxorem, Lipsiæ anno 1484 extinctam, Margarethan Friderici Gonzaga Marchionis Mantuani Conjugem, et Barbaram in Coenobio Monacensi ad S. Jacobum Virginem monialem.

§. 80. De filiis Alberti ac imprimis de Alberto IV. Stemmatis Bojarici progenitore postea dicemus. Nunc familias Ingolstadiensem in Ludovico gibboso et Landshutanam in Georgio diuite ejusq; filio Ludovico exstinctas memorabimus.

§. 81. Ludovicum Barbatum ex Catharina Alenzonia Ludovicum gibbosum genuisse diximus. Huic dum Pater Johannis Cypri Regis filiam desponsare parat, is invito Parente Margaretham Friderici I. Electoris Brandenburgensis filiam (cui Pater capitalis inimicus erat, ut quem novum hominem appellare consueverat) matrimonio sibi jungit, oppidisq; ob hoc ac castellis à Patre exclusus, auxilio Alberti Achillis, qui frater uxoris Ludovici gibbosi erat, Ingolstadii à civibus velut hæres et justus Princeps in urbem admissus cum cives claves exhibere nollent, vi effracto templi ærario, gaza Patris, qui tum Neoburgi habitabat, potitur. Indè alias urbes Danubio conterminas præter Neuburgum et Lavingam, occupat. Pater verò, quem filius præ senio delirare garriebat, exhæredato filio, universum patrimonium templo ac Stemmatophylacio magnificè nuper Ingolstadii condito legat. Sed rebellis filius, occupatis pluribusq; Urbibus, Neuburgum obsidet, ac tertio mense vi expugnat, Patrem reverendæ Senectæ venerabilem capit, et Alberto Brandenburgico custodiendum tradit, qui eum ex Bojaria Onolzbachium deduxit. Ipse autem Ludovicus Gibbosus post biennium, impietatis pœnas expetente Deo, improlis fato concedit d. 7. Aprilis 1445. Margaretha uxor Landeshutæ aliquandiu habitans ad

[illegible]

impares nuptias transivit, clam Martino de Waldenfels Curatori suo nubens, annoq' 1465. obiit. Selingthalae Sepulchrum ejus ostenditur. Albertus verò Brandenburgicus Ludovicum Barbatum Henrico Landeshutano pro 32000 aureorum vendidit, à quo captivus primo Landeshutam, inde Burghusium deductus, anno nondum completo d. 30. Julii miseram efflavit animam, cum paulo antè Fridericus III. Cæsar, ac Carolus VII. Galliæ Rex, Ludovici ex Sorore nepos Legatos Landeshutam ad liberandum Serenissimum. Rotenhaslachii Sepultus est. Superbè atq' avarè (quæ sunt Aventini verba) multa fecit, quod ne ipse quidem negat. Se solutus est appellare Montani Febrarchan, et Fratrem Germanum Reginæ Franciæ.

§. 82. Eodem anno 1447. Anna quoq' Austriaca (quæ Margaretha est Aventino) Henrici Landeshutensis uxor, et triennio post eodem die, quo Ludovicus Barbatus, ipse Henricus, cognomento Dives vita excessit. Hic mortuo Ludovico Barbato omnes ejus Urbes et Oppida occupavit, exhæredato Alberto III. Monachiensi, qui eodem grada Ludovicum contingens, ex Semisse hæres erat, et Jure potius quam armis disceptare volebat; sed potior fuit,

qui

qui prior ad occupandum venerat. Albertus à Wasserburgensibus aliisq; Civitatibus ultro invitatus, abstinuit, ne Bojariâ civili bello involveretur. quod ego altitudinem atq; magnitudinem animi recor, inquit Aventinus, alii ignaviam interpretantur. Filias Henricus habuit duas, Johannam Ottonis Palatini ad Rhenum Administratoris in Mosbach et Neumark Conjugem, et Elisabetham Ulrico Comiti Wirtenbergensi nuptam, filiumq; unicum Ludovicum.

§. 83. Hic Ludovicus Anno 1417. Burghusii natus ibidemq; sub difficili ac avaro Parente in annum ætatis trigesimum Educatus, multaq; perpessus, obsequentissimus eidem fuit. Suadentibus amicis, ut Claretulum in Austriam ad Albertum Cæsarem Avunculum concederet, auctorem vitæ meæ, inquit, non deseram, nec, quoad mentis compos fuero, offendam. Ubi justa persolvit Patri, Leges de cervorum venatione ab eodem latas abrogavit, sepibus munire arva præcepit, canes villaticos, quibus fera abigantur agricolis permisit, Unâ die, unâ horâ omnes Judæos finibus suis exegit, bonis eorum fisco adjudicatis, Patri dissimilis, liberalitate erga omnes fuit eximia. Anno 1479. ob laceratas literas Imperiales à Friderico

nico Cæsare proscriptus, ac Alberto Brandenburgico executio demandata fuit. Cum hoc juxere vires Civitates imperiales superioris Germaniæ (exceptâ Norinberga) et hostile animo Bojarian aggredientur. Ludovicus à Bojemis adjutus hostes præliô ad Giengam superat. Demum Pax facta. Sed mox recruduit bellum, quo multæ invicem datæ acceptæq' clades. Compositis bellis, ea tandem auctoritate fuit, ut dissidiorum in Germaniâ communis haberetur arbiter, multumq' laboravit, ut Ladislaum Bojemiæ atq' Ungariæ Regem et Fridericum Imperatorem reconciliaret.

§. 84. Pervenit Ludovicus ad annum 1479. quo in Pace obiit. Uxorem habuit Amaliam Friderici II. Saxoniæ Electoris filiam anno 1502. Rochlitii mortuam, ex quâ Margarethan Philippi posthumi Palatini Electoris Conjugem, et Georgium Divitem, Academiæ Ingolstadiensis conditorem, tulit.

§ 85. In hoc Georgio Stirps Ducum Bavariæ Landshutensium mascula anno 1503. defecit. Nam etsi ex Hedwige Casimiri Poloniæ Regis filia Ludovicum & Rupertum genuit, hic tamen fato immaturo, ac is quoq' ante Patrem defunctus est.

§. 86. Sic igitur exstinctâ Landeshutanâ quoq' familiâ unica superabat Monacliensis, quam Albertus II.

cognom.

cognomento Sapiens Alberti III. filius, Ernesti nepos, Johannis pronepos, Stephani, qui Ludovici Bavari fuit filius, abnepos propagavit, de quo nunc agemus

§. 87. Alberto III. quinque filios fuisse superstites antè ostendimus. Jam, quia Pater testamento cavrat ut majores duo rerum potirentur, Johannes et Sigismundus ætatis prærogativâ Patri succesfere. Albertus Christophorus et Wolfgangus literis operam dare jubentur. Johanne anno 1473. mortuo Sigismundus Albertum Collegam admittit, et non longè post, vitam victurus spiritatis, totum Regimen Alberto fratri cedit. Christophorus tum ex testamento adversus Albertum Principatum arbit, et abeo Landesbergam cum aliis castellis ad decennium extorquet. Hoc finito, cum Albertus Landesbergam repeteret, nova inde nata sunt dissidia, quibus finem imposuit Peregrinatio Christophorii in Palæstinam, ex quâ reversus in Insulo Rhodo obdormivit anno 1493. Wolffgangus autem anno 1514. decessit.

§. 88. Cæterum huic Alberto Landeshutanâ illa hæreditate pacatè frui non licuit. Nam, quia Elisabetha Georgii Barbi filia Ruperto Palatino, Philippi Electoris filio secundo genito (primogenitum suum vocat Chytræus Saxon. lib. V.) in matrimonium hâc conditione data, ut omnium bonorum paternorum

mobilium

mobilium et immobilium ex asse hæres fieret, exclusis
penitus agnatis Ducibus Monachiensibus; idq; prolixè cau-
tum fuerat testamento patrio, cujus executores constitu-
ti Vladislaus Bojemiæ, et Ludovicus XI. Galliæ Reges.
Hinc Rupertus ab obitu Soceri Georgii terras illas in
fraudem Alberti IV. occupavit. Etsi autem Maximili-
anus Cæsar, cujus Sorori Alberto nupta, omnem moveret
lapidem, ut res amicè componeretur, ac tandem eo de-
duxisset quo tertia Regionum pars extemplo traderetz
Alberto; altera post obitum Ruperti, restitueretur,
religua spretis familiam Palatinam, de iniqua divisione
ævo Ludovici Cæsaris quærentem, moveret; Rupertus
tamen Possessionis retinendæ cupidus, nec suis saltem
opibus, sed et Bojemicis ac Gallicanis fretus, testamento
Soceri mordicus inhæret. Undé à Maximiliano anà cum
Philippo proscriptus, et acie ab Imperatore victus, Boja-
ria amissa, et agnatis restitutis, dolore animi cum Con-
juge moritur anno 1504. relictis Ottone, Henrico et
Philippo infantibus; quibus in gratiam receptis, Maxi-
milianus ex materna hæreditate aliquot loca ad Danubi-
um attribuit, quæ Neoburgicus Ducatus hoc tempore
complectitur. Tangit hoc bellum Bojarico-Palatinum Krantz.
in fine Saxoniæ, et pluribus describit Paulus Monachus in Chron.
Cibicensi ad annum 1503. et 1504. ac inprimis Richardus Bacto-
linus Perusinus lib. 12. de Bello, quos sub titulo Austriados
tomo Historicorum à se collecto intulit Justus Reuberus.

§. 89. Pacata itaq; Bojaria Albertus quadriennio gavisus anno 1508. 12. Martii rebus humanis valedixit. Ex Kunigunda Friderici III. filia, quæa Marchi obitu in Monasterio Monachiensi consenuit, ac anno 1520. obdormivit, sequentes genuit liberos: Wilhelmum Successorem; Ludovicum in Coelibatu ex pacto suscepto anno 1545. mortuum: Ernestum, Aventini discipulum, Salisburgensem Administratorem, et Archi-Episcopum Salisburgensem, qui tandem abdicato Episcopatu in Comitatu Bojemiæ Glacensi suo ære empto anno 1580. obiit; Sidoniam ante nuptias cum Ludovico Palatino Electore anno 1505. mortuam; Sibyllam jamjam laudati Ludovici Electoris conjugem, quæ anno 1519. improlis decessit; Sabinam Ulrici Ducis Würtenbergici maritam, quæ annum attigit 1564; Susannam primò Casimiro Marchioni Brandenburgensi, deinde Ottoni Henrico Electori Palatino nuptam, annoq; 1543 exstincta; Susannam aliam, quæ infans decessit anno 1491.

§. 90. Alberto igitur defuncto, Wilhelmus IV. Cognomine et secundus Hollandiæ Comites, tertius Johannis Monachiensis, fuit filius. Dux utriusq; Bojariæ successit. Natus is anno 1493. 13. Febr. acerrimus Religionis Pontificiæ fuit defensor; omnemq; operam in exstirpanda per provincias suas doctrina Evangelica collocavit. In Comitiis tamen Augustanis anno 1530. ad D. Eckium dixisse fertur: Longè alia de Lutheri doctrina ad me delata fuit, quam ex illorum Confessione audivi. Aliquoties hic Princeps adspirarit ad dignitatem Electoralem, imprimis in Comitiis anno 1524. pactus illud, de alternativa Electoratum, quod in Ludovico Im-

peraturæ tetigimus, renovatum voluit. Ludovico Pacifico Palatino 1544. defuncto, Electoratum sibi deberi arbitratus est. Indigné etiam tulit, Fridericum Palatinum post bellum Schmalcaldicum in gratiam receptum, ac ipsi spe patiundi Electoratum, Cæsareas partes segui creditus. Nam aliàs Domui Austriacæ non admodum fuisse æquum, certo constat, nonnullaq; detexit Spenerus in Sylloge Genealogica, quem exscribit Burcholdensis, Discursu 24 ad Instrumentum Pacis.

§. 91. Vivendi finem fecit Anno 1555. d. 22. Martii, ex Jacobina, quam alii Mariam Jacoben nuncupant, Philippo Marchionis Badensis filia relinquens Albertum Successorem, et Mechtildam (Sidoniam minus rectè vocant alii) Philiberti Marchionis Badensis Conjugem. Theodorus filius, cui Ferdinandi I. filia desponsata, anno 1526. natus, anno ætatis octavo, Wilhelmus anno 1529 genitus, sequenti statim anno denatus est.

§. 92. Albertus V. Dux utriusq; Bojariæ d. 29. Februarii anno 1529. (alii 9. Martii 1528) natus, sapientissimus ac Pacis amantissimus Princeps erat. Non admodum in Religione sua fuisse rigidum, argumento est, quod Subditis libertatem Religionis expetentibus, Calicis in S. Coena, et carnium vetitis diebus usum anno 1556. ad tempus concesserit, Scripto etiam eâ de re edito, cujus Sleidanus meminit lib. 26. ac postea in calicis negotio ad Pontificem scripsit anno 1564. Et sic tamen Subjectis erat addictus, quibus Monachii, Ingolstadii et Landeshuthæ

magnifi-

magnifica struxit Collegia. Plus etiam favit domui Austriacae, ac Pater.

§. 93. Obiit Albertus anno 1579. d. 24. octobris, Ex Anna Ferdinandi I. Austriaci filia prater Carolum Primogenitum in prima infantia extinctum genuit Wilhelmum Successorem, Ferdinandum, Fridericum Monachii 1553. natum et post paucos menses mortuum; Ernestum Archiepiscopum et Electorem Coloniensem. Maria filia anno 1551 nata, Caroli Archiducis Austriaci Conjux, anno 1608 d. 29 Aprilis decessit. Maria Maximiliana, Monachii anno 1552 nata 11. Julii anno 1614 fato functa est.

§. 94. Ferdinandus autem hujus Alberti V. filius anno 1550. natus belli pacisq; artis inclytus, anno 1608 mortuus anno 1588. imparibus nuptiis sibi copulavit Mariam Petenbeckian, Secretarii aulici filiam, ex quo matrimonio orti sunt Comites de Wurtenberg, interq; alios Franciscus Wilhelmus, factus Osnabruggensis Episcopus ac Cardinalis cujus gesta Bello Pacegq; Germanica enituere. Aegre idem tulit Nicolaum Rittershusium in Tabulis Genealogicis Mariam Matrem concubinam nuncupasse.

§. 95. Wilhelmus V. Alberti V. filius anno 1548. d. 29 Septembris Landeshutae natus Princeps fuit literis egregie imbutus, sed in Jesuitas nimis pronus. Ab ipso Wilhelmo linea habet nomen, cujus frequens in Historia Belli Pacisq; Germanicae mentio, quo Ferdinandi fratris liberi excluduntur. Ernesto fratri Coloniensem

Electoratum

Electoratum contra Gebhardum Truchsessium aditurо auxilium misit anno 1583.

§. 96. Postquam hic Wilhelmus satis diu Regimini praefuisset, sponte se eodem exuit anno 1597. idq; in Maximilianum filium transferens, ac Monasterium ingressus, Virtutum ac fortunæ filiorum spectator fuit; quorum unum in purpura Cardinalitia, duos septemviratu Imperii Germanici auctos vidit, ac tandem vitæ satur, in Monasterio Carthusiano propè Ratisbonam decessit anno 1602. Edidit anno 1611. Libellum precum, illiq; inseruit formam Litaniæ, additâ precatione singulari, ut Deus Cleri scandalis acinepturitati modum ponat.

§. 97. Ex Renata Conjuge Francisci I. Lotharingiæ Ducis filia, quam anno 1586. duxit, 1602 amisit, filios genuit sex, filias quatuor. Christophorum Fridbergæ eadem, quâ natus, herâ exstinctum anno 1571. Maximilianum Successorem Philippum Episcopum Regensburgensem et Cardinalem anno 1576. natum anno 1598. denatum, et Monachii magnifico funere humatum; Ferdinandum Electorem Coloniensem, anno 1577. in lucem editum, anno 1650. sublatum; Carolum qui anno 1580. mortuus ivtravit Monachii; Septimo anno post orbe Gotti; Albertum anno 1584. natum, anno exstinctum. Et hic quidem ex Mechtilda Georgii Ludovici, ultimi Landgravii Leuchtenbergensis filiâ, Pater factus Johannis Francisci Caroli anno 1618.

genitи

genitri, anno 1624 mortui, Ferdinandi-Wilhelmi, et Maximiliani Henrici, præsentis Archi-Episcopi Coloniensis; Alberti Sigismundi, Episcopi Frisingensis anno 1623 nati; Mariæ Renatæ anno 1626 natæ, anno 1630 mortuæ. Præterea Wilhelmus V. has filias habuit: Christinam quæ anno 1581 nata anno 1580 obdormivit: Mariam Annam, Ferdinandi II. Cæsaris Conjugem anno 1574 natam anno 1616 demortuam; Eleonoram Magdalenam, Wolfgangi Wilhelmi Palatini Neoburgensis Conjugem, anno 1587 editam anno 1628 exstinctam.

§. 98. Vivo itaq; eodemq; Patri successit Maximilianus, virtute ac felicitate maximus. Natus est anno 1573 d. 17. Aprilis. Ejus Imperium præcipuè inclaruit subjugatione liberæ Urbis Donawerdensis, discussatione litterariæ de Electoratu, Palatino-ne an Bojariæ Duci ex Jure debito; post suspetias Cæsari in turbis Bojemicis latas, proscriptumq; Palatinum, cum Provinciis Palatinis Electorali dignitate impetratâ, ac post bellica damna data et accepta in Pace Germanica certo modo confirmata.

§. 99. Quod ad Donawerdam olim Bojarici juris, at ab Ludovici Barbati usq; temporibus liberam Imperii Urbem attinet, ea occasione jurgii cum Abbate, ob turbatam anno 1606. Processionem, anno sequenti proscripta, à Maximiliano executore occupata, armis, privilegiis, libero Religionis exercitio exuta est, frustrà dolentibus ac contra scribentibus Suevici Circuli Statibus. Legi

hac de

hac de re cum fructu possunt Thuanus lib. 138. Autor Supplementorum Saxoniæ Dav. Chytræi ad annum 1607. Limnæus Juris Publ. lib. 7. c. 13. Oldenburgerus Limnæi emendatus lib. 4. cap. 13. et Discurs. ad Instrumentum Pacis 8. parte 2. Pro Bojariæ Duce prodiit scriptum Germanicum, cujus titulus: Relatio de motibus Donawerdensibus. Huic cum opponeretur Relatio Juris et Facti, usui rei mit dem Kayserlichen Hofe wider die Evgl. Römische Stad Donawerd aufgegangenen Processum, und darauß Norgenommenen Executionem nigendlich und im grund der Warheit beschaffen seye. Relationem illam, cujus forsan ipse fuit autor, defendit Wilhelmus Locherer Consiliarius Bojaricus, cujus Præfatio haud obscure docet, Sebastianum Fabrum, Pro-Cancellarium Würtenbergicum, ac Ludovicum Müllerum Cancellarium Oettingensem Informationis Auctores esse. De Restitutione Donawerdæ aliquid actum in Pace Pragensi, sine effectu tamen. Postea Urbem occupavit Rex Sueciæ anno 1632. Sed triennio post recuperavit Maximilianus: Et cum Sueci denuò occuparent, eâdemq; vicissim excideret, ac tertiò impetrarent, tandem diu inter Sacrum et Saxum constitutam, recepit Maximilianus: et licet de ea restituenda aliquid motum in Pace Germanica, hactenus tamen manet Bojariæ, et quam diu is tanta potentia valuerit, manebit quoq;, præsertim quia in nostra Republica Germanica id non raro æquius est, quod validius est.

§. 100.

§. 100. De Electoratu Palatinus aliquoties litem moverunt Bojarii, sed integra semper Palatinis mansit possessio. Neq; enim video, quo jure vincere potuisset Bojarii: quandoquidem Rudolphus Ludovici Imperatoris frater, à quo descendunt Palatini, Ludovico, post Imperatore, Bojaricorum Ducum conditore, fratrum major fuerit. Introducere hic quidem alternativam voluit, sed haec cum ipso exspiravit. Id quidem cum non ignotum esset Bojaricis Scriptoribus, aliam ingressi viam, suis Ducibus, vel propter ipsum Bojariae Ducatum Electoralem dignitatem, eidemq; conjunctum Vicariatum et Archidapiferi munus deberi, ostendere conati sunt. Agitata haec est controversia praecipui inter Christophorum Gewoldum Bojariae Ducis, et Marquardum Freherum Electoris Palatini Consiliarium. Occasionem huic controversiae dedit eruditus Freherianus Scriptus de legitimâ tutela Curatq; Electorali Palatina edita, quae anno 1611. prodiit. In hac cum soli Palatinatui Rheni Comitibusq; Palatinis Electorale jus adjudicatum deberi ostendisset, Gewoldus sequenti anno respondit Antithesin ad Bojariae sc. Duces, ratione Bojariae Electoratum spectinere contendentem. Hanc excepit Freheri Epistola Responsoria de Electoratu S. Rom. Imperii Comitiva Palatino Rheni antiquitus annexo et cohaerente. Sequebatur deinde Gewoldi ad Freheri Responsionem Replicatio. Cumq; Freherus interea quiesceret, Gewoldus eidem Epistola monitoria aurem vellit anno 1614. ut Freherus ad hanc Epistolam

Respon-

Desuscepta seu Recepisse concinnare necessum habuerit. Atq; hæ Commentationes separatim olim excusæ, conjunctim nunc habentur in libro sequentem titulum præferente: Representatio Reipublicæ Germanicæ sive Tractatus varii de S. Romano-Germanici Imperii Regimine, variorumq; eorundemq; præclarissimorum Autorum, qui Norinbergæ prodiit anno 1637. Quia verò ab ubiq; præstiposturis Electoralis Collegii ab Ottone III. facta institutio, fieri non potuit, quin multa pergerent scriberentur ut ut etiam ambo multa præclara, et imprimis varia Diplomata in lucem protraxerint. Summa deindè in scribendo modestia, nulliq; contaminata convitio non potest non Lectorem afficere. Habemus præterea laudati Gewoldi singulare Scriptum, de S. Rom. Imperii Septemviratu anno 1616. editum, et in Representationem Norinbergensi recusum, quod in Electoratu Bojariæ Duci vindicando multum elaborat. Idem postea spectavit Gewoldi Defensor Nicolaus Burgundus libro, quem Electoratum Bavaricum inscripsit anno 1634. Ingolstadii edito.

§. 102. Atq; o utinam hos intra terminos perstitisset de Electoratu Conflictus, et literarius ille non fuisset Prodromus infausti illius temporis, quo Fridericus Palatinus Electoratu privatus, ac in Maximiliano, Bojariæ Duci collatus est. Id quomodo sit factum, nunc brevibus expediemus.

Postquam Potentia Hispanico-Austriaca in tantum sublata fastigium aliis Principibus Europæis formidini esse cœpit, nec deessent, qui eandem vellent stabilitam, nata sunt su Europam, ac præcipuè Germaniam duæ factiones Hispanicorum et Contra-Hispanicorum, quarum altera Ligæ, altera Unionis nomen sumsit. Ligisticum fœdus Heilbroli; Unitorum Hallis Suevorum confirmatum anno 1610. Et Ligæ quidem Caput se renunciari passus Dux Maximilianus, non tam amore erga Domum Austriacam, quam privatâ Status ratione, et quòd Elector Palatinus inter Unitos esset. Surgentibus deindè Bojemicis motibus, ac turbine illo fenestrario, cum à Matthiâ Cæsare obitu, rejecto Ferdinando II. Bojemi plures Candidatos, ipsumq; adeò Maximilianum, Sceptrum offerrent Friderico Palatino, ac is monitorii Maximiliani de Electorum quorundam, ipsius q; Soceri Jacobi Regis Angliæ, negligens, arriperet; Dux Bojariæ pro Ferdinando arma sumens, cum ab Unitorum Exercitu ex pacto Ulmæ inito nihil esset periculi, ante præfinitum quinque dierum Spacium, Austriacis militibus admoto milite, perculsam Austriam Superiorem facilè impetrata facere adegit. Pacatâ Austriâ, eorum, quam Austriaci habuerant, milite adscito Bojemiam aggressus occupatisq; aliquot munitis urbibus, Palatini Colloquium declinans, primò ad Raconitium, mox Pzaelo

in monte

in Monte albo ad Pragam commisso Palatinos et Bojemos vincens, Palatinum ad fugam, Bosemiam ad obsequium compellit, rebusq' ex sententia confectis, relicto exercitu in Bojariam revertitur, vetitis cunctis plausibus, ac votivo apparatu, moderationis gloriam quærens. Ineunte anno 1621. proscripto à Cæsare Friderico Palatino executionem in Superiori Palatinatu avidè arripuit, et quod illa expres esset auxilii, facilè in potestatem Victoris venit: Cujus possessio unà cum quatuor Præfecturis inferioris Palatinatus in navata operæ præmium jure hæreditario eidem confirmata fuit anno 1628. Tillii Imperatoris Bojarici Virtus et felicitas hoc in Bello eluxit, qui etiam anno 1622. Palatinam Sedem Heidelbergam Domino suo asseruit, cujus Bibliotheca, permittente Maximiliano, Romam avolavit. Hoc ipso anno 1622 Cæsar Comitia Electoralia (ab universalibus ex arcano Dominationis abhorrens) Regenspurgi celebranda indixit, quo tamen, denuo licet invitatus, comparere detrectat Saxoniæ Elector, de Palatini Electoratus in Bojariam translatione agendum fore prævidens. Et alius quoq' finis horum Comitiorum non fuit, abrogatusq' Palatino Electoratus, præteritis Filiis ac proximis agnatis,

Ma-

Maximiliano in manus traditus est 25. Februarii 1623. Ceremonias tum adhibitas commemorant Autor Theatri Europæi tomo 1. pag. 925. Caraffa lib. 1. Germaniæ restauratæ et alii. Contra nitebantur quidem Saxo et Brandenburgicus Electores, sed literis tandem ultro citroque missis Chæcyno Londorpium tom. 2. Actor. public. extruendo Elector Saxoniæ in hanc translationem certis conditionibus consensit, ac in Conventu Electorali Schleusingensi Maximilianus in Collegium Electorale receptus est d. 30 Junii anno 1624. Quieta suæ novarumq; Provinciarum Possessio Maximiliano fuit, donec illam Gustavus Adolphus post prælium Lipsiense turbaret, transito Lyco et caso ibidem Tillio, in Bojariam irrumpens, ac multas Civitates, ipsumq; Monachium subigens, Ingolstadium tamen frustrà nec sine vitæ periculo tentans. Ejusdem Regis in oppugnandis ad Norimbergam castris Bojarico-Wallensteinii conatus erat irritus. Indè Elector in Bojariam cum suis à Wallensteinio digressus brevi ex Bojaria ejecit Suecicum militem; cum interea Rex Sueciæ in prælio ad Lützam moriens, victoriam in ipsa morte reportaret. Deinceps in Sueviam progressus Maximilianus, præter alia minora loca, Memmingam deditione Campodunum vi capit. Ex Suevia ad sua defendenda cum revocavit Bernhardus Saxo-Vinariensis, Bojariam infestans, Kelhemium armata manu, Neostadium deditione capiens,

ac

ac Regensburgo ipsâ, quam multa alia minora oppida maximè in superiori Palatinatu, secuta sunt, potitus. Palatinatum quidem superiorem per Altzingerion recepit Maximilianus, sed dum subitâ incursione Bernhardus Saxo et Hornius Dux Suecicus Bojariam invaserant, eo revocatus Altzingerus in ponte supra Isaram globo ictus occubuit, et Landeshutta viâ Suecis expugnata est. Celerum victâ ad Nortlingam Bernhardo Hornioq; Augusta Vindelicorum, quam Suevi hactenus possederant, à Bojarico exercitu obsessa, ac ad extremam inopiam redacta deditionem fecit. Secuta anno 1635. Pax Pragensis, quâ Electoratus Palatini possessio Maximiliano et lineæ ipsius Wilhelminæ firmata, simul tamen Donawerda restitutio à solutione sumtuum injuncta fuit. Anno sequenti Maximilianus Comitiis Regensburgensibus, in quibus Ferdinandus III. Rex Romanorum creatus, unà cum Moguntino et Colonensi ac religionum Legatis interfuit. Anno 1643. Gallo-Vinarienses ad Dutlingam victi, et sequenti anno Dux Anguienſis castra Bojarica frustrà oppugnavit. Ad Friburgum anno 1645 prælium ad Thaber contra Suecos infelix, in quo spes Bojaricarum copiarum casa: alibi tamen à Mercio ad Mergenheimium Gallo-Vinarienses damno affecti; sed mox ad Allersheimium propè Nortlingam acriè ab Anguiano victus cæsusq; Mercius. Annus 1647. post occupatam

superiori anno à Suecis Rainam, memorabilis inducias Bojarico-Suecicis, Cæsari, nec injuria, suspectis, ac ob id Johannem de Wert ac Sporckium à militia Bojarica avocanti. Verum hæ inducie tantâ curâ tantâq́ operâ constitutæ ac initio servatæ, paulatim refrixere, ac mox ab ipso Electore renuntiatæ atq́ abrogatæ sunt. Wrangelius igitur in Bojariam irrumpens, quanta intra Cenum (quem re abiquoties ad Mühldorff tentatâ nunquam potuit superare) potitur, paucis oppidis exceptis, quibus Elector peditatum in tempore immiserat. Cumq́ Mars Suecicus in Bojaria incalesceret, Pax Osnabruggensis fervere cœpit, ut eâ propè conclusâ, Legatus Bojaricus non vereretur dicere: Electorem suum de hâc Pace ita judicare, ac si cœlitus missa ambabus manibus recipienda sit.

§. 102. Per hanc igitur Pacem Domus Bojarica, quæ diu Wilhelmina linea duxit, dignitas Electoralis quam Electores Palatini ante hac habuerunt, cum omnibus Regaliis, officiis, præcedentiis, insignibus & juribus quibuscunq́ ad hanc dignitatem spectantibus, ut et Palatinatus superior, una cum Comitatu Cham, confirmata sunt. E contrario Elector pro se, hæredibus ac successoribus plenè renunciavit dicto 13. millionum omniq́ prætensioni in Austriam superiorem, quæ Maximiliano ex solvendis belli sumtibus ad tempus dedita ægerrimè dimissa est.

§. 103.

§. 103. Decessit Maximilianus Ingolstadii d. 27. Septembris anno 1651. ætatis 78. Omnem funebrem pompam prohibuit. Sacrorum tamen anniversariorum obitus, eadem postea magnificè celebrata sunt. Epitaphium illi tale positum:

Hac laminâ Maximiliani I. utriusq; Bavariæ et Superioris Palatinatus Ducis S. R. Imperii Archidapiferi et Electoris, Comitis Palatini Rheni, Leuchtenbergensis Landgravii, Ingolstadii d. 27. Septembris 1651. piissimi defuncti, viscera teguntur, quæ decuit in ædem Matris Dei tumulari, penes quam sunt viscera misericordiæ. Ipse maiorum jure, suis meritis et justo Fatorum ordine Electoratum postliminiò reduxit in suam domum.

Huc usq; Epitaphium. Princeps fuit potens ac magnanimus, et licet magnificè viveret, sua tamen administravit frugaliter. De ejus virtutibus et moribus singularia quædam memorat Burgoldensis Dissert. 2. ad Instrumentum Pacis, membr. II. A morte Georgii Ludovici ultimi Leuchtenbergensis Landgravii, qui et hunc Landgraviatum, Albertus Maximiliani II. frater, qui Mathildã habebat uxorem, ab illo ad Electoralem lineam facta compensatione devolutus est. Georgii Ludovici filium

§. 104. Prima Maximiliani uxor fuit Elisabetha, Caroli Lotharingiæ Ducis filia, quæ improlis obiit. Anno autem 1635. duxit Ferdinandi II. primogenitam Mariam Annam. Austriæ. Regiâ magnificentiâ Viennæ celebrata sunt, junxitq; Neanymphos Cardinalis Dietrichsteinius.

§. 105. Ex hoc connubio anno 1636. in Comitiis Regensburgensibus d. 22 Octobris natus est primogenitus, mense Novembri per Episcopum Frisingensem baptizatus, nomine Cæsaris assistente Sponsore Alberto fratre Electoris. Vocatus est in Baptismo Ferdinandus-Maria-Franciscus-Ignatius-Wolfgangus. Atq; hic primus est Germanorum Principum, qui superstitioso S. Matris nomine insignitus. Nec mirum id nominis inscripsisse filio cum ipse Pater non reformidaverit numismata cudere cum hac inscriptione: Clypeus omnibus in te (Maria) amp;sperantibus. Biennio post d. 20. 7bris natus est alter filiorum Maximilianus-Philippus-Hieronymus qui uxorem duxit filiam Mauritii de la Tour Ducis Bullionei. Ejus nomine ad Landgraviatum Leuchtenbergicum subscriptum reperio in Comitiis Regensburgensibus anno 1654.

§. 106. Præsens Elector FERDINANDVS MARIA, qui à morte Patris sub tutela Patrui fuit Alberti, anno 1652 mense Junio matrimonium contraxit cum Henrietta Adelheide filia Victorii Amadæi Ducis Sabaudiæ, virilis animi Princeps sed quæ S. Josephum assumtum Bojariæ Patronum devotissimè colere, novos Cajetanorum ordini Autissimè Jesuitico insigniter favere dicitur. Ex hac anno 1660 nata est filia Maria-Anna-Christina-Francisca-Josepha-Theresia-Antonia

nia. Cajetana- Hiacyntha- Felix- Victoria.
Anno autem 1682 d. 11. Julii natus est filius Ma-
ximilianus- Emanuel- Ludovicus- Cajetanus-
Maria- Franciscus- Ignatius- Antonius- Jo-
sephus- Felix- Nicolaus- Pius-

§ 107. Inter hunc Maximilianum et Carolum
Ludovicum Electorem Palatinum post mortem Fer-
dinandi III. anno 1657. acerrima de Vicariata
Imperii nata est contentio. Cum enim Maxi-
milianus per dispositos celeres Cursores de obitu
Cæsaris factus esset certior, confestim Sigillo Vi-
cariatus Spiram, ac literis quaqua missis Vica-
riatum suum indixit: quibus cum plerique Sta-
tuum gratulabundi respondissent, ægrè id ferens
Palatinus, edicto de Vicariatu emisso factam
sibi injuriam quæstus, Bojarica Edicta Spira
Coloniæ, et alibi refigi fecit. Controversia hæc
tam acerbè fuit agitata, ut Palatinus in ipso
Collegio Electorali Legatum Bojaricum Johannem
Georgium Oexel atramentariò peteret. De quâ
injuria Elector literis d. 19. Julii ad Collegium
Electorale datis acerbè questus, satisfactionem
quæsivit. Ipsa hæc Commotio, quomodo in pleno Elec-
torali Collegio fuerit compressa, apud Pastorium

in Actis Publicis ejusdemq; Floro Germanico videre est. Porro haec Contentio diversis Scriptis agitata ex quibus ad cognitionem meam venere sequentia:

1. De Vicariatu Palatino.
2. Cäsr-Bayerische Gegenbericht de Palatino Vicariatu.
3. Ablehnung des Cäsr Bayerischen Gegen-Berichts.
4. Cäsr Bayerische fernere Anzeige de Vicariatu
5. Wohlgegründete abfertigung der Cäsr Bayerischen fernern anzeige.

Quia autem Palatini in suis Scriptis ostenderunt, Vicariatus Dignitatem non esse Appendicem aut partem Electoralis dignitatis et Archi-Dapiferatus, sed Jus peculiare Electori Palatino ratione Palatini Comitatus competens; non pauci tamen status, ac ipse Elector Saxoniæ haud occultè faveat causæ Bojaricæ, lis nondum decisa definitionem exspectat.

§ 108. Præsentem Electorem plus Francis, quam Austriacis favere, certum est, Cumq; Leopoldus Cæsar Batavis laborantibus succurrere, et Germaniam à Gallorum incursu liberare contenderet, aculeatis scriptis Epistolis eâ de re inter hos Magnates actum: neq; etiam nuper Cicalo Sueuico, cui tamen rationes Mundelheim et Wiesensteig innexus, suorum stipendium manum admouisse Electorem compertum habeo.

§. 109. Hoc ipso anno magnificum Monachiense Palatium, cui nullum par in Germania, magnam partem exustum, multaq; cimilia incendio consumta sunt. Non dubitandum tamen Electorem operam daturum, ut pristino resuegat splendore, cum non desint tanto Principi Opes, tum aliundè, tum ex Salis et Cereviſiæ monopoliis quæsitæ. Imò in anno ne caritate non nisi ex granariis Electoris frumentum Subditis licet redimere. An, quas numerosius habet Elector, Copiæ Militares suâ, an alienâ quoq; pecuniâ sustententur, meum non est solicitius inquirere.

CAPVT VII
DE
DVCIBVS ET ELECTORIBVS
SAXONIÆ.

Ad hoc Caput pertinentia Clarissimus Dominus Auctor jam revisa et aucta sub Titulo: HISTORIÆ SAXONICÆ Typis exprimi curabit.

CAPVT VIII.
DE MARCHIONIBVS & ELECTORIBVS BRANDENBVRGENSIBVS.

§. 1. Qui Brandenburgensis Urbis ad Havelam sitæ Conditorem faciant Brennum, quo Duce Senones quondam Romam diripuerunt, aut ad Brandonem quendam, Francorum Ducem, Marcomiri filium referunt, nescio an assertioni suæ sperata possint fidem facere.

§. 2. Marchiæ autem Brandenburgensis origo merito refertur ad Henricum I. Aucupem, qui expugnatâ Brandenburgo, et insigni Templo et Episcopatu ibidem condito, Custodem limitibus Regni Germanici adversus Hennetos anno 927. ibi collocavit Sigfridum, Comitem in Ringelheim, fratrem Conjugis suæ Mechtildis, qui circa annum 946 fato nescio quo occubuit.

§. 3. Sigfrido ab Ottone I. Successor datur Gero, Marchio Lusatiæ, Ermini Comitis Merseburgensis filius, Gerenrodensis Coenobii Conditor, quem Otto I. contra Tanquardum fratrem nothum, ejusq; Socios defendit. Decessisse dicitur anno 965.

§. 4. Geroni successit Brunico, Brunonis filius, qui Ottoni I. contra Eberhardum Franciæ Orientalis Ducem adhæsit, ac Brandenburgi in monte Harlungorum, qui ab eo B. Mariæ nomen accepit, cum filiis Meinfrido, Hermanno, Sigfrido, Patris, ut volunt, Successoribus, sepultus est.

§. 5. Horum frater fuit Hugo, qui supra Marchionatum Brandenburgensem, Hetruriæ Præfecturam adeptus est, et Ottonem III. Romæ obsessum, pleno fidelitatis et prudentiæ consilio liberavit. Hic Pistorii in Italia mortuus, Florentiæ in Abbatia S. Benedicti à se condita humatus est, cujus Sepulchro hæc verba adscripta leguntur:

Hugoni, Ottonis Imperatoris affini et Comiti, Marchioni Brandenburgensi, Hetruriæ Præfecto, quod S. Benedicto hic olim et VI. alia Cœnobia condidit, pii hujus loci Monachi de se benè merito sepulchrum vetustate attritum anno Salutis 1483, instaurarunt. Obiit anno 1001. 12 Kal. Januarii.

§. 6. Hujus ex fratre Sighardo Nepos Udericus, à Mistevojo Principe Heneto, quem Canem appellant, matrimonio filiæ Saxoniæ Ducis indignam cepisset, bello petitus, amissa arce Brandenburgica, omniq; ditione sua exutus, miserè vivens, obiit circiter anno 1020. Vid. Helmold. lib. 1. c. 16. Kranz. Vandal. lib. 2. c. 41. 42. lib. 3. c. 15. 16. 17.

§. 7. Post illa Heneti in Marchiâ Brandenburgensi dominati usq; ad Henrici IV. tempora, actum Sigfridus Comes Stadensis Marchio Brandenburgensis factus, quam, quia Brandenburgensis Marchia adhuc in manibus Hæretorum, Landesbergæ propè Berolinum, unde Landesbergensis Marchia appellari cœpit, sedem fixit, undè tamen cum Udone filio à Mistevojo ejectus est. obiit 1080.

§. 8. Udo post interfectum ad Merseburgum Rudolphum Anti-Cæsarem, ejectis Heneti, et recepta Urbe

Brandenburgensi

Brandenburgo, et trans Albim quibusdam oppidis Marchiæ additis, veterem Regiminis formam restituit circa annum 1085. At cum Udo II. primi filius, biennio ante Henrici IV. obitum, adversus hunc Imperatorem conspirasset, ejusdem permissu Pribislaus Henetorum et Obotritorum Princeps Udonem Marchia ejecit, qui Herßfeldi propè Stadam mortuus est anno 1106.

§. 10. Udoni II. frater erat Rudolphus; filius Henricus et ex Rudolpho fratre nepos Udo III. qui ultimi Marchiones Brandenburgenses ex hac familia fuerunt. Legendi de Comitum Stadensium familia Abbas Stadensis Albertus, et in ejusdem appendice Genealogica Reinerus Reineccius, Alb. Kranz. Vandal. l. 3. c. 17. et in Saxonia aliique.

§. 11. Postea Henricus V. Ottoni Girki, Marchioni Soltwedelensi, ex antiqua familia Comitum Ascaniæ et Ballensteti, Magni Saxoniæ Ducis genero, titulum & insignia Marchiæ Brandenburgensis contulit.

§. 12. Ottonis filius Albertus Ursus, recuperata tandem, expressis Henetis, Marchia, à Friderico I. inauguratus est Mersburgi anno 1152. Cujus anno 1169. morientis ex Sophia Reineccia filius Bernhardus Saxoniæ quoq; Ducatum accepit, proscripto Henrico Leone.

§. 13. Ut autem à Bernhardo Electores Saxoniæ veteres Duces Saxo Lauenburgici, ac Principes Anhaltini descendunt, ita ab Ottone, altero Alberti filio familia Brandenburgensium Marchionum, qui per annos ferme 200. Marchiam gubernarunt, propagata est.

Hic Otto I. bellis cum Canuto Daniæ, Bela Hungariæ Regibus, et Wichmanno Archi Episcopo Magdeburgensi ac et Ulrico, Halberstadensi Episcopo (quo primum capto, alio prælio Archi Episcopum vulneratum coepit) defunctus, decessit Anno 1198. in Monasterio Leminensi prope Brandenburgum sepultus, relictis ex Anna uxore filiis Ottone II. Alberto II. Henrico Tangermundensi, qui memoriam nominis sui instituto primum Collegio Stendalensi posteris commendavit, et Theodoro Soltwedelensi Marchione.

§ 14 Patri autem successit Otto II. qui expeditioni Friderici I. in Palæstinam, quâ is extinctus, interfuit. Burchardum Magdeburgensem, et Meinerum Halberstadensem ad æquas pacis conditiones adegit. Fratrem Albertum sibi adversantem bello coepit, sed in carcere aliquandiu habitum sponte liberavit, et quod ipse ex Anna Johannis, Comitis Ascaniæ filia nullos susciperet liberos, successionem ei designavit, obiit anno

§. 15. Fratri igitur successit Albertus II. Friderico II. gratissimus, cui perpetuæ lites crebris excursionibus exercitæ fuerunt cum duobus Pomeraniæ Ducibus Bogislao II. et Barnimo I. obiit anno 1220. Uxorem habuit Mechtildam, Majorem Conradi Marchionis Lusatiæ filiam, nuptiis annotatos celebratis, de quibus vid. Chron. Montis Sereni ad laudatum annum. Ex hac genuit Johannem I. et Ottonem III. ut et Mechtildam Ottoni I. Duci Brunsuicensi nuptam; Annam Nico-

lotti

Lotti Principis Vandalorum, Beatricem Hermanni Thuringiæ Landgravii Conjuges.

§. 16. Johannes I. et Otto III. fratres bello cum Barnimo II. et Vratislao Pomeraniæ Ducibus fuere distenti, ac partem Pomeraniæ sibi vendicantes, novam Marchiam vocarunt. Res demum sic composita, ut Johanni, ductâ Heidwige, Barnimi I. filiâ, jura dotalitia manerent occupata in Nova et Vcazo-Marchia. His ita transactis; inter utramq; domum amicitia stabilita in ejusq; firmius vinculum Barnimus tertium nuptias meditans, Ottonis III. Brandenburgensis filiam Agnetem conjugio junxit. Hic Johannes ampliavit Landesbergam, et Francofurtum constituit emporium. Franciscanorum quoq; Monasterium Sekusæ condidit. Anno 1262. vitâ excessit, ex priori conjuge Sophiâ, Waldemari Daniæ Regis filiâ (altera Sophia Saxonica, et tertia, Heidwigis Pomeranica improles decesserunt) relictis liberis Johanne II.

Ottone IV. et
Conrado, Marchionibus
Erico Archi-Episcopo Magdeburgensi,
Helena Friderici Marchionis Misniæ,
Mechtilde, Christophori I. Regis Daniæ
Agnete, Bogislai IV. Pomeraniæ Ducis uxore.

§. 17. Cæterum quia hoc Stemma in duos præcipuos ramos divisum, prius quam de Johannis I. posteris dixerimus, Ottonis III. familiam breviter perlustrabimus.

§. 18.

§83. Otto ille cognomento Pius et Beneficus, Brandenburgi in Borussia, et Monasterii Strausbergensis Conditor, cujus ædificia ruinosa, et Chorum templi marmoratis Parietibus, et tot Marchionum Sepulchris olim insignem, tecto nudatum sub dio complui et collabi, non sine gemitu se conspexisse testatur Chytræus Saxon. lib. 11. Bello cum Hildebrando Archi-Episcopo Magdeburgensi et Ludolpho Episcopo Halberstadiense gesto, captus, et in arce Langenstein detentus, non modicâ pecuniâ, et oppido Alvensleben se redemit. Sed postea ipsum Episcopum captum carceri mancipavit. Eidem post Wilhelmum Comitem Hollandiæ Imperialis dignitas oblata, sed ab ipso recusata dicitur. Hic anno 1267. Brandenburgi mortuus et in Cœnobio Strausbergensi sepultus, ex uxore Beatrice Primislai Bojemiæ Regis filia genuit Johannem dictum Pragensem, ibidem educatum et in hastiludio anno 1267. occisum;

Albertum,
Ottonem longum et
Ottonem parvum ob Hedwigem uxorem Rudolphi I. Imperatoris genetricem, à morte veri Conjugis Templariam ac Deiparæ Monachum anno 1305. mortuum.

Kunigundam Belæ Ungariæ Regis uxorem,
Mechtildam Barnimo III. Pomeraniæ Duci nuptam,
Agnetem, primo Erici Regis Daniæ, post Johannis Comitis Holsatiæ Conjugem,
Helenam quam Ernestus Princeps Anhaltinus duxit.

§84. Alberto ex Mechtilda Christophori Daniæ Regis filiâ nati fuerunt tres filii, immaturâ morte ejus beneficii,

incertum, an forsan illi qui in Marienthalensi Coenobio cum hac inscriptione sepulchrali recondith:

Hic sunt sepulti Marcgravii filii culti
Otto, Conradus, Volradus, tegmine Petræ
Brandenburgenses, requiescant pace perenni.

Vid. Bunting. Chron. Brunsv. pag. m. 363.

et duæ filiæ

Beatrix Henrico Leoni Duci Mecklenburgensi nupta quæ dotis nomine Stargardiam Marito obtulit et Agnesa Primislao II. Regi Poloniæ primùm, post Nicolotto Puero Rostochiensium Domino desponsata, quâ temerè repudiatâ, cum Otto et Hermannus Patruelis cognationem familiæ illatam ulturi Rostochio bellum intentassent, Regis Daniæ tutelæ Rostochienses se subjecerunt.

§ 20. Otto longus Ottonis III. filius, Wenceslai Bohemiæ Regis Tutor, Novam Marchiam à Cruciferis Borussiæ emit, sed propter illam bellum cum Polonis gessit. Mortuus anno 1298. In matrimonio habuit primâ Catharinam Primislai Bojemiæ Regis filiam, ex quâ nata Beatrix Boleslai Ducis Lignicensis uxor

deindè Juditham, Henrico (alias Hermanno) Comiti Hennebergensi natam, ex qua geniti

Otto Magnus, qui post Hedwigis (aliis Anna vocatur) Henrici Pii Ducis Lignicensis filiæ obitum, Magister Ordinis Teutonici factus;

Hermannus Longus de quo max dicemus;

Albertus Comitissæ Ascanicensis maritus;

Guntherus Marchio Wolmerstadiensis anno 1291. mortuus
Juditta Rudolphi Saxoniæ Ducis conjux
Mechtild aliis Agnesa Henrici Probi Ducis Vratislaviensis uxor
et Kunigunda Monialis.

§. 21. Hermannus longus, cui Avunculus Poppo Henne-
bergicus multas arces in Franconiâ concessit, quæcum filio
unicus decessisset, suæ Sororem ejus Brigittam seu Juttam
ejus marito Henrico Hennebergico restituta fuit, ex
Anna Alberti I. Imperatoris filia genuit
Johannem illustrem ultimum hujus familiæ marchionem
anno 1312 decedentem, Cujus uxor Catharina Henrici ferri
rei Ducis Saganensis filia ab obitu mariti nupsit Johanni
Comiti Holsatiæ;
Brigittam, Berchtoldi (aliis Henrici) Hennebergensis Comitis
Agnetem Woldemari I. Electoris Brandenburgensis,
Mechtildam Henrici ferrei Ducis Glogoviensis, et
Annam Ottonis Comitis Hennebergensis Conjuges,
Ipse autem Hermannus longus anno 1308. decessit. Et
tantum quidem de Posteris Ottonis III. Pii. Nunc
ad Johannem ejusq; Posteros regredimur.

§. 22. Johanni I. filios fuisse dicimus quatuor:
Johannem II.
Ottonem IV.
Conradum &
Ericum.
Johannis fœvorem ambiebant Silesii, imprimis Vratisla-
vienses, ulturi injuriam à Boleslao Calvo seu Sævo

Principe

Principe Lignicense illatam, et quoniam bello gerendo sumtus requirebantur, ditionem Crosnensem hypothecae nomine tradiderunt, pro 4000 aureorum, eâ quidem conditione ne se Boleslao jungeret. Finito bello Crosnam reddidit Henrico Probo Vratislaviensium Duci, postquam 6000 aureorum solvisset. Condidit Johannes Minoritarum Coenobium Premislaviae, obiit 1285. Uxores habuit duas, Hedwigen anno 1277. mortuam, et Helenam Theoderici Misniae Marchionis filiam; filios verò tres

Albertum
Henricum &
Conradum,

quos antè se defunctos vidit. Ex his Albertus Ducibus Pomeraniae partem Provinciae, qua Stargardiâ ad Oenum versus Poloniam et Neomarchiam protenditur eripuit, sed Pacis amore reddidit. An Matrimonio fuerit junctus non reperio. Certè Genealogia Johannis II. ultra non extenditur. Elisabetha filia Alberto Seniori Principi Anhaltino nupsit.

§. 23. Fratri ergò successit Otto IV, Sagittarius (mil. Germ. Phil.) dictus, quod in obsidione Stasfordiae Sagittae Caput ictus, toto anno eandem in vulnere circumtulerit. Hic imprimis Wenceslao Bojemiae Regi autor fuit invadendae Poloniae, quod tam feliciter processit, ut Primislaus in Bacchanalibus opprimeretur. Actum Marchiones Brandenburgenses commodis suis intenti, magnam Poloniae finitimae partem ad Novum Marchiam protraxerunt.

Boleslai quoq; Masoviæ Ducis Primislaum ultri conatus fregerunt. Otto hic Zilanam arcem in ditione stenbergicâ à Polonis eversam instauravit, et Minoritarum Coenobium Paswalci in Pomerania fundavit. Templini in Marchiâ anno 1308 decessisse, ex antiquis monumentis colligit Bucholcerus in Chronico, quanquam reliqui annum ponant 1298. Nullos ex Elisabetha Johannis Comitis Holsatiæ filia reliquit liberos, sed successorem Conradum fratrem.

§ 24. Ericus frater Magdeburgensem Archi-Episcopatum ambiens, propter Competitorum multitudinem sperata dignitate excidit, quam Guntherus Comes de Schwalenberg (Quem Kranzius in Vandal. malè vocat de Schwarzburg) impetrat. Quapropter Johannes et Otto fratres novum Archi-Episcopum bello petunt, quod Magdeburgenses argento à cervicibus depellunt. Quandoquidem autem Guntherus sponte se Archi-Episcopatu abdicaret, in locum ejus surrogatus Bernhardus Comes de Welpe infulâ exuitur, quæ Erico Brandenburgensi defertur. Ottonem cum 300 aliis bello Magdeburgico captum et pro 7000 aureorum taxatum, memorant Kranzius Vandal. lib. 7. c. 37. Saxon. lib. 8. c. 32. Metropolis lib. 8. cap. 38. 41.

§. 25. Conradus frater Dantiscum à Polonis hypotheca nomine acceperat, quam ei iterum extorsit Barnimus Pomeranus. Vivere desiit Conradus anno 1304. Uxores ei assignantur quatuor: Prima Constantia, Primislai Posnoniæ Ducis; altera Brigitta Theoderici Misniæ Marchionis; Tertia Sophia, Erici IV. Daniæ Regis filia, quarta Nobilis à Sandau. Ex Sophia filios habuit IV: Johannem III.

Waldem-

Waldemarum 1.
Conradum, Magistrum Ordinis Teutonici anno 1288. decedentem
Ottonem Equitem Templarium.
Ex Nobili Sandavienſi ſuscepit
Henricum ſine Terrâ, et
Hermannum Epiſcopum Havelbergenſem.
Filias etiam genuit tres:
Agnetem Ottonis largi Ducis Brunſvicenſis Conjugem,
Gertrudem Friderico Burggravio Norinbergenſi nuptam,
Eliſabetham Alberti Senioris Principis Anhaltini uxorem.

§. 26. Johanni III. Bellum intercesſit cum Friderico admorſo et Tilemanno fratribus Misniæ Marchionibus, quorum Patri Alberto Degeneri, filiis hæreditate privaturo ſeſe tabogen: diſſenſio tamen pactis utrinq; tolerabilibus ſublata. Johanne autem anno 1305 mortuo, inter Waldemarum I. et Fridericum recruduit bellum, quo tandem ao 1311. Fridericus captus tandiu fuit detentus, donec diplomate obſidis aliquot renunciaret. Huic fidem adhibere negabant Proceres, niſi Principis voluntatem coram agnoſcerent. Hunc adductum, Brandenburgenſibus vi armatâ extorſere Misnenſes, quorum auctores Keheſeldii, familiæ ſuæ nomen Löſeriorum intulere. Captus etiam Albertus Anhaltinus pacta Eliſabethæ ſponſæ, Friderici filiæ carere neceſſum habuit. Waldemarus porrò bellum cum Rudolpho Saxoniæ Electore geſſit, a quo victus, cum à Brizenſibus reciperetur, iis Fidelium cognomen dedit. Etiam cum Mecklenburgenſibus ad Stargardiam gravi prælio certavit, et Misniæ Marchionibus Luſatiam inferiorem ademit. Porro fratribus bellum fuit cum Ottone Duce Pomeraniæ

summâ primum celeritate ac felicitate, quæ postea inclinavit, gestum, multaq; Pomeranis erepta restituta sunt.

§. 27. Cæterum Johannes III. cui uxor erat Comitissa Cattimeliboccensis anno 1305, Henricus sine terra anno 1313 Woldemarus I. 1319. sub initio Belli Danici vita excessere. Ex Woldemaro nata Helena Henrici Junioris Ducis Brunsvicensis uxor, et Catharina, primo Magno Torquato Duci Brunsvicensi post Alberto V. Saxoniæ Electori nupta.

§. 28. Henricus sine terra ex Agnete (aliis Mechtilde) Sangershusana Waldemarum II. & Johannem IV. genuit et Sophiam, aliis Agnetem, quæ Magno Brunsvicensi Duci attulit Sangershusam, Lechstadium, Landesbergam, et alia loca. Quod igitur Johannes III. omni, Waldemarus vero masculâ careret prole hereditas cum Electorali dignitate pervenit ad Waldemarum II. & Johannem IV.

§. 29. Waldemarus implicitus fuit bellis Mecklenburgicis, quæ ex Castellis Warnemundanis originem traxerunt. Ortam Waldemaro ferebant Otto et Waldemarus Pomeraniæ Duces, à quibus Wizlaus Princeps Rugiæ, sub Henrici IX Daniæ Regis et Sociorum Henrici Mecklenburgici, Gerhardi et Johannis Holsatiæ Comitum Signis militaribus Pacem petere, et conditionibus pro Victorum arbitrio latis acquiescere cogitur. At Wizlaus vindictæ cupidus Erico Regi Daniæ denuo se juramento obstringens, Civitatem Stralsundensem fœdere Brandenburgensi Marchioni

junctam

junctam gravi obsidione premit. Deo verò urbem protegente (quæ verba sunt Chytræi) consilia hostium et robur cordium languefaciente, terribilis illa Regum et Principum conjuncta expeditio, quæ tantam universi arctoi orbis de se exspectationem concitarat, in fumum tandem abiit. Vid. Kranz. Vandal. lib. 8. c. 5. Saxon. lib. 9. c. 34.

§. 30 Waldemarus tandem nullis relictis liberis decessit anno 1322, eundemq; 14 diebus post secutus frater Johannes IV. qui cum ex duabus uxoribus, Engelberta Mecklenburgica et Helena Lusatica nullos itidem genuisset liberos, universa illa Marchionum familia, quæ à medio Seculi XII. ferè per ducentos annos floruerat, exaruit, licet paulo antè teste Kranzio Vandal. lib. 8. cap. 3. 19. Marchiones viverent, quos aliquando Setenavia de modicâ hæreditate quæstuus convenisse ferunt. Et quia Chytræus Waldemarum II. post sex fratres ante ipsum defunctos decessisse testatur, quatuor horum in Tabulis Tübingensibus omissi sunt.

§. 31. Successionem Waldemari et Johannis sibi deberi contendebat Albertus Junior Princeps Anhaltinus quod genus ab Albertum Ursum, communem Anhaltinæ & Marchicæ familiæ Patrem referret. Verum Ludovicus Bojariæ Dux ac Imperator vacans Marchiæ feudum cum Electoratu concessit filio Seniori Ludovico solennem investituram ei conferens Numburgi anno 1329.

§. 32. Hunc Ludovicum (instinctu ut creditur Caroli IV)

valdè exagitavit impostor Jäkel Rebock (quomodo eum vocat Albinus in Chronico Misnensi) Waldemarum, cujus nomen Brandenburgensibus gratissimum erat, mentitus, tantoq; vulgi favore exceptus, ut ei complura castella dederentur. Accessit frequens Nobilitas, postquam Albertus et Johannes Comites Mecklenburgenses in Principalem dignitatem sublati, ita asserendæ Marchiæ Pseudo-Waldemarum strenuè adjuvarent, ut Ludovicus etiam affinis Regis Daniæ opem necessum haberet implorare, qui Mecklenburgi partem mari vicinam vastat, ab Alberto tamen rejectus. Cumq; ingente collecto exercitu Pseudo-Waldemaro se opponeret Ludovicus, Carolus IV. isti non dubitavit auxilium ferre: Jamq; res ad prælium spectabat, nisi Proceres Ludovici à Carolo corrupti Dominum deterruissent. Legantur de hoc Pseudo-Waldemaro Henricus Monachus Rebdorffiensis ad annum 1347. Krantz. lib. 8. Vandal. c. 18 & 31. Dresserus Part. 2 Millenar. VI. p. 484 sqq.

§. 33. Ludovicus demum moztuum pertæsus Brandenburgensem, Marchiam fratri Ludovico Romano concessit, servatâ Electoralî dignitate. Habebat Ludovicus ab obitu Patris insignia Regni Germanici et famosas relíquias in manibus. Hæc suasu Palatini, qui socer erat Carolo, pro redimenda pace, quietaq; Marchionatus Brandenburgici possessione Carolo IV. contulit, eoq; solennem Marchiæ investituram à Carolo Norinbergæ impetravit.

§ 34. Cum Ludovicus Romanus anno 1361. improlis decederet, Marchiam Brandenburgensem adeptus Otto, frater Dux Bojariæ (mirum qui originem ignoret Krantzius Saxon. lib. 8. c. 34) Meinardo Ludovici Senioris filio Electorali

dignitate

dignitatem præripuit. Sed Otto Marchiam posteà vendidit socero Carolo IV. et pecuniam cum Gretula amasiâ in delitiis consumsit uti diximus in Historica Bojarica § 63.

§ 35. Carolus IV. qui anno 1377. Tangermundæ arcem condidit, Marchiam ad Wenceslaum filium, hic ad fratrem Sigismundum anno 1378. transmisit. A Sigismundo pignoris loco acceperunt Jodocus et Procopius Moraviæ Marchiones; à Jodoco Wilhelmus invictus Thuringiæ Landgravius à quo anno 1411. redemit Sigismundus Imperator.

§ 36. Sigismundus deindè Marchiam Brandeburgensem, ob egregiam in Bellis Bojemicis et Ungaricis præstitam operam, concessit Friderico VI (quem alii IV. vocant) Burggravio Norinbergensi, intervenientè stipulatâ quadringentorum aureorum millium, adjectâque conditione, ut, si filius Imperatori nasceretur, et Marchia et Electoratus ad eundem rediret, sin minùs, utrumque Fridericus retineret. Igitur consensu reliquorum Electorum Fridericus investituram impetravit in Concilio Constantiensi anno 1417.

§ 37. Burggraviorum hæc Norinbergensium familia ex quâ Fridericus Elector I. oriundus, Satores habuit antiquos Comites de Zollern: Ex quibus Conradus Norinbergensis Burggravius Seculo XII. floruit: Unde per Fridericum I. Conradum II. Fridericum II. Fridericum III. Fridericum IV. Johannem, Fridericum V. ad Fridericum VI. recta descendit familia.

§. 38. Hic Fridericus anno 1372. ex Elisabetha Friderici gravis Misniæ Marchionis filia natus, rebus gestis contra prædones Francicos, Mediolanenses Vice-Comites, Bojemos Sigismundo rebelles, Rotenburgenses & Tuberam turbantes, inclytus, primo vices Sigismundi in Marchia sustinuit, ac postea Marchiam ipsam cum Electorali dignitate ab eodem impetravit, Coloniam ad Spream conditis ut pactam pecuniam commodius solveret, Norinbergensibus anno 1427. cum Burggraviatu arcem Burggravium à Cæsareâ arce distinctam, mox ab emtoribus eversam, et nemora duo, consentiente Sigismundo, vendidit. Servatis tamen aliquibus juribus et Regalibus in primis extra civitatem. Tria distincta & propter confecta sunt instrumenta, quorum summam recitat Limnæus in Jure publico. Mortuo Alberto, ultimo Saxoniæ et Ascaniæ lineæ Electore, Wittebergam et cætera Electoralis ditionis occupavit, quæ tamen, solutis in bellicum apparatum impensis, et stipulatâ pensione annuâ, Friderico bellicoso resignavit. Hussitico bello cum implicaretur, Comitiis Norinbergensibus Dux adversus illos declaratur: illi verò Marchionatum aliquoties fœdè popularentur, Francofurto etiam obsessa. Obiit Fridericus Carolsburgi anno 1440. d. 21. Septembr. Sepulchrum cum uxore Elisabetha, Friderici Bojariæ Ducis filia, nactus Hellsbronnæ. Filios Fridericus genuit quatuor: Johannem, Fridericum et Albertum Electorem

uter

ut et Fridericum juniorem; Filias Septem: Elisabetham Ludovico Duci Lignicensi; Ceciliam Wilhelmo victoriosso Duci Brunsvicensi: Magdelenam Friderico Duci Lunebrugensi, nuptas; Margaretham Alberto Alberti Regis Sueciæ filio desponsatam, sed cum is ante nuptias moreretur, Ludovico gibbosso, Bojariæ Duci, invito ipsius Patre; Dorotheam Henrico Pingui Duci Mecklenburgensi; Barbaram Johannis Ducis Opelii, collocatas; Suellam aliquot à nativitate mensibus exstinctam.

Ante obitum verò Pater, ex quatuor Filiis Friderico II. qui proximus erat à Johanne natu maximo, Electoralem dignitatem assignavit, utpote quem majore commodo & gravitate Septemviratum gesturum judicaret: idq; consentiente et haud indigne ferente fratre Johanne quietissimo.

§. 39. Johannes ille anno 1401 natus, anno 1464 mortuus et Heisbronnæ tumulatus, ob Ekkenii studium, Alchymista dictus; Voigtlandiam accepit, et ex Barbara Rudolphi III. Electoris Saxoniæ filia genuit Rudolphum, anno 1414 quo natus, mortuum: Barbaram, quam inter matronas sui seculi formâ et moribus præclaram Æneas Sylvius celebrat, quæ anno 1433 Ludovico, Johannis Francisci I. Mantuæ Marchionis filii, nupsit annoq; demum 1481 obiit; Magdalenam Bogislai Stetinensis uxorem; Dorotheam duorum Daniæ Regum Christophori III. et Christiani I. Conjugem.

§. 40. Fridericum Juniorem, cui ob Corporis molem Crassi, seu Pinguis nomen adhæsit, Pater supra Veterem

in communem Electoratum majori fratri Friderico dederat, quo jure cessit servatâ Successionis spe, et vitam Tangermundae duxit 6. octobris anno 1463. Ex Agnete Barnamini Pomeraniae Ducis filia, quam à Marziti obitu duxit Georgius Anhaltinus, genita Magdalena, Eitel-Friderico Comiti Zollerano; Agneta Georgio juniori Principi Anhaltino nupta, et Dorothea, quae juvencula obiit.

§. 41. Patri autem Friderico in Electorali dignitate Successit Fridericus II. Anno 1413. d. 19. Novembris Tangermundae natus, ob eximiam in rebus gerendis sagacitatem cum ferreis dentibus cognominatus. Polonos, Lithuanos et Borussos Francofurtum obsidentes fortiter repressit, tribus millibus eorum caesis. In Pomeranos movens tantum assecutus est, ut, consentiente Friderico III. Imperatore, et ipse et frater Albertus titulos et insignia Pomeraniae Stetini, Cassubiorum & Vandalorum usurpare coeperint, quod ad omnes in praesentem diem Posteros transmissum. Adjunxit etiam ditionibus suis Lusatiam inferiorem ab Vladislao Poloniae Rege acceptam; quam tamen postea Georgio Podiebratio Bojemiae Regi, excepto Cottbusio et paucis aliis oppidis, concessit. Mortuo Vladislao Anno 1446. oblatum Poloniae Regnum, quod Casimirus Regis frater viveret, accipere abnuit: ac cum iterum anno 1468. Bojemico sceptro advocaretur, magno animo recusavit. Anno 1469 iter

in Pa-

in Palæstinam fecit, undè seguenti anno reversus, consentiente Cæsare et Electoribus, Electoratum Alberto fratri cedens, Passenburgi obiit d. 10. Februarii anno 1471. ac Heilsbronnæ tumulatus est. Ex Catharina Friderici Bellicosi filia Pater factus Johannis et Erasmi immaturo fato exstinctorum et Tangermundæ sepultorum, Margarethæ, Bogislao X. Pomeraniæ Duci, Dorotheæ Johanni Saxoniæ inferioris Duci nuptarum.

§. 42. Friderico igitur II. Electoratu cedenti successit frater Albertus, Princeps bellicis artibus juxta ac insignium rerum usu inclytus, ac ob id Achylles Germanicus dictus, item[q]; Ulysses Teutonicus ab Ænea Sylvio appellatus, Natus Tangermundæ d. 24. 9bris anno 1414. Bello Bojemico sub Sigismundo Cæsare tirocinia posuit. Bella gessit varia, cum Ludovico Bojoriæ Duce in gratiam affinis Ludovici Gibbosi, quo hujus Sorore usus est; cum Friderico Wirtenbergico Electore Moguntino; cum Ducibus Pomeraniæ; cum Carolo Audace Burgundiæ Duce; cum liberis Imperii Urbibus, ac imprimis Norinberga, quo octo præliis victor non victus, cædibus, incendiis et rapinis tantum detrimenti dedit Nostribus, ut pacem flagitare quam Bellum persequi maluerint. Auctor fertur Legum fundamentalium Confraternitatis cum Saxonibus et Hassis, item[q]; inter Regnum Bojemiæ et Marchiones Brandenburgicos; attamen Ware-

mundus ab Ehrenberg Medicamentorum pro Foederibus
Lib. 1. c. 2. §. 38. refert Marchiones Brandenburgenses
anno demum 1557 ad Foedus der Erbvereinigung
Saxonum et Hassorum, anno vero 1587. ad Erb-
verbrüderung, salvâ Conventione cum Ducibus
Pomeraniæ initâ, accessisse. Videantur etiam Ste-
phani fürstl. Marpurgiss. Successionstractatus
artic. 110. 111. Cum filio Johanni Administratio-
nem Electoralem tradidisset, in Comitiis Francofurtensibus
quibus Maximilianus I. electus, anno 1486. d. xi. Maji in
Coenobio Praedicatorum, ubi et viscera ejus recondita, obdor-
mivit; calvaria ejus nullis in continuo osse futuris distin-
cta, tibiarumq; ossa longitudinem in reliquis hominibus fa-
cientia ad annum 1632 Heilbronnae ostensa, ac tum demum
in sepulchreto recondita sunt. Conjuges habuit duas, Mar-
garetham Jacobi Marchionis Badensis filiam, anno 1457
desponsam, et Annam Friderici II. Palatini Saxoniae Elec-
toris filiam anno 1512. rebus humanis exemptam. Prio-
trigam filiorum filiarumq; sequeris, altera quatuor filios
et octo filias enixa est. Prioris connubii fuere: Johannes
Elector, Fridericus et Wolfgangus: immatura aetate epotinci;
Ursula Henrico Münstenbergensi Duci, contra Pontificii Pauli
interdictum, quod Pater Sponsi cum filiastris faceret, anno 1467
nupta, anno 1503. Vratislaviae mortua ac sepulta: Elisa-
betha Eberhardi II. Ducis Würtenbergici uxor, quae ao 1524
impotentis obiit, ac Stutgardiae humata est; Margaretha
à Matre coenobio addicta, sed ab excessu Matris Casparo

Palatino

Palatino Bipontino facta, inde gravi morbo implicita, Curiam Variscorum in Coenobium S. Clara missa, ubi primum facta Abbatissa, post tactã superstitione, posito munere, ut priorum Monialium una consenuit, anno 1511. decedens. Ex altero Matrimonio prodiere (1.) Fridericus. Hic, quia primam Franconicam condidit lineã postquam de singulis Electoribus erit dictum, cum Posteris proponetur. (2.) Sigismundus anno 1468 Onolsbachii natus in aula Maximiliani I. adoleuit, ejusq; bellis Ducatum militarem meruit, & testamento Paterno accepit Voigtlandiam quam anno 1495. moriens Friderico fratri reliquit, et in Coenobio Heilsbronnensi quiescit (3.) Albertus anno 1470 Onolsbachii natus, eodem anno vivere desiit (4.) Georgius ao 1473 genitus annis 2½ infantilibus sublatus. (5.) Emilia 1481. Passenburgi nata, et loco sororis Margarethæ Caspari Bipontino nupta, annoq; 1481. extincta (6.) Anna anno 1482 non diu post partum demortua (7.) Barbara, aõ 1484 Onolsbachii nata, Henrico II. Duci Glogouiensi eã conditione nupta, ut si ipse absq; liberis decederet, hæreditas ad uxorem Patrui sui Albertum devolueretur, Henrico autem anno 1476 mortuo, Albertus Pater in deuolutã hæreditate à Johanne Saganensi turbatur, donec Barbara Vladislao Regi Bohemiæ desponsaretur, à quo tamen domum non est ducta, anno 1500. vitam cum morte commutans, Heilsbronnæ sepulta. (8.) Sibylla Anno 1467. nata Wilhelmo III. Duci Juliacensi & Montano nupta, anno 1511. mortua (9.) Dorothea, Abbatissa Monasterii S. Clarae Bambergæ, aõ 1471. nata, anno 1529. vita concessit. (10.) Elisabetha anno 1474 genita, Hermanno Principi Henneberg. Romhildensis lineæ nupta, obiit anno 1507.

(11.) Magdalena anno 1476 brevi à nativitate extincta,
(12) Anastasia anno 1478. nata Wilhelmo Principi Hennebergio Schleusingensi nupta, cujus maritus 90. ætatis anno 1559 decessit cum Anastasiam anno 1534 amisisset.

§. 43. Johannes, Alberti Achillis filius, ob staturam procerem et autoritatem eximiam Magnus, ob admirabilem dicendi facultatem Cicero Germanicus dictus, natus est Onolsbachii 1454. d. 11. Augusti, in aula Patrui Friderici cum ferreis dentibus educatus, ipsoq; belli Pomeranici caussa adsente, Marchiam quindecennis administravit. Anno 1474 cum Electore Saxoniæ Ernesto tres Reges Poloniæ, Bojemiæ et Ungariæ discordes, adductâ aliquâ militum manu, habitâ Oratione benè longâ sapiente et gravi feliciter composuit ad Vratislaviam. Anno 1476. cùm, mortuo Sororio Henrico Glogoviensi Duce, qui Conjugi, Johannis Sorori, ejusq; hæredibus legaverat Ducatum, hunc verò Patruelis, Johannes Dux Sagani, adscito in partes Matthiâ Rege Ungariæ sibi vindicaret, gravissimum erupit bellum, quod tandem Commentii sic compositum, ut Barbara Electoris Sorori dotalitii nomine Crossen, Zyllichium, Sommerfeldium, Rotersberga Ducatui avulsa concederentur. Veterem Marchiam ob cerevisiarum vectigal coercet, et multis privilegiis ob hoc mulctat. Primus fuit Electorum qui fixam sedem habuit in Marchia, in quo successores eum sunt secuti: Anno 1498. condendæ novæ Academiæ Francofurtensis privilegia ab Alexandro VI. Papa impetravit, quæ tamen non nisi seqvente seculo à Joachimo filio inaugurata. Moritur demum anno 1499. d. 9. Januarii, cum jam diu ob corporis obesitatem, quam aliquoties præsentissima

mortis

mortis periculo curare tentaverat, rebus agendis parum esset idoneus. Corpus primo in Monasterio Lenin depositum, posteà Coloniæ ad Spream sepultum fuit. Paulo ante obitum Joachimum filium hortatus est, ad Pietatis Justitiæ et beneficentiæ studium, à vi verò adversus subditos, nimiâ Nobilium licentiâ et ab illecebris voluptatis dehortatus. Ex Margaretha Wilhelmi Saxoniæ Ducis filiâ ei natus Wolfgangus anno 1480. quo ipso et decessit; Joachimus Successor, Albertus anno 1490. 28 Junii natus, Archi Episcopus Magdeburgensis ac Halberstadiensis Episcopus, ut et Archi Episcopus et Elector Moguntinus, et Romanus Cardinalis, in Historia superioris Seculi famosus, et nobis quoq; in Historia Moguntina memoratus; Elisabetha, eodem quo nata anno 1486 extincta; Anna 1487. nata, Friderico Holsatiæ Duci, post in Regem Daniæ evecto, nupta; Ursula anno 1488. nata Henrici IV. Ducis Mecklenburgensis uxor.

§. 44. Johanni successit filius Joachimus I. cognomento Nestor, Princeps doctus et linguarum imprimis latinæ, ut et Historiæ et Astrologiæ peritus anno 1484. d. 21. Februarii natus, annos ætatis 16. sine Tutore Electoratum aggressus, id quoq; imprimis Electoris Moguntini consilio, verba Aureæ Bullæ, quæ huic instituto adversa videbantur, ad electionem Cæsaream restringens. Anno 1506. d. 27. Aprilis Academiam Francofurtensem ex paterno Testamento unà cum Fratre Alberto introduxit, obtentis à Maximiliano et Julio Papa privilegiis et plerisq; Lipsiâ excitis Professoribus, ex quibus primus

Rector Conradus Wimpina scriptis adversus Lutherum celebris. Anno 1517. Marchiam novam à Magno Magistro Ordinis Teutonici, quæ cum pacto retrovenditionis Friderico II. tradita erat, hæreditariam obtinuit. Anno 1509. Caroli V. Electionem cum Alberto fratre promovit Francofurbi. Anno 1521. in Comitiis Wormatiensibus à Luthe rum à Confessione Evangelica frustrà cum aliis Principibus dimovere conatus est. Anno 1524 à morte Wichmanni ultimi Comitis Ruppinensem Comitatum adeptus ex. Anno 1528. stabile pactum cum Pomeranis initum, quo simultanea investitura Brandenburgicis concessa, et quaties Pomeraniæ Ordines Principibus suis homagium præstiterit, successio in casum masculorum deficientium promitteretur, cautum. Anno 1530 in Comitiis Augustanis eleganti latina Oratione excepit Carolum V. sed à religione Evangelica alienior, gravibus minis nomine Cæsareo abeadem abstrahere conatus est Johannem Saxoniæ Electorem. Iisdem Comitiis Legatis Transylvanicis opem contra Turcas implorantibus latinè respondit. Elisabetham uxorem Johannis Regis Daniæ filiam, quam anno 1502 duxit, ob agnitionem Evangelii custodiæ mandaturus erat, nisi ad Avunculos Saxones confugisset. Pazum aberat, quin ob hoc ad arma deveniret, nec rediit Elisabetha, nisi à morte mariti, quæ Stendaliæ contigit anno 1535. 11. Julii. Dein à filio Johanne reducta Spandaviæ consenuit, annoq; 1555 mortua. Septuaginta ferè cum proles nepotes vidit. Filii Joachimi fuere Joachimus

II. Elec-

II. Elector, et Johannes Sapiens. Filiæ Anna 1507. nata Alberto III. Duci Mecklenburgensi; Elisabetha 1510 genita primum Erico Seniori Duci Brunsvicensi, post Popponi Principi Hennebergico, Margaretha 1511. nata primò Georgio Duci Pomeraniæ, deindè Johanni Principi Anhaltino nupserunt.

§. 45. Johannes natu minor filius, Strenuus, Sapiens, Prudens, Severus, Oculus et Consilium Germaniæ dictus, Custrini 1513. natus, ex decreto Testamenti Paterni novam Marchiam Crosnamq; permissu Ferdinandi I. tenuit, undè Dux Crosnensis appellari cœpit. Quotidianum tempus sic dispartitus est, ut partem precibus ac lectioni Bibliorum, partem Consiliis ad incrementum ditionis suæ, partem aliorum Principum negotiis vendicaret. Evangelicæ Religioni ac fœderi Smalkaldico nomen quidem dedit, sed cum de illa cavisset Cæsar, non modo ab hoc recessit, sed etiam Cæsari militans, vexillo inscribi fecit: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris, et Deo quæ sunt Dei. Cumq; Smalcaldici eum hoc nomine perstringerent, publicis Scriptis respondit. In formulam Interemisticam cum anno 1548. consentire nollet, Comitiis Augustanis abire jussus est: quod ideò factum putabatur, ne suo vel exemplo, vel sermone aliorum animos confirmaret. Undè postea Magdeburgensibus plus favit. At à fratre abstractus est, ac in expeditione Metens.

Carolo V. adfuit. Decessit anno 1571. 03. Januarii. Dissecto Corpore inventus in fellis vesicula lapis asper instar Olivæ, Cor verò flaccidum, quo dissecto, ater sanguis effluxit. Ex Catharina Henrici Junioris Ducis Brunsvicensis filia genuit Elisabetham anno 1540 Georgio-Friderico Marchioni Brandenburgensi Onolsbacensis linea nuptam; Catharinam, quæ Joachimo-Friderico Administratori Magdeburgensi, post Electori, nupsit. Cum is Masculos nullos haberet, hæreditas ad nepotem Joachimum-Fridericum transmissa est.

§. 46. Joachimus II. Marchio et Elector 19. Januarii 1505. natus, Alberti Patrui cura sub Johannis Funccii disciplina educatus est. Adolescens à Patre in aulam Maximiliani ductus adeò ipsi placuit, ut neptem Caroli V. Sororem pacisceretur Sponsam, quæ tamen antè Sponsalia decessit. Porrò Patrem ad omnia ferè Comitia secutus non contemnendum Prudentiæ Thesaurum collegit. Anno 1532. cum 2000 equitibus adversus Solymannum profectus cum Turcicum Ducem Cosonnum ad Leopoldsdorff strenue set, equestri dignitate à Cæsare auctus est. Cum ille ingrederetur, galli vix antè biduum nati lætæ acclamatione cecinerunt. Ab excessu Patris evangelicam Religionem professus Spandaviæ primum anno 1539 S. Coena sub utraq; Specie usus est, cumq; Socer Sigismundus Poloniæ Rex huic instituto per Literas et Legatum intercederet, Elector causas Consilii Epistola prudenter et gravissimè ad Regem Scripta exposuit, quæ inter Melanchtonis Epistolas legitur. Anno 1540. Arcem Electoralem Coloniæ funditus exstruxit.

exit, et Judicium Camerae in Ordinem redegit. Anno 1542
Spirae communi Ordinum consensu Dux Imperialis exer-
citus adversus Turcas declaratus est, quā expeditione, licet
parum promovebatur, quod auxilia vel non, vel sero submitte-
rentur, ditiones tamen Ferdinandi I. à Turcica impressione
servabit; undè imprudenter eum ut recordem, intempestivis
Conviviis deditum, et nullius animi Virum traduxit Paulus
Jovius, meritò à Georgio Sabino et Nicolao Leitingo re-
futatus. Anno 1546 Bello Schmalkaldico Caesareas par-
tes secutus nihilominus reconciliationi Johannis Fri-
derici Saxonis, et Philippi Hassi enixè studuit. Ob com-
missam fallaciam in voculis Einig & Ewig parum a-
best quin in Cardinalem Gravellanum manu vindica-
ret, nisi impedivissent alii. Interimistico Decreto non
admodum restitit, ac ut Friderico filio Magdeburgensis
Archi-Episcopatus servaretur, Tridentinis Patribus,
maxime Legato Christophoro Stadio, videbatur adulari.
Quod haud obscurè indicat Sleidanus lib. 22. Anno 1550
Obsidioni Magdeburgensi cum Mauritio Saxone interfuit,
ejusdemq; bello in Caesarem non adversatus, Albertum
tamen Sobrinum ab ulterioribus turbis dehortatus est.
Anno 1558. Coronationi Ferdinandi I. annoq; 1562 Electio-
ni Maximiliani II. Francofurti interfuit. Bellum Go-
thanum anno 1566. libenter composuisset, nisi permissae
à Deo furiae omnia turbassent. Cum Crosna Ducatum

306. Oppignorationis titulo hactenus possedissent Marchiones, eundem ab Imperatore Ferdinando solenne Jure habendum, et à Rege Poloniæ Sigismundo Augusto 1569 si agnati in Borussiâ sine hæredibus extinguerentur, Successionis certitudinem impetravit. Obiit in arce Köppenik ao 1571. 3. Januarii fraude Lippoldi Judæi, qui in malvatico venenum porrexerat, cum à periculosa cura fraterna paulo ante esset dehortatus. Vixit annos 66. Electoratum administravit annis 36. quo tempore quatuor Imperatores et 26. Electores vidit. Conjuges habuit duas. Primam Magdalenam Saxonicam, alteram Hedwigem Sigismundi Poloniæ Regis filiam. Ex priori genuit Johannem-Georgium Electorem; Fridericum anno 1530 natum, Coadjutorem Magdeburgensem anno 1547. creatum, deinde Episcopum Havelbergensem, post Archi-Episcopum Magdeburgensem anno 1551. et Episcopum Halberstadensem; quo ipso tamen anno in flore ætatis non sine veneni suspicione obiit, in Metropolitana Halberstadiensi Ecclesiâ sepultus; Albrechtum & Georgium gemellos in cunis mortuos; Paulum infantem cum puerpera matre anno 1574 extinctum; Barbaram anno 1537. natam, Georgio Duci Liegnicensi ac Brigensi nuptam. Elisabetham 1638 natam, sequenti anno mortuam. Posterior uxor enixa Sigismundum 1538, à morte Friderici fratris, Archi-Episcopum Magdeburgensem et Administratorem Halberstadiensem, anno 1566. vita decedentem Hallis, ibidem in

Templo

Templo arcis tumulatum. Summus hic eruditorū Patronus fuit; Elisabetham Magdalenam anno 1537. natam, et à Patruo Alberto Archi-Episcopo baptizatam, anno 1559. Francisco Ottoni Duci Brunsvicensi nuptam, qui tamen tertio à nuptiis mense obiit; Ipsa verò annum 1595. attigit; Hedwigem anno 1540. natam, Julii Ducis Brunsvicensis conjugem; Sophiam Wilhelmi Baronis à Rosenberg in Bojemia uxorem; Tertio post initum matrimonium anno mortuam mense 1562.

§. 47. Johannes Georgius, Joachimi II. filius communis Pater omnium Principum ex familia Brandenburgensi superstitum 11. 7bris 1525. natus, cum Friderico fratre Francofurtensis Academiæ Alumnus fuit, tantumq; in literis et artibus profecit, ut prudentissimos non æquaverit, sed etiam superaverit Consiliarios. Tirocinia militiæ posuit in bello Schmalcaldico, ad Wittebergam equestri cingulo ornatus cum honorifico à Carolo V. ad Patrem perscripto testimonio. Ex quo successit Patri 1571. non multo post extincto Patruo Johanne, novam Marchiam et quæ alia ipse possederat accepit, aliquot annis post Lippoldum Judæum veneficii damnatum ignitis forcipibus lacerari fecit, omnesq; Judæos Marchiâ ejecit. Scelus Judæi indicio vocis ab uxore cum Marito ridente imprudenter emissæ deprehensum. Anno 1575. Dresdam ad Maximilianum II. Cæsarem profectus, ibidem de Electione Regis Romani consultavit, ac paulò post electionem Rudolphi Ratisbonæ præsens pro-

curavit

curavit. Anno 1578. simultaneam investituram Borussiæ in Comitiis Warsaviensibus impetravit. Anno 1577 Confraternitatem cum familiis Saxonica et Hassiaca Numburgi contraxit, imprimis cum Augusto Saxoniæ Electore vivens conjunctissimè. Religionem Evangelicam fovit ac promovit constanter, Calvinianæ tam infensus, ut si Professores ei nomen darent, Francofurtensis Collegii incendium non admodum agrè se laturū diceret. Adeoq; formulam Concordiæ procuravit et subscripsit, pro libertate autem Evangelica Colonienſibus impetranda et Gebhardi Truchsessii Archi Episcopi caussa frustrà laboravit. Anno 1591. auxilia Henrico IV. Galliæ Regi adversus Ligistas mittenda decrevit. Obiit Anno 1598. d. 8. Januarii. Ex uxoribus duabus 23. liberos genuit, et ex prima quidem Sophia Friderici II. Ducis Lignicensis filia post partum extincta non nisi unum Joachimum Fridericum Electorem. Ex alterâ Sabina Georgii Marchionis Brandenburgo-Onolsbacensis filiâ 2. Georgium-Albertum 1555 natum sequenti anno denatum; 3. Johannem et 4. Albertum gemellos, fato immaturo sublatos; 5. Magdalenam Sabinam 6. Magdalenam, 7. Hedwigen, 8. Margaretham 9. Mariam, quæ omnes itidem infantili ætate obierunt, 10. Erdmuth 1566. natam, Johannis Friderici Ducis Pomeraniæ nuptam 1577. mortuam 613. 11. Annam Mariam natam 1567. Barnamixi XII. Ducis Pomeraniæ Conjugem 1618. decedentem; Sophiam 1568 natam Christiani I. Electoris Saxoniæ uxorem quæ anno 1622 vitam reliquit. Ex tertia Elisabetha Joachimi Ernesti Anhaltini filia quæ anno 1607. mortua, nati 13. Christianus Culmbacensis lineæ Conditor, de quo et posteris post Franconicam lineam primam agemus; Magdalena anno 1582 nata Ludovico

Hasso

Hasso nupta, quæ anno 1616. obiit. 15. Joachimus Ernestus Onolsbacensis lineæ Satur, in quam ad finem Historiæ Brandenburgensis inquirimus. 16. Agnes 1584 nata primò uxor Philippi Julii Ducis Pomeraniæ, dein Francisci Caroli, Ducis Lauenburgici, quæ annum attigit 1625. 17. Fridericus 1588 natus, cum in Collegio illustri Tubingæ aliquandiu vixisset, indè anno 1610 Ordinis Equitum Johannitarum per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam ac Vandaliam Magister creatus, anno sequenti vivere desiit. 18. Elisabetha-Sophia 1589. nata, primò Principi Johanni Radzeuil nost Julio Henrico Duci Saxo-Lauenburgico nupsit, anno 1629. vitâ abiit. 19. Dorothea Sibylla 1590 nata Johannis-Christiani Ducis Lignicensis uxor. 20 Georgius Albertus anno 1591 natus, anno 1614 Magister Ordinis Teutonici factus, anno sequenti mortuus. 21. Sigismundus anno 1592. natus, sub Wallensteinio Tribunus Legionis fuit, Præfectus Cliviæ constitutus ubi anno 1640 terrenus valedixit. 22. Johannes anno 1597. natus, bello contra Danos 1628. decessit 23. Johannes-Georgius Posthumus 1598 Crosnæ natus, Locum-tenens fuit in fratris Johannis Legione, 1637. Creilsheimii vivere desiit.

§. 48 Joachimus-Fridericus 17. Januarii 1546. semivivus utero materno extractus, Vino Malvatico aliisq; aquis stræticis lotus, divinâ providentiâ servatus fuit. Cum annum ageret septimum post obitum Friderici Patrui, Episcopus Havelbergensis, indè 1555. Lebusiensis Episcopus renunciatus est, Patre interim filii nomine Episcopatus regente. Anno 1565. in aulâ Maximiliani II.

fuit, ac mox ad Bella Ungarica se recepit. Anno 1566. ab excessu Sigismundi Patrui Administrator Archiepiscopatus Magdeburgensis electus, à militia Maximiliani bonâ cum pace dimissus, homagio sibi devinxit Magdeburgenses subditos 1579. ac deinceps Religionem Lutheranam ibidem introduxit. Licet verò Pontificii ejus conatibus vehementer obsisterent, ac Imperator quod ob contractum matrimonium Regalia differret, in possessione tamen mansit, cumq; anno 1582 de possessione ipsi lites moverentur, Comitia Augustana Rudolphi II. deseruit. Anno 1585. natam inter ipsum et Magdeburgensem Civitatem de Jurisdictione Ecclesiastica et Civili controversiam Pater et Augustus Saxoniæ Electores composuere. Anno 1587 Conventui Kumburgensi, quo Confraternitas Saxonica, Hassiaca, ac Brandenburgensis firmata, Anno 1590. Torgensi, quo de suppetiis Henrico IV. Galliæ Regi mittendis tractabatur, intuitu aliaq; itinera ob Juliacensem, Prussicam & Argentinensem causam suscepit. Demum anno 1598. Patri successit in Electoratu, ac anno 1603. Georgio-Friderico in Jägerndorffensi Ducatu, ac biennio post Alberto-Friderico cognato Borussiæ Duci ob infirmitatem mentis Curator datus homagium subditorum recepit. Cum præterea tot Provinciarum accessionem negotia aulica augerentur, Consilii Secretioris Collegium (quod institutum in præsenti durat) novasq; leges Politicas ac sumtuarias tulit. Jubilæum Francofurtensis Academiæ anno 1606.

magni-

magnificè celebravit, annoq; 1607 in valle Joachimica novum cum Templo erexit ac dedicavit Gymnasium. Denique Anno 1608. cùm paulo antè, qui Formulæ Concordiæ olim subscripserat, in Templo Cathedrali Coloniæ, aliquas Ceremonias curasset aboleri, Concionem habente Pelargo, Berolinum contendens, propè pagum Köpsenik in carpento moritur apoplexiâ d. 18. Julii. Ex priore Conjuge Catharina, Johannis Marchionis Brandenburgensis Patrui Magni filia anno 1602 mortua septem genuit filios duasq; filias: 1. Johannem Sigismundum Electorem; 2. Johannem Georgium Jägerndorffensem de quo sigillatim dicemus. 3. Augustum 1580 Hallis natum, et Coloniæ 1601. demortuum; Albertum Fridericum 1582. genitum 1600. mortuum. 5. Joachimum et 6. Ernestum gemellos anno 1583. natos, ex quibus Joachimus 1600. Dresdæ decessit, Ernestus Anno 1611. Magister Ordinis Teutonici per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam et Vandaliam electus 1612. Coloniæ obiit; 7. Christianum Wilhelmum, de quo itidem separatim dicemus. Ex filiabus 1. Anna 1570 nata Christiano IV. Daniæ Regi nupta 1612. vivere desiit. 2. Barbara Sophia 1584 nata, 1609 Johanni Friderico Duci Wirtenbergensi nupta 1616. mortua, non nisi unicam peperit filiam Mariam Eleonoram anno 1607. quam anno 1632. duxit Ludovicus Philippus Palatinus ad Rhenum Comes Simmerianus.

§. 49. Revertimur nunc ad Johannem-Georgium, et Chri-
stianum Wilhelmum, Ille Wolmerstadii anno 1577. nat⁹
anno 1588. cum fratre Johanne Sigismundo ad Argentin-
tensem Academiam missus, Virtute et humanitate sua me-
ruit, ut anno 1592 Administrator Episcopatus Argento-
ratensis ab Evangelicis Canonicis renunciaretur, cum Pon-
tificii in Carolum Lotharingiæ Ducem consentirent. Ma-
gnæ exinde nascebantur turbæ et tumultus bellici, quo-
rum pertæsus Pater filio auctor est Episcopatum resi-
gnandi, quod is faciens Jägerndorffensem Ducatum à
morte Georgii Friderici vacantem accepit anno 1606.
Anno 1616. Magisterium Ordinis Johannitarum acce-
pit. Anno 1618 Silesiæ Ordinum Dux Bellicus constitu-
tus, adeoq; sequentium annorum turbis Bojemicis involuto
Silesiam et Moraviam infestat. Ob hoc à Ferdinando
II. proscriptus, et Ducatu Jägerndorfensi privatus, Beth-
lemi Gaboris Transsylvaniæ Ducis conatus in Ungaria
juvit, annoq; 1624. 2. Martii Leutschoviæ mortuus ac
Cassoviæ sepultus est. Ex Eva-Christina Friderici
Würtenbergici filia, quam duxit anno 1610. genuit
Georgium 1613 sequenti anno mortuum; Albertum
1614 natum, anno 1620 denatum; Ernestum 1617. ge-
nitum, qui in Würtenbergensi aula aliquandiu vixit, dum
Pro-Dux Berolini fuit eoq; in munere anno 1642 improlis
obiit, Jägerndorffiensem lineam claudens. Filia Catharina
Sibylla 1611. nata, sequenti anno decessit, ac alia ejusdem
nominis ao 1615 nata, altero à partu die obdormivit.

§. 50

§. 50. Christianus Wilhelmus 28 Augusti 1587. Wolmerstadii natus, postquam Pater Electoratum, ipse Administrationem Archi Episcopatus Magdeburgensis adiit, anno 1608 inauguratus, sed quod bello Danico contra Cæsarem arma gessisset, anno 1628 proscriptus et à suis desertus, ad exteros Principes, et demum ad Gustavum Adolphum Suecie Regem 1630 profectus, postquam auxilia impetrasset, Magdeburgum rediit. In Magdeburgensi verò expugnatione anno 1631 plumbea glande sinistrum crus trajectus, et è capite graviter contuso à Papenheimiis capitur. Anno 1632 ad religionem Pontificiam in captivitate seductas, suo nomine specimen Veritatis edi fecit à Caspare Brochmanno et Melchiore Nicolai Theologis Lutheranis refutatum. In Pace Pragensi 1635. ab Augusto Saxone Archi Episcopo Magdeburgensi annua duodecim Imperialium millia patctus, pace Westphalica illorum loco Coenobium et Præfecturam Zinnam et Loburg accepit, ideoq; vitam sustentans in ipso anni 1662 exordio decessit, nullâ masculâ prole ex triplici matrimonio suscepta. Uxor tamen prima Dorothea, Henrici Julii Ducis Brunsvicensis filia 1649. mortua peperit Sophiam Elisabetham, priorem Friderici Wilhelmi Ducis Saxo. Altenburgici Conjugem. Altera uxor fuit Barbara Eusebia filia Jarolslai Comitis in Martinitz, Supremi Bojemiæ Burggravii, Vidua Comitis in Zuirben, Supremi Judicii Provincialis in Bojemia Generalis Commissarii Cæsarei, quam anno 1655 (alii 1656.) amisit. Tertia fuit Comes quædam Salmensis Trautmansdorffia.

§. 51. Johannes Sigismundus Elector, Hallis Saxoniæ anno 1582. d. 8. 9bris natus ab avo educatus, anno ætatis 16. Argentinam cum fratre missus est. Anno 1594 uxorem duxit Annam, Alberi-Friderici Borussiæ Ducis filiam, anno 1596. recuperatâ valetudine (nam variolis decubuerat) cum Parentibus et uxore in Daniam ad spectanda Coronationis Christiani IV. solennia profectus, deindè per triennium in Borussiâ moratus est. Ab excessu Georgii Friderici, quem in agone offenderat, cum Christiano et Joachimo-Ernesto Patruis ad ditiones Franconicas transegit. In itinere Prussico erat anno 1608, cum Patris obitus nuntiaretur: Unde constituto Vicario Barone de Butlèr fratris Successionem Electoratus Curatelam Prussicam à Sigismundo Poloniæ Rege firmatam obtinuit. Anno 1609 successione Juliacensium Provinciarum, quas ob Conjugem Annam, Wilhelmi ultimi Juliacensis Ducis neptem sibi vindicabat, seu Legatos apprehendit. Hinc lites illæ Juliacenses tot annis agitatæ Originem traxere. Anno 1610. unioni, quæ Ligæ Pontificiæ opponebatur, nomen dedit. Anno 1611. Prussici Ducatus feudum suo et cæterorum Brandenburgensium Marchionum nomine à Rege Poloniæ accepit. Anno 1612 Electionem Matthiæ Cæsaris Francofurti præsens, Ratisbonensia Comitia sequenti anno per Legatos, obiit. Eodem anno, post obitum Marchionis Ernesti, Pro-Ducem in Juliacensibus constituit Georgium Wilhelmum filium. Anno 1614. Calvinianam Religionem publicè amplexus, reformationem instituere co-

pit

sit, facto initio à Templo S. Trinitatis Coloniæ. Demum cum anno 1617. alterum Electoralis dignitatis in sua familia continuata celebrasset Seculum, aliquandiu etiam ex apoplexia Paralyticus decubuisset, filio paucis ante obitum hebdomatibus Electoratum resignans, in privata Berolinensi, quo concesserat, domo obiit Anno 1619. d. 23. Decembris, ac sequenti anno Majorum tumulo Coloniæ illatus est. Liberos genuit sequentes:

1. Georgium Wilhelmum Principem Electorem.
2. Joachimum Sigismundum anno 1607. natum, anno 1625. mortuum, cum paulò antè Magister Ordinis Johannitarum renunciatus esset.
3. Johannem-Fridericum anno 1607. natum, annoq; sequenti denatum
4. Albertum Christianum Martio Mense 1609. genitum Majo proximo exstinctum.
5. Annam Sophiam Anno 1598. natam Friderico Ulrico Duci Brunsvicensi 1614. nuptam
6. Mariam Eleonoram 1599. natam Gustavi Adolphi Sveciæ Regis Conjugem, Christinæ Reginæ Matrem.
7. Catharinam anno 1602 natam Bethlemi Gaboris Transylvaniæ Ducis Conjugem.
8. Agnetem quæ anno 1606 mundum vidit, sequenti anno mundo valedixit.

§. 92. Georgius-Wilhelmus Elector Anno 1595. 3. Novembris Coloniæ natus, Patrem non modo et avum sed (quæ rara est felicitas) Proavum quoq; Johannem Georgium vidit. Anno 1611. Francofurtensem ingressus Academiam. Anno 1612. Francofurti ad Moenum Electioni

adfuit

dfuit Cæsareæ, ac novo Cæsari Matthiæ gratulatus est.
Anno 1613. post obitum Ernesti Marchionis in Juliacen-
sem Ducatum à Patre Administrator missus est.
Anno 1616. Conjugem Heidelbergæ duxit Elisabetham
Charlottam, Friderici IV. Palatini filiam.
Anno 1619 vivente adhuc Patre Electoratum accepit.
Anno 1621. ab excessu ultimi Prussiæ Ducis Alberti Fride-
rici investituram Prussicam Warsaviæ obtinuit. In cæsa
Palatina Friderico V. affini favit, eumq; è Bojemia pro-
fugum accipiens, ad Batavos dimisit, nec nisi anno 1627
in translationem Electoratus ad Maximilianum Bojariæ
Ducem consensit. Cum Bello Polonico Succi Prussiam
Ducalem investarent, celebratis laudato anno Provin-
cialibus Comitiis, Prussiam ordenavit, et quomodo Succo-
rum incursiones declinandæ, cum Ordinibus constituit,
Anno autem sequente, ipso Mediatore inducias decennales
inter Succos et Polonos firmatæ, eidemq; Segnestro tra-
dita Mariæburgum, Stumma et Hauyt, quæ altera indu-
ciarum prolongatione anno 1635. reddidit.
Quandoquidem verò Anno 1628. Ferdinandi II. Edicto re-
stitutionis Episcopatus Brandenburgensis, Havelbergensis
et Lebusiensis repeterentur, anno 1630. ad Ratisbonensem
Conventum, spoliatis per Militem Cæsareum Provinciis
suntuum defectum caussatus, venire detrectavit; at
Lipsiensem 1631. obiit, eoq; finito, militem conscripsit,
Regiq; Succiæ obsessum Magdeburgum liberaturo spon-
daviam concessit. Hanc, cum expugnato Magdeburgo
enixè repeteret Elector, adeò excanduit Rex Succiæ,
ut antè ipsum Berolinum vim ostentaret, quam Elect-

rale

rale Gynecæum Regi obviam egressum inhibuit. Tum Spandavia ad finem belli permissa Regi, Custrini quoq; et in reliqua Electoris ditione receptus, et securitas, et quæ alia bello ducendo necessaria forent, permissa. Quin et paulò ante Lipsiense præliũm, Copias suas cum Saxonicis Successu exercitui passus jungi, ipse ad sua defendenda digreditur.

Anno 1633. ad exequias Sigismundi Poloniæ Regis Legatum misit Comitem Schwartzenburgicum, ipse autem Wolgasti adfuit, quando Regis Sueciæ Corpus Classe navali in Sueciam transmitteretur. Hinc Pacificatione cum Wallensteinio frustrà tentatã, Francofurtum Cæsareanis fœderatorum ope extorsit. Pace Pragensi 1635 cautum ut si in hanc Elector consentiret (quod dein factum) investitura in Pomeraniam à Cæsare daretur. Quando-quidem autem anno 1637. Bogislaus XIV. ultimus Pomeraniæ Dux decederet, successionem aggrediturus, non sine difficultate tamen: quod non modò Ordines Pomeraniæ initio adversarentur, sed nova Ungarorum irruptio Marchiam infestaret. Et quoniam Sueci Brandenburgensiũm quorũ subditis valdè incommodarent, militiæ Electoralis transmisso anno 1639 Oderæ fluvio in Livoniam penè ad Rigam penetravit, quo permoti Sueci, Berolinum & Francofurtum Electori restituerunt.

Obiit Elector Regiomonti 21. Novembris 1640. anniq; sequentis primo die Martii exequiæ magnifico apparatu ibidem celebratæ sunt. Unicum reliquit filium præsentem Electorem Fridericum Wilhelmum, et

Duas

duas filias: Louysam Charlottam 1617 Coloniæ natam anno 1645 Jacobo Curlandiæ Duci nuptam: et Hedwigem Sophiam 1623. Coloniæ natam, quam anno 1649. duxit Wilhelmus VI. Hassiæ Landgravius. Johannes Sigismundus verò 1624 natus et denatus est.

§. 53. FRIDERICVS WILHELMVS hodiernus Elector natus est anno 1620. d. 6. Februarii. Ejus Regimen præcipuè inclaruit cessione Provinciarum quarundam, et receptione aliarum in Pace Westphalica, motibus Neoburgicis, fœdere Suevico et in Polono bello, discessione à Fœdere Sueci co, ac contra Suecos cum fœderatis bello, et hinc impetrata Superioritate in Ducalem Prussiam, occupatione Magdeburgensi, bello ac Pace Gallicana, ac nunc iterum novo in Gallos bello.

§. 54. In Pace Westphalica anno 1648 Elector Brandenburgicus Suecis cessit totam Pomeraniam citeriorem vulgò Nov-Pommern dictam, una cum Insula Rugia et ulteriori, Hinter-Pommern, Gartz, Dam, Golnau, et Insula Wollin, titulis tamen et insignibus Pomeraniæ in tegris, donec masculæ Superaverit linea, retentis. Recepit autem Elector pro æquivalente (cui Coguuntur Articuli Pacis) Episcopatum Mindensem et Halberstadiensem, ut et exspectantiam Archi-Episcopatus Magdeburgensis.

§. 55. Motus Brandenburgico-Neoburgenses ex dissidio Julliacensi natos anno 1651. post ipsorum Principum patente in Campo Colloquium, Legatorum Cæsareorum interventu eodem anno finitos describit Brachelius Historiæ nostri temporis, in quo hujus Contentionis cognoscendæ cupidum ablegamus.

§. 56.

§. 56. Quod ad foedus Suecicum, res breviter ita se habet. Cum Sueci anno 1655. Poloniam aggrederentur, Elector Brandenburgensis ad defendendam Prussiam Copias conscripsit. Quandoquidem autem Suecicorum armorum felicitas indies succresceret, Elector ineunte anno 1656. percusso cum Suecis foedere, magno ipsis in felici ad Warsaviam proelio adjumento fuit. Sed anno 1658. Rege Suecie ex Polonia digresso ad bellum Danicum Elector cum Polonis in gratiam rediens, inito etiam cum illis in sequenti anno foedere, Superioritatem in Ducalem Prussiam, ac insuper Urbes ac Praefecturas Lauenburgum, Guttau et Lebe accepit. Quod cum aegri ferret Rex Suecie, utnec Flensburgi admittere vellet Legatos Electorales (Quo de videatur Scriptum, cui titulus (Eigentliche Beschaffenheit, abgelassenen Gesandschafft Verrichtung) Elector etiam cum Leopoldo Caesare, ut et Friderico Daniae Rege constituto foedere, Copias suas foederatis armis iuxtim, caput illius militiae dictus est. Quo ipso arma foederatorum in Holsatiam et Pomeraniam translata etiam hac Wollinum et Demminum occupata, Stetinum autem et Gryphiswaldia frustra tentata. Sed sua felix in Fionia contra Suecos praelium sapredintegrata 1660. Anno 1663. Status Prussiae Supremo Dominio Polonico exemti, Electori in praesentia Legati Polonici homagium praestiterunt.

§. 57. Occupationi Magdeburgensi anno 668. assam. declit bellum Episcopi Monasteriensis in Belgium foederatum. Istum enim primò petebant arma Electoris, quia, quod is ad Pacem flexus, ne frustrà poneretur, post certa cum Augusto Saxone pacta, Magdeburgum nihil tale metuens aggressa in potestatem redegere.

§. 58. Deniq; cum Elector, junctâ cum Leopoldo Cæsare vorum Societate, anno 1672 foederato Belgio suppetias contra Gallos ferre laboraret, Westphalica Electoris ditio à Gallis et Monasteriensibus insigni affecta damno, donec pace cum Gallo constitutâ Monasteriensis quoq; Episcopus ad quietem componeretur. Quod tamen articulis Pacis cautum, ne Electori fraudi esset, Salutem Imperii Germanici Procuraturio, factum ut Elector novo fœdere cum Imperatore et Belgis inito ad pellendos Germania Gallos cum Exercitu promovens victoriis arma in Alsatiam ad Brisacum usq; proferret. Imò adventante Turennio cum Exercitu à Condeanis auctu, non modo Brisacum desertum, sed et Colmaria et alia in Alsatia parta sunt amissa. Interea Sveci, nescio quo prætextu, Marchiam Brandenburgensem non infestis quidem armis, attamen exactionibus diversoriis præsserunt. Unde missus ab Electore in Sveciam Legatus Consiliarius intimus à Brand d. 9. Januarii anno 1675 Stockholmiæ Orationem habuit, quâ duos primogeniti Principis obitum nuncial, simul animum ad mitiora flectere laborat. Principium hoc est: V.r Cäs. fürstl. Durchl.

Fabri

Sabrum indurzit und bis[s] anirtzo et Conclusio haec: mupfalw
mig in übrigen Ihr Königl[e] Mayestät zu bisparlibrer
Königlichen Hulden und gnädigster gunstgenusit, Cum
haec non proficerent, coactus tandem Elector presse
Saxoniae Suspetias ferre, quantâ potuit celeritate regressus
ac Magdeburgo nocte concubia cum selecto equitatus
corpore abiens, Suecos improviso adortus cecidit, sternit,
fugat. De Suecorum protervia ac sacrilegiis edoctus
in haec verba, manibus ad coelum elevatis, erupisse fer-
tur: Gott, Gott, du bist mugrenster Gott, und ubirst dises
Verbrechen und die gewaltigkeit meiner Feind wäsen.

§. 59. Ex Electoris priore Conjuge Louysa, Henrici Fri-
derici Arausionensis Principis filia, quam duxit Ele-
cto 1646. nati ipsi sunt

1. Wilhelmus-Henricus anno 1[illegible] natus, sequenti mortuus.
2. Carolus Emilius anno 1655. 6. Febr. natus, anno 1674. 28
9bris Argentinae, quo Patris militiam secutus febre sublatus.
3. Fridericus Regiomonti Anno 1657. d. 1. Julii natus
4 Henricus et
5. Amalia gemelli Anno 1664. d. 9. Novembris na-
ti, quorum alter septimo post partum die, altera
anno 1665 d. 22. Januarii decessere.
6. Ludovicus natus Anno 1666. d. 28. Junii.

DE MARCHIONVM BRANDENBVRGENSIVM PRIMA LINEA FRANCONICA.

§. 60. Huius lineæ Conditor est Fridericus, Alberti Electoris filius, anno 1460. natus, et à Pueris ad Artes bellicas educatus. Anno 1482 Friderico III. contra Flandros Maximilianum filium Brugis captivum detinentes ac ipsi sponsò Maximiliano contra Venetos militavit. Bello autem Bojarico Dux Cæsareæ militiæ creatus, strenuè Ratisbonam Copias Bojemicas feliciter cecidit. A morte Sigismundi fratris Voigtlandiæ parte auctus patentia luculenta crevit. Ab anno tamen 1515. quod jam senio et afflicta valetudine commodè non liceret præesse Regimini, eodem in Casimirum et Georgium filios translato, reliquam vitæ partem fermè consumsit Plassenburgi annoq; demum 1536. decessit, et Heilsbronnæ sepultus est. Ex Sophia Casimiri Poloniæ Regis filia genuit 17. liberos.

1. Elisabetham Anno 1480 ætate minatura decedentem
2. Casimirum de quo separatim dicemus.
3. Margarethan natam 1483. virginem demortuam.
4. Georgium de quo itidem sigillatim agemus.
5. Sophiam natam 1485. Friderico Duci Lignicensi nuptam
6. Annam 1487. natam Wenceslai Ducis Teschensis et Glogoviensis
7. Barbaram natam 1488. annis juvenilibus mortuam
8. Albertum lineæ Prussicæ Conditorem, de quo itidem singulariter agemus.

9. Friderici

9. Fridericum Anno 1491. natum, immatura morte sublatu-
10. Johannem natum 1493. Hic Gubernator Valentiæ in Hi-
spania creatus, ductâ in matrimonium Caroli V. Aviâ, Fer-
dinandi Catholici vidua, Hispanorum inviolatam, quam
virtute contendit superare, expertus, anno 1526. non sine su-
spicione veneni, mortuus et Valentiæ sepultus est.
11. Elisabetham, natam 1494. Ernesti Marchionis Baden-
sis Uxorem
12. Barbaram natam 1495. Georgii Leuchtenbergen-
sis Landgravii Conjugem.
13. Fridericum Juniorem natum 1497. Canonicum
Moguntinum, post Wirzburgensem Præpositum, qui bello
Stipendia fecit contra Franciscum I. Galliæ Regem. Genevæ
obiit Anno 1536.
14 Wilhelmum natum Anno 1498. Canonicum Mogunti-
num et Coloniensem, inde Coadjutorem, post Archi Episcopum
Rigensem in Livonia, Rigæ 1563. mortuum et sepultum
15. Johannem Albertum, natum 1499. Coadjutorem primùm, de-
in Archi-Episcopum Halberstadiensem, ut et Plocensem in Polo-
nia. Tum Coadjutor et ab Anno 1545. Archi Episcopus Magdebu-
gensis decessit, et sepultus Hallis 1550. sub eo dissidia inter Ca-
nonicos Magdeburgenses, qui ex Urbe profugere et Civitatem
ipsam contigerunt, Ob quæ Civitas proscripta fuit.
16. Fridericum Albertum 1801. natum immatura morte extinctum.
17. Gumbertum, natum 1503. Hic Canonicus Herbipolensis,
Augustanus et Bambergensis, ac cubicularius Leonis X.
Papæ fuit in cujus ministerio, occupatâ à Carolo Borbonio
Româ, captus, sed à Germanis liberatus fuit, cum quibus
contendens Neapolim, ibidem vitâ excessit Anno 1527.

§. 61. Casimirus Friderici filius anno 1481. natus, ex hereditate paterna accepit Burgraviatus Norinbergensis partem Vltramontanam, dui Cändus Oberfall Gebürgr. Initio non nisi decennis Canonicus Herbipolensis et Praepositus factus tum anno 1504 à Maximiliano I. Cæsare, ut Archi-Episcopus Moguntinus eligeretur, commendatus; pro quo tamen Canonicis placuit Jacobus à Liebenstenia Suevum stirpe Baro. Auspiciis Paternis 1506. Norinbergenses, cum armata Equitia vicini Pagi invaderent, clade muletavit. Anno 1515 vivo Patre cum Georgio Fratre administrationem Provinciarum adiit. Anno 1516. in bello Veneto à Maximiliano Cæsare Commissarius Generalis constitutus est. Anno 1519. Carolo V. ad Electionem Francofurtensem Legatus fuit. Anno 1525 Seditionem Rusticanam compescuit, initio Supplicijs, indè ipse reliquos cum equitatu invectus, plures obtruncans. Ao 1527 à Ferdinando I. adversus Johannem Sepusium Ungariæ Regno inhiantem Dux belli constitutus, eodem anno Budæ Dissenteriâ extinguitur, corpore ad Aretum Heilsbronnense sepulchrum delato. Ex Susanna, Alberti Bojarii filia, quam anno 1518. in Comitijs Augustanis Sponso junxit Albertus Marchio Brandenburgensis, Cardinalis et Archi Episcopus Moguntinus, prater Fridericum filium, anno 1525. natum et extinctum, Mariam Friderici III. Electoris Palatini, Cunigundam, Caroli Badensis uxores et Catharinam ætate immatura sublatam, anno 1522. Albertum illum genuit, qui passim audit Alcibiades, Bellicum Fulmen

et terror

et terror superioris seculi ac Episcoporum flagellum, de quo proximi Seculi Scriptores, et Sleidanus cum primis pleni sunt. Et quia nuper Johannes Georgius Layritz Historiarum in Baruthino Gymnasio Professor singularem de eo exercitationem scripsit, plura in praesenti asserre, minime opus esse censeo. Post Siversh[u]sanam anni 1553 Cladem, qua victor Mauritius Saxoniae Electus occubuit, ac alteram Brunsvicensem, post proscriptionem Caesaream, ac provinciarum ipsius Plassenburgi amissionem, exul tandem Pforzheimii mortuus anno 1557. 8. Januarii; ibidemq; sepultus est. Epitaphium Sforzhemii vid. apud Zeilerum Itinerarii Germanici parte 1. cap. 27. pag. 56. Cum eodem familia Casimiriana exspiravit.

§. 62. Georgius alter Filiorum Friderici, cognomen Pii adeptus anno 1484 natus, ab avunculo Ladislao Vngariae ac Bojemiae Rege educatus et Jägerndorfensi Ducatu auctus est, qui et ejus fidei Ludovicum minorem filium commisit. Evangelicam Religionem constanter tenuit, & Augustanam Confessionem, à qua nullâ arte vel minis potuit abduci, Carolo V. cum reliquis obtulit. Obiit optimus Princeps anno 1543. et Heilsbronna humatus est. Ex prima Conjuge Beatrice Johannis Hunniadis filia, Matthiae Corvini Vngariae Regis Sorore, Bernhardi Frangepanii Comitis Modrusiani vidua, nullos, ex altera Hedwige Caroli Munsterbergensis Ducis filia duas suscepit filias: Annam Mariam Christophoro Duci Wirtenbergensi, et Sabinam Johanni Ge-

orgio Electori Brandenburgensi nuptas. Ex tertia coniuge Aemilia Henrici Saxoniae Ducis filia, Mauritii et Augusti Electorum Sorore nati: 1. Georgius Fridericus Propagator Stirpis 2. Sophia, Henrico Lignicensi nupta, 3. Barbara anno 1536. nata quae in Virginitate consenuit, anno demum 1591. demortua, 4. Catharina Drothea Henrici Slavicensis Senioris Burggravii Misnensis, uxor.

§. 63. Georgius Fridericus anno 1531. natus tutore usus Alberto Palatino, donec is proscriberetur: tum enim Tutela quoq; ademta Jägerndorffensem Ducatum, donec is adolevisset, Ferdinandus I. sibi adjecit, sed anno 1558. reddidit. Ejusdem Palatinis Silesiae partes ipse quoq; adiit hereditate, et dizecas Urbes ac arces in meliorem statum redigere laboravit, ac Wülsburgensem arcem propè Weissenburgum, magnis sumtibus exstruxit, Baruthum quoq; magnifico Palatio exornans. Anno 1578. Palatinis Alberti Friderici tutelam ac ibi Prussiae administrationem per Saxonem investituram à Rege Poloniae obtinuit. Religionem Lutheranam fovit et promovit diligenter ac Formulae Concordiae subscripsit. Anno 1582 natali suo die Heilsbronnae Gymnasium aperuit, in quo 100. alumni alerentur, et cum stipendiis in Academiam mitterentur. Tandem anno 1603. decessit Princeps candidus, constans et in omni fortuna sibi similis, et Heilbronnae sepultus est, nullis liberis ex duabus Coniugibus Elisabetha, Johannis Marchionis Brandenburgensis, et Sophia Wilhelmi Ducis Luneburgensis filia, relictis. Adeoq; haec Franconica linea cum eodem stirpis exstincta est.

DE LIN

DE LINEA PRVSSICA.

§. 64. Hæc ex Franconica ortum habens, Conditorem habuit Albertum Friderici Franconici filium Anno 1490 natum. Anno 1512 à Maximiliano I. Ordini Teutonico commendatus, ejusdem Magister factus est. Quòd autem Sigismundo Poloniæ Regi homagio se nollet obstringere, bello petitus anno 1521. in quadriennium obtinuit inducias. Cumq; interea ab Imperio Germanico auxilia nulla impetraret, Polono eâ conditione se submisit, ut partem Prussiæ ad Ordinem spectantem in Ducatum mutatam, Ordini non amplius, sed sibi ad Posteros transmittendam in feudum committeret et contra quamcunq; vim defenderet. Ordo verò Teutonicus Magistrum Walthenum de Croneberg ejsi suffecit, qui in solenniq; Comitiis Albertum graviter accusans, rescissâ tandem à Carolo V. Polonicâ transactione, ejus proscriptionem impetravit anno 1532. Hujus abolitionem Legati Polonici in pluribus Comitiis, præsertim verò anno 1548. graviter urserunt. Licet autem perstaret sententia, Executio tamen nunquam instituta. Interea Albertus non subditis modo Evangelicam Religionem expetentibus indulsit, sed tandem ipse amplexus Regiomontanam Academiam Anno 1554 et in eâ Bibliothecam insignem condidit. Suisq; sumtibus Tabulas Prutthenicas Mathematicis studiis summè proficuas emitti fecit. Quamvis autem Pius IV. Pontifex Albertum ad Concilium Tridentinū invitatum Ducis Borussiæ Titulo hactenus controverso mactaret, eidem

tamen gratificari detrectans, in aliud Concilium nullum quam liberum Cæsarea auctoritate indictum consentire voluit. Sub eodem Osiandri turbulenti Theologi doctrina de Justificatione nostra per Justitiam Dei essentialem ex qua altera fluebat erronea opinio, Christum tantum secundum divinam naturam nostrum esse mediatorem, Ecclesias Prussicas turbavit. Anno 1563. Ericus junior Brunsvicensis Albertum copiis militaribus improviso petiit, sed confluente ex proximis vicinis milite retrò iter flectere coactus est: quo consilio profectionem eam susceptam (quæ sunt verba Thuani Hist. lib. 34) curiosis divinandum relinquens, cum ipse fortassis causam ignoraret. Tandem senio et hemiplexia confectus in arcea Tapia (quo ob luem Regiomonti grassantem concesserat) anno 1568. d. 20 Martii obiit, eundemq; raro exemplo secuta est uxor altera, Ericis Senioris Ducis Brunsvicensis filia, quam post priores Dorotheæ, Friderici I. Daniæ Regis natæ, obitum duxit. Ex priori præter Catharinam et Luciam Dorotheam, item Fridericum Albertum ut et Albertum immaturo fato extinctus, anno 1527. nata Anna Sophia, quæ Johanni Alberto Duci Meklenburgensi nupsit. Ex altera natus Albertus Fridericus Successor, et Elisabetha, quæ anno 1551. nata, anno 1596. orbi valedixit.

§. 65. Albertus Fridericus anno 1553. natus anno 1569. à Sigismundo Poloniæ Rege in Comitiis Lublinensibus investituram Prussiæ, ad quam et cognati Georgius Friderici

ricus Marchio, Franconica lineæ ultimus, et Joachimus Elector admissi, impetravit. Posteà verò anno 1574 in ipsis nuptiarum cum Maria-Eleonora Clivensi apparatu in mentis ægritudinem (ex quâ causa ignoratur) incidit. Unde curatela et administratio Regiminis Georgio Friderico Marchioni à Stephano Poloniæ Rege commissa fuit. Sponsa tamen, nuncio in itinere accepto, an progrederetur primò fluctuans; mox tamen sequi decrevit Sponsi infortunium, quod in annum 1608. quo sublata, modestè tulit. Geniti tamen ex hoc sunt Matrimonio Albertus anno 1580 natus et extinctus. Wilhelmus-Fridericus anno 1585. natus, sequenti annò demortuus. Anna 1576. nata Johannis-Sigismundi Electoris Brandenburgensis uxor. Maria nata 1579. Christiano Marchioni Brandenburgo-Culmbacensi nupta. Sophia nata 1582. Wilhelmi Curlandiæ Ducis uxor. Eleonora nata 1583. Joachimi Friderici Electoris Brandenburgensis maritus. Magdalena Sibylla 1587. nata Johannis-Georgii I. Electoris Saxoniæ Conjux. Post Georgii-Friderici obitum curatela Joachimo Friderico Electori Brandenburgico concessa, annuis 1605. Prussi homagio se ei obstrinxerunt. Post Patrem eodem munere functus est filius Johannes Sigismundus Elector. Tandem anno 1618. d. 28. Augusti extinctus Albertus-Fridericus, ultimus è Friderici Franconici progenie, et simul quoque istam Ducum Prussiæ familiam terminavit, sepultus Regiomonti. Prussia verò Ducalis Georgio Wilhelmo Electori collata, quæ nunc ejusdem filio Friderico Wilhelmo Electori pareat, à Supremo Dominio Poloniæ Regis soluto.

DE DVABVS FRANCONICIS LINEIS RECENTIORIBVS et primo quidem de CVLMBACENSI.

§. 66. Johannem-Georgium Electorem Brandenburgensem XXIII. liberorum Patrem supra consideravimus. Ejusdem filius Christianus linex Culmbacensis, Joachimus-Ernestus Onolsbacensis autor est. De utrâq; linea separatim agemus, dicturi primo de Christiano ejusdemq; posteris.

§. 67. Christianus ille anno 1581. natus, anno 1598. Trajectensis Academiæ Rector creatus fuit. Indè peregrinas terras invisens, Romæ à Clemente VIII. Florentiæ à Magno Duce Ferdinando honorificè habitus est. Anno 1602. post obitum Georgii-Friderici Agnati Tractu Ultramontanum in Franconiâ accepit.
Anno 1606. Franconici Circuli Dux renunciatus.
Anno 1611. Disidia Juliacensia, inter Saxonem et Brandenburgicum componere laboravit.
Anno 1612. Matthiam Cæsarem Norinbergæ invisit.
Anno 1614. Conventui Numburgensi ob conjunctionem Saxonicæ, Brandenburgensis et Hassiacæ familiarum, institituto, et anno 1615. Norinbergensi dictæ ob firmandam unionem interfuit.
Anni 1617. renati Evangelii Jubilæum in Provinciis suis celebravit.

Anno 1625.

Anno 1625 tutelam liberorum Joachimi-Ernesti fratris suscepit.
Anno 1631. Conventum Lipsiensem visitavit
Anno 1632 cum Gustavo-Adolpho Norimbergæ collocutus, inde Dresdam (ubi 9 menses commoratus) post Berolinum concessit.
Tandem vitæ satur obiit 30. Maii 1655. Ex Maria uxore Alberti Friderici ultimi Prussiæ Ducis filiâ genuit, 1. Georgium Fridericum 1608. d. 13. martii natum eodemq; die extinctum.
2. Christianum Ernestum 1613 natum sequenti anno demortuum.
3. Erdmannum Augustum &
4. Georgium Albrechtum, de quibus separatim dicemus.
5. Fridericum Wilhelmum 1620 1. Maji natum, proximo die denatum.
6. Elisabetham Eleonoram 1606. non diu post partum sublatam.
7. Annam Mariam 1609 natam Johanni Antonio Duci Crumaviensi et Principi Eggenbergico nuptam, hodieq; Oedenburgi in Vegaria viventem.
8. Agnetem 1611. natam et demortuam.
9. Magdalenam Sibyllam 1612 natam Johannis Georgii II. Electoris Saxoniæ Conjugem.

§. 68. Erdmannus Augustus natus Anno 1615. d. 28 7bris uxorem anno 1641. duxit Sophiam, Joachimi Ernesti Marchionis Brandenburgo-Onolsbacensis filiam, quæ anno 1664. 6. demortua Anno 1650. Sponsalia celebravit cum Sophiâ-Agnete, Adolphi Friderici Ducis Meklenburgensis filiâ, sed anno 1651. d. 27. Januarii præventus morte, domum non deduxit.

§. 69 Unicum reliquit filium Christianum Ernestum anno 1644 natum, qui primum sub Avi Christiani, post Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburgensis et Georgii Albrechti Marchionis Onolsbacensis tutela ac Inspectione Joachimi Friderici Baronis à Blumenthal doluerit. Inde Casparis à Lilien informationi commendatus, anno 1657. in Argentinensem Academiam missus, exacto ibidem biennio, ac habitâ de Principatus benè regendi artibus, promta

memoriâ

1632 memoria oratione, Galliam ingressus, hinc partem Hispaniæ (ubi solennia desponsationis Gallo-Hispanicæ spectavit, ac patentissimos Reges, ut et Sponsam allocutus est) et Italiam lustravit, ac per Galliam iterum in Belgium ad Electorem Brandenburgicum tum Cliviæ degentem reversus est. Itinerem Historiam singulari libro, titulum Ulyssis Brandenburgici præferente Germanica lingua complexus est Sigismundus à Bircken. Tutelâ solutus cum domum rediisset, administrationem Provinciæ suscepit ipse annorum 16. Uxorem duxit Erdmuthen Sophiam, Johannis Georgii II. Electoris Saxoniæ filiam, nupt. is Dresdæ incredibili cum magnificentiâ celebratis. Anno 1664. Dux Circuli Franconici renunciatus, eodem anno Comitia Ratisbonensia visitavit, ac Gymnasium Baruthinum condidit, quod à suo nomine Christian-Ernestinum vocavit. Anno 1666. Leopoldi Cæsaris nuptialibus solennibus interfuit. Anno 1670. Serenissima Conjux improlis obiit, in cujus locum sequenti anno successit Sophia Louysa Eberhardi Ducis Würtenbergici filia, quæ Decembri mense Christianam-Eberhardinam, et anno 1673. mense Januario Eleonoram peperit. Marchio autem in novo Germaniæ à Gallis excitato incendio insignem virtutem et Patriæ amorem demonstravit, unde etiam à Cæsare et Statibus Imperii inter Generales receptus, Superemus Vigiliarum Præfectus constitutus fuit.

§. 70. Georgius Albertus anno 1619 natus Bellonæ operam addicens, primò sub Gallasii Ducis Cæsarei, post Francisci-Caroli, deindè Julii-Henrici inferioris Saxoniæ

Ducum

Ducum, ac deniq; sub Augusti ab Hanau, Electoris Saxoniæ Ducis Bellici, auspiciis militavit.
Ab obitu Patris tutelæ Nepotis ex fratre Christiani-Ernesti cum Electore præfuit.
Anno 1666. d. 17. Septembris morte repentinâ obiit. Exprimore uxore Maria Elisabetha, Philippi Ducis Holsatiæ Glücksburgici filia, quæ anno 1684 obdormiit, geniti:
1. Christianus-Philippus 1653. eodem anno mortuus.
2. Sophia-Amalia 1655. nata, 1656. denata.
3. Georgius-Fridericus natus 1657. sequenti anno extinctus.
4. Erdmannus-Philippus natus 1659. hic anno 1675. interfuit prælio in Alsatia, quo Turennius periit, à partibus Cæsareis.
5. Christianus-Henricus natus anno 1661.
6. Carolus-Augustus natus 1663.
Altera Conjux Sophia Maria, Comes Solmensis, vidua Schoenburgica Anno 1666. d. 27. Novembris posthumum enixa Georgium-Albertum.

De LINEA ONOLSBACENSI.

§. 71. Hujus Conditor est Joachimus-Ernestus, Johannis Georgii Electoris filius, anno 1583. natus. Quindecim annorum Juvenis primo in Daniam ad Coronationem Christiani IV. profectus: inde antequam anno 1603. ab obitu cognati Georgii-Friderici inferiorem ditionem Francicarum partem (die Cändur unterfalb Gräfenberg) nancisceretur, per Galliam, Scotiam, Angliam et Belgium iter fecit. Seguens porrò triennium in Bello Belgico exegit, annoq; 1610 Dux Exercitus Vnionis renunciatus est. In Bello Palatino anno 1620 ad Vlmam castra Maximiliano Bojario opposita habuit: sed Gallici Legati interventu pactum, ne pars altera alteram laederet. Cum autem in Palatinatum inferiorem contra Spinolam moveret, hic tantâ arte et fortuna Principem elusit, ut penè apud suos fidem amitteret, donec unio paulò post dissolveretur. Apoplexia tactus excessit vita d. 25. Febr. 1625. præmisso filio Alberto, eodem quo natus anno 1617. extincto, relictis filiis tribus ex Sophia, Johannis Georgii Comitis Solmensis in Laubach filia: Friderico, nato 1616. qui præsidio Nördlingensi anno 1634 succubuit; Alberto successore; Christiano anno 1623 nato, in peregrinatione Gallicana Blesis 1643. mortuo; et unica filia Sophia, 1614 nata, quæ anno 1641. Erdmanno Augusto Marchioni Culmbacensi nupsit, annoq; 1646. mortua est.

§. 72

§. 72 Albertus anno 1620 natus, à viduâ matre ad omnem Virtutem Educatus, in Galliam quoq; et alias peregrinas terras missus est. Anno 1639 ipse Regimen Provinciæ adiit, in quo ipsum præcipuè exercuit controversia Kitzingensis cum Episcopo Würtzburgensi, quam Judicium Imperiale Aulicum in favorem Episcopi Johannis Philippi à Dynberg, qui et Archi-Episcopus Moguntinus fuit, decidit: cui Sententiæ tamen sæpè reclamarunt Marchiones, tum in Comitiis, tum in Congressibus aliis. Anno 1649. Arx Wülzburgensis, Marchioni à Cæsare restituta majori postea studio munita fuit. Anno 1655. una cum Christiano Culmbacensi Gymnasium Heilbronnense per belli eos motus desertum pristino flori restituere laboravit. Anno 1664 ut mœrorem ex alterius conjugis obitu contractum dissolveret, Italiam per aliquot menses lustravit. Anno 1667. Mense Martio decessit. Ex priore Conjuge Henrietta Louysa, Friderici Ducis Würtenbergo-Montbelgardici filia, quam anno 1641. duxit, sed anno 1650 amisit, genuit Sophiam-Elisabetham anno 1643, eodem anno demortuam; Albertinam Louysam anno 1646. Sophiam-Amaliam 1649. natam et extinctam.

Ex alterâ uxore Sophiâ Margaretha, Joachimi-Ernesti Comitis Oettingensis filia, quam anno 1651. ductam, anno 1664. amisit, nati sequentes liberi:

Johannes Fridericus, hodiè regens Marchio;

Albertus-Ernestus 1659. natus, 1674 mense 9bri mortuus.

Louysa Sophia nata 1652, mortua anno 1668.

Dorothea Charlotta nata anno 1661; Eleonora Juliana natus 1663. Harum una non diu post Patrem in Belgio decessit. Anno 1665. Albertus tertiam assumsit uxorem Christinam Marchionis Badensis Durlacensis filiam, ex qua haeres non est natus.

§. 73 Johannes Fridericus praesens Onolsbacensis Marchio natus 1654 d. 8. Octobris, ab excessu Patris tutorem habuit Electorem Brandenburgensem. Commoratus aliquot diu cum fratre Alberto-Ernesto in Argentoratensi Academia. Anno 1674 uxorem duxit Novercae Sororem, ex Badensi familia.

CAP. IX.

CAPVT IX.
DE
COMITIBVS PALATINIS AD RHENVM
et primo quidem
DE
ELECTORVM FAMILIA.

§. 1. Comitum Palatinorum ambigua nomenclatura est juxta et dignitas, nec Justinianeis Legibus ignota, quæ Comites Sacri Palatii memorant. Vid. Tit. 24. Cod. l. 1. et T. 12. l. 12

§. 2. Jam Franci Reges Imperatorum Romanorum amuli in Ministerio suo habebant ejusmodi Palatinum Comitem cui potissima aulæ ac Palatii Regalis cura commissa, qui aliis nominibus Comes Domus Regis, Comes Palatii Principis, Præfectus aut Præpositus, aut Rector Palatii Regii, Gubernator Palatii, Princeps Regininis aut Palatii item Major Domus vocabantur.

§. 3. Hujus Palatini Comitis amplissimam in aula Jurisdictionem, magnam auctoritatem, Summam ab ipso Rege propemodum fuisse potestatem, Franci Scriptores indicant

§ 4. Munus ejus describit Adelhardus, Corbeiensis Monasterii Abbas, libro, cui Titulus: Ordo Palatii et Reipublicæ Dispositio, qui sub Imperatoribus Pipino et Carolo, Francis gerebatur. Hujus libri non nisi exiguum fragmentum superest, nescio an ex Frehero editum. Quoniam tamen servire Hincmarus Remensis Episcopus Epistola 3. cap. 12 cujus verba non pigrabor afferre: Comitis, inquit Palatii inter cætera ferè innumerabilia, in hoc maximè sollicitudo erat,

ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter
æquitatis Judicium Palatium ingrediebantur, justè ac ra-
tionabiliter determinaret, sed perversè judicata ad æqui-
tatis tramitem perduceret; ut et coram Deo propter Justi-
tiam, et coram hominibus propter Legum observationem
cunctis placeret. Si quid verò esset tale, quod Leges nun-
dum hoc in suis definitionibus statutum non haberent,
aut, secundum Gentilium consuetudinem, crudelius sanci-
tum esset, quam Christianitatis rectitudo vel sancta au-
toritas meritò non consentiret, ad Regis hoc moderationem
produceretur, ut ipse cum his, qui ubique Legem vosset,
et Dei magis quam humanarum Legum statuta tenere,
ita decerneret, et ita statueret, ubiubi utrumq; servari jus-
set, utrumq; servaretur; sin autem, Lex Secuti meritò com-
primeretur, Justitia Dei conservetur.

§ 5. Francis igitur potissimis Romanorum Success-
ribus, dignitatis Palatinæ Origo maximè debetur: quo-
quorum imperium cæteras etiam Gentes, et imprimis Sax-
nes id nominis retinuerunt.

§. 6. Cæterum Comites principio dicebantur, qui vel
ipsum Principem, vel Legatos Principis, Magistratus et
Judices Provinciales sectarentur, eisq; assiderent. Ex ho-
rum Ordine, cum plerumq; sumerentur ii, qui ad Provin-
as regendas mittebantur. Unde Missos Franci dicebant)
factum est, ut Rectores illi deinceps Comites nomina-

rentur

rentur, et Comites non jam Principis, à quo aberant, sed Provinciæ, quam cum Comitiva dignitate gubernandam acceperant, nomen præ se ferrent.

§. 7. Hinc igitur diversi Comites etiam Palatini nati diversarum familiarum & nominum, qui extra aulam diversis provinciis præsent, et cæteros Comites, id est Judices illa dignitatis prærogativa præcederent.

§. 8. Hi ergo sub Pfalzgraviorum titulo in Provincias missi, Cæsarum, Regumve vice Tribunalia præsiderent, fiscum Augusti, Prædia Salica, redditusq; Regios curarent, censui præsent; tanta quidem autoritate ubivigutis istis, Duci Provinciæ, quem dignitate propiùs contingebant, statuere quid aut decernere nefas esset ad Cæsarem relaturis si hujus Sententia displiceret.

§. 9. Pro magnitudine ergò Provinciæ unus pluresve fuere Palatini. Sic enim unam Saxoniam quinque talibus Dicasteriis, Pfalziis seu Curiis distinctam legimus, Cranæ nimirum, Werlici post Goslariæ, Walhusæ, Alstedii et Mersebuggi, Id quod etiam Speculi Saxonici autor memorat, nisi Cæsaribus fortè ista loca destinata, Curias ibi habituris, si ipsi adventassent.

§. 10. At verò cum quatuor velut insignioribus Provinciis Germania ferè componeretur, Saxoniâ nempe Bavariâ, Franconiâ atq; Suevia, singulæ suos Palatios habuere, cæteris potestate atq; dignitate potiores.

§. 11. Inter hos (absorptis fortè duobus reliquis) Saxo-

nia

niæ (qui tamen post Guilielmum I. ex Misnicâ familiâ titulo isto uti desierunt) et maximè Palatini Rheni eminuere, quorum illud præcipuum inter alia munus horos q; ut, vacante Imperio, ille tractum Saxonicum, qui scilicet Saxonico Iure regebatur, hic Rhenanum cum Provinciis Franconiæ Iure utentibus vice sacra gubernarent.

§ 11. Cæterum horum ad Rhenum Palatinorum plures Gentis Autores referunt, Lotharingicam, Hassiacam, Franconiacam, Saxonicam, Suevicam, Guelphicam et denig; Wittelsbachiam.

§ 12. In magna ista antiquarum rerum obscuritate de postrema saltem Palatinorum Comitum Wittelsbachiana familia hic agemus, de quâ ex Historiis approbatis constat, Conradum Suevie Ducem à fratre Friderico Barbarossa Imperatore Palatinatu Rheni auctum, hujus verò filiam Agnesam Henrico Duci Saxoniæ et Luneburgi, Henrici Leonis filio nuptam, eidem Palatinatum ad Rhenum attulisse, à quo per unicam filiam Gertrudem (aliis Agnes dictam) ad ejusdem Maritum Ottonem Wittelsbachium, ex veterum Bojariæ Ducum stirpe oriundum Schirensem Comitem Palatinatus Rheni devolutus.

§ 13. Ab hoc autem Ottone Wittelsbachio, ejusq; filio Ludovico Severo omnes Palatini ad Rhenum Comites et Bavariæ Duces descendunt. Quamvis enim Otho duos habuerit filios, Ludovicum Severum, qui cum Superiori

Bavariæ

Bavaria Palatinatum Rheni et Electoratum, et Henricum qui Inferioris Bavariæ Ducatum obtinuit, et per Stephanum filium et Henricum Nepotem ad Abnepotem usq; Johannem transmisit, Hujus tamen Henrici posteritas in dicto Johanne abnepote anno 1340. sine liberis decedente cessavit, et sic inferior quoq; Bavaria ad Ludovici Severi filium Ludovicum Cæsarem reversa est.

§ 14. De gestis Ludovici II. cognomento Severi Superioris, Bavariæ Ducis et ad Rhenum Palatini Comitis, Electoris Anno 1229 nati et anno 1294 mortui in Historia Bavariæ egimus, ubi etiam de filiis ejusdem dictum, quorum primogenitus Ludovicus III. impubis ante Patrem 1282. decessit; secundus Rudolphus, Palatinorum Comitum Stirpem; tertius Ludovicus Cæsar Bavariæ Ducum familiam propagavit.

§ 15. Hic ergò Rudolphus, cognomento Balbus, item Exul, Palatinus Rheni Elector, Ludovici Severi filius, ideò quod in Electione Imperatoris, suffragium suum non fratri Ludovico, sed Avunculo suo Ludovico Austriaco dedisset, à dicto fratre Ludovico in Imperatorium evecto Solium, in exilium pulsus, in Angliam fugit, ubi anno 1319. ætatis 44. decessit, ex Mechtilde uxore, Adolphi Nassovii Cæsaris filia relinquens 1. Rudolphum Juniorem (qui non nisi unicam genuit filiam Agnetem, Caroli IV. Cæsaris uxorem, sed impubem 1365 decedentem) 1327. mortuum; 2. Rupertum Seniorem seu Rufum 1385. sine liberis extinctum; et 3. Adolphum Simplicem, Successorem Parentis et generis propagatorem.

§. 16. Adolphus Simplex, Rudolphi Electoris filius fratri Rudolpho 1327. mortuo in Palatinatu et Electorat. successit, sed cum quietis amans, nec magna prudentia esset præditus ejus administrationem fratri Ruperto resignavit, uxorem tamen duxit Irmengardam Ludovici VI Oettingensis Comitis filiam, ex qua 1389 decedens, filium reliquit Rupertum Adolphum.

§. 17. Hic Rupertus Adolphus Brandit seu Pusillus, Palatinus Rheni Elector, Civitatum Rheno conterminatarum exercitum in Nemetum agro fudit, latrones Provincias suas infestantes delevit, Academiam Heidelbergensem 1387. instauravit, cuius id propter alter habitus est Conditor, ac demum anno 1398. vitam cum morte commutavit, relicto ex Beatrice Petri Arragoniæ et Siciliæ Regis filia, præter Elisabetham Procopio Moraviæ Marchioni, et Annam Wilhelmo Bergensi Duci nuptas, filio unico Successore Ruperto Cæsare.

§. 18. RVPERTVS cognomento Justinianus, item Graecus, Rheni, quasi rigorosus, ex Comite Palatino Rheni Duce, Bavariæ Electore, post Wenceslaum remotum, et Friderico Archi-Episcopi interfectum Cæsarem designatum, Moguntino tor electus, 1400. Coloniæ coronatus, a Florentinis ad comprimendam Galeaciorum potentiam in Italiam vocatus descendit, sed præsidio Ducis Austriaci et Colonien. Archi-Episcopi destitutus in agro Brixiano rejectus et fugatus est, unde in Germaniam reversus, nec multum de Italia sollicitus, illam pacatam sua prudentia reddidit. Obiit in Oppenheim 1410 sepultus Heidelbergæ in æde Spiritus Sancti.

Exprima

Ex prima Conjuge suscepit Rupertum cognomento Pipan, qui ante Patrem 1395 improlis decessit.
Ex secunda verò uxore Elisabetha, Friderici IV. Norinbergensis Burgravii filia 9 insignati sunt Liberi:
1. Fridericus, qui coelebs obiit.
2. Ludovicus coecus, in Regimine Successor
3. Stephanus Palatinus Rheni Comes in Veldentz, à quo Duces et Comites Simmerenses, Veldentii & Spanheimii descendant.
4 Johannes Comes Palatinus in Keüburg, qui ex Sophia Wartislai VII. Pomeraniæ Ducis filiâ, præter 5. filios impuberes mortuos genuit Christophorum, Daniæ, Sueciæ et Norwegiæ Regem, anno 1448 sine prole mortuum.
5 Otto Comes Palatinus in Mosbach, cujus filii, Johannes, Augustanus Præpositus, Rupertus, Ratisbonensis et Albertus Argentinensis Episcopi facti, et quartus Otto Successor improles decesserunt
6. Elisabetha nupta Friderico Austriæ Duci.
7 Agnesa conjux Adolphi Ducis Cliviæ
8 Margaretha uxor Caroli Ducis Lotharingiæ.

§ 19. Ludovicus Coecus item Barbatus cognominatus filius Ruperti Imperatoris, Comes Palatinus Rheni, Elector Constantiensis Concilii Præfectus Anno 1415 in Palæstina militavit: Teutonicorum Ordini in Prussia auxiliares copias adduxit: Sabaudiæ contra Lotharingos opem tulit, missis selectissimis quibusq; qui tamen proditione quorundam Gallorum, omnes occubuêre 1431. Latinas literas senex didicit, Tandem senio confectus, Coecus factus dictusq; diem suum obiit 1438. Sepultus Heidelbergæ ad Spiritum S. ubi uxoris ejus primæ Blancæ, Henrici Angliæ Regis filiæ Epitaphium legitur.

Peperit Hæc Blanca anno 1406 Rupertum filium cognomento Anglum 1426. mortuum.
Ex altera Conjuge Mechtilde, Ludovici Sabaudiæ Principis (quem alii Amadæum Achajæ et Pedemontii Principem vocant) filiâ anno 1438. mortua, cujus Epitaphium etiam Heidelbergæ ad Spiritum S. conspicitur, tres filios genuit: Ludovicum mansuetum et Fridericum Victoriosum Palatinos, Rupertum item Coloniensem Electores de quo in Historia Coloniensi diximus.

§ 20. Ludovicus IV. cognomento Placidus seu mansuetus natus 1424 ab excessu Patris, ex ejusdem testamentario Decreto, et concessione Sigismundi Imperatoris, sub tutela fuit Patrui natu minimi Ottonis Mosbacensis quod exemplum postea ursurpant Palatini, cum testamentariam tutelam præferrent legitimæ in Aurea Bulla definitæ. Annum ætatis 18. assecutus è Tutoris manibus regimen accepit, et à Friderico III. Imperatore Aquisgrani investitus est 1442. Adversus Ludovicum Delphinum Franciæ multas Alsatiæ Civitates occupantem bellum suscepit 1444. Academiam Heidelbergensem summo fovit Studio. Sed non diu hoc Electore fruita est Respublica et Academia, siquidem anno 1449 d. 13. Augusti Wormatiæ præmaturo obitu decessit Heidelbergæ ad Spiritum S. sepultus, ubi ejus monumentum superat. Conjugem habuit Margarethan Amadæi Sabaudiæ Principis à Concilio Basiliensi in Papam electi, filiam, Ludovici

Siciliæ

Siciliæ Regis viduam. Ex hâc natus Posthumus Philippus, cognomento Ingenuus, qui demùm post obitum Patrui Friderici Victoriosi Electoratum adeptus est. Unica item filia ejus Mechtildis primò Ludovico Comiti Würtenbergico, deindè Alberto VI. Austriaco nupsit. Margaretha autem Ludovici vidua, spe (ut credit Naucerus) prolificandi in tertium matrimonium Ulrici scilicet Comitis Würtenbergici concessit, quod postea multorum malorum Seminarium fuit.

§. 22. Fridericus I. Ludovici Barbati filius, ob felices in Bello successus Victoriosus, vulgò der böse Fritz cognominatus, anno 1425. in lucem editus, Philippi posthumi Tutelam suscepit Anno 1449. Hanc ne finito Legibus annorum præscripto deponeret, hoc invenit remedii, ut Philippum solenniter in filium adoptaret, et unicum utriusq; Principatus hæredem, seipsum autem exindè Electorem scriberet, coelibatum tamen perpetuum promittens. Reclamabat quidem Fridericus III. Imperator, sed quod Friderico Palatino præter Margarethan Philippi matrem et Proceres Palatinos faveret Nicolaus Pontifex, nihil profecit. Is enim ad extremum vitæ halitum Elector mansit, et à Collegis agnitus est. Bella gessit assidua et ea felicissimè annis 26. et amplius, ut vista ætas magis bellicosum Principem non haberet. Comitatum Lützelsteinianum suo Dominio subjecit, Ludovicum Nigrum Bigentinum, qui Palatinatum ferro et igne devastaverat,

eo redigens, ut pacem aliquoties petere cogeretur. Richardum Homburgensem, qui et ipse Palatinatum variis incursionibus fatigabat, acriter coërcuit. Sed et domi res inquietas prudenter fortiterq; sedavit. Ambergenses novos motus compescuit. In Palatinatum inferiorem reversus, latronum Receptacula solo æquans, itinera viatoribus tutissima præstitit. Episcopum Spirensem Johannem Cätzenbergrum cognomento Nix debellavit. Leiningenses Comites subjugavit. Memorabilis tamen præ cæteris victoria quam 14 Cal. Julii adeptus est. Erat tum Diethcrus Isenburgicus Archi-Episcopus Moguntinus. Hunc cum Pius II. Pontifex, antea Æneas Sylvius dictus eò adigere vellet, ne unquam nisi consulto Pontifice Electores Imperii convocaret, is autem hoc facere detrectaret, excommunicationis fulmine ejus sede, Adolphus Nassovius eidem substitutus est, cui Ludovicus Niger Bipontinus, Albertus Brandenburgicus, Carolus Badensis, Georgius Episcopus Metensis, Ulricus Würtenbergicus ac ipse Fridericus Cæsar adhærebant. At Diethcri tamen stetit partibus imprimis Fridericus Victoriosus, qui Principatum suum undiq; muniens, inter alia Speculam illam Heidelbergæ in latere montis Geisbergi positam, late undiq; prospectantem, quam Trutz Kayser vocabat, in usum bellicum excitavit. Quanquam autem illa pugna inter angustias Rheni et Neccri commissa copiis longe esset inferior, hostes tamen fortiter excepit ac profligavit, captis tribus Pontificiis Propugnatoribus

Carolo

Carolo Marchione Badense, ejusq; fratre Georgio Episcopo Metense, et Vlrico Comite Würtenbergico, qves quidem primò duriusculè tractavit, post sub honestis conditionibus incolumes dimisit. In loco Prælii crux lapidea erecta fuit, cum hac inscriptione: Als man zalet nach Gottes gebürt 1462. jare auff dinstag vor Sant Paulus gedächtnüs tag, dann Hertzog Friderich, Pfaltzgraff bey Rhein und Churfürst, mit gemeltem Herr Georg, Bischoff zu Metz, Marggraff Carl von Baden, und Graff Ulrich von Würtenberg, mit einer mercklichen Zahl ihrer Diener, Graffen, Herren und Ritter. Und denen selben, die nit gestorben, gefangen worden sind, Gott barmhertzig seyn.

Circum ferebantur etiam sequentes rithmi:

Als man A mit einem I. gezirt
Hier fünfzig und dem Apostelzale
Do ist der Bischoff aus Nidertzale,
Da pflag ein jungers Pfältzer
Einen Baden, Jäger und Bälzer
Friderich der Vngnad ußbegrabe
Der Churfürst Pfaltz Zierd dunck alle Lande.

Vexilla Principum captorum Heidelbergæ suspensa sunt. Hoc bello Fridericus à Moguntinis Electoratui Palatino acquisivit quatuor in longitudinem milliarium imperium et proventus in Strata montana. Etsi verò Friderici Cæsaris autoritate componeretur bellum: Fridericum Victoria

sum

Sum tamen in gratiam recipere nunquam voluit; imò Anno 1471. eundem publicè despexit. Nemo tamen ausus ei vim inferre, cum universi ejus expetiti essent vires.

Demum coelibatus pertæsus, nepotis et agnatorum, Procerumq; Consensu anno 1462 nobilem duxit fœminam Claram à Tettingen ex qua natis duobus filiis, Nepote conferente, assignavit Dynastias Weinberg, Neuenstad, Meckmühl, Scharffeneck Winstad, Utzberg. Sed postea substitutus pro illis à Philippo Comitatus Lewenstein, quem Fridericus anno 1442 à Ludovico ultimo Comite Lewensteinio emerat quatuordecim aureorum Rhenanorum millibus. Horum major Fridericus, sacris à Patre dicato immaturâ morte vivis exemptus et Heidelbergæ in templo Franciscanorum sepultus est anno 1474. Alter verò Ludovicus bellorum gloria inclytus familiam Comitum Lewensteinianorum hodieq; superstitem propagavit.

Demum obiit Hercules ille Palatinus 1476. d. 12. Decembris, ejusq; Corpus sub habitu fratrum Minorum Heidelbergæ in Templo ad Prædicatores magnificè sepultum. Inscriptio sepulchralis hæc est: Fridericus Bavariæ Dux, Comes Rheni Palatinus S.R.I. Elector, Salus Patriæ, Prædonum fulmen, tres illustres hostes vicit, Principatum auxit, et piè vivis excessit anno 1476. pridiè Idus Decembris. Fuit ejus Vitæ socia Virtus, Gloria mortis Comes.

Vitam hujus Friderici Victoriosi Johannes Trithemius in Chronico Spanheimensi diligenter et fideliter scripsit, quam citò excerptam separatim edidit Marquardus Freherus Anno 1602 conquisito diligentius et adjecto, quicquid uspiam apud ejus

avi

avi Scriptores huc pertinens legitur. Praterea Matthias Kemnaten Theologus, Principis Capellanus, et ut Trithemius ait, Mathematicus, prosa vernacula; Michaël Bohemus Weinsbergensis Poëta Rithmis Germanicis, uterq; ab Origine Palatinæ Stirpis exorsus, Friderici Victoriosi gesta diffusè et copiosè celebrarunt. Ejusdem Heroicas Virtutes elegantissimo complexus Petrus Antonius Vinariensis libello de Dignitate Principum lectu dignissimo.

§. XX. Post obitum Friderici Victoriosi Philippus Ludovici Mansueti filius posthumus, cognomine et re Ingenuus anno 1448. natus Electoratus Palatini gubernacula suscepit anno 1477. Princeps literis, operibus, autoritate, potentia amplitudineq; ditionum florentissimus, et tum hoc nomine, tum liberorum utriusq; sexus ordine felicissimus, quam tamen felicitatem valdè infregit ferale illud Bellum Palatinum, de quo nunc per compendium dicemus, quandoquidem jam tum in Historia Bojarica summam ejus attulimus.

Erat Philippo filius secundo genitus Ruppertus, cui Pater nuptias conciliaverat cum Elisabetha, Georgii Ditis Bojariæ Ducis filia. Genero autem legaverat Socer praeter auri argentiq; vim, omnem ac pretiosam suppellectilem, eam etiam Bojariæ partem, quam ex hæreditate tenebat. Hoc testamentum, quod in Imperii Leges et Jura feudorum peccaret, Maximilianus I. deprecante Alberto IV. Bojariæ Duce, cui Soror Maximiliani nupta, ratum esse

noluit, ut ut Pontifex illud approbaret. Ruperto igitur post excessum Soceri hæreditatem adeunte, Alberto verò eandem sibi asserente, Maximilianus ad componendam controversiam has Conditiones tulit, ut triens unus ditionis Georgii relinqueretur Ruperto dotis nomine; altercederet Palatinæ domui, quæ se à Ludovici Imperatoris tempore fraudatam sæpius fuerat conquesta; tertia pars Alberto Bojariæ Duci redderetur. Sed cum Rupertus Bojemorum et Gallorum auxiliis (quorum Reges Vladislaum et Ludovicum XII. executores testamenti scripserat Georgius) confisus armis, jus suum tueri niteretur, ab Imperatore proscriptus, omnesq; Imperii Ordines ad eum perdomandum incitabantur, Palriq; Philippo, ne filio opem ferret, interdictum. Quod verò is filii causam potiorem duceret, eidemq; suspetias mitteret, utrumq; aggressus Maximilianus anno 1504 ejusq; Jussu Principes alii multa in Palatinatu vastabant. Ipse Cæsar Bojemos prope Ratisbonam strauit, acerrimè primum repugnante, sed demum fugiente Ruperto, qui eodem anno animi mœrore, sive, ut alii voluere, veneno extinctus cum Conjuge obiit. Philippus Pater à Rege Galliæ potissimo Belli incentore desertus, magnam ditionum partem amisit. Nam Dux Würtenbergensis aliquot Oppida et Castella, ut Winsbergam, Maulbrunnam & alia eripuit. Noribergenses Altorfium, Heersbrückium

et Lauffen

et Lauffam occuparunt. Alexander Dux Bipontinus et Comes Veldentiæ itidem quædam cepit. Hassiæ Landgravius intercepit Castrum et oppidum Homburg vor der Höhe, quod Comes Hanovianus, alterum Palatinus habebat, et Castrum Wichenbach, quod Comes Erbachianus à Palatino tenebat. Ingolstadium à Bojario à Palatinis Idemtum et quædam Castra trans-Rhenana à Leiningensibus Comitibus occupata. Omnium gravissimus hostis Maximilianus oppida et arces multas ab Imperio Palatinatui oppignoratas recuperavit; Alsatiæ Advocatiam Provincialem Ruperto Idemtam Landgraviatui suo Ensisheimensi inseruit. Unicus Christophorus Marchio Badensis quievit, potiorem ratus fidem Patris Caroli Friderico Victorioso datam, unde memorabilis et digna Germano Principe Vox ab eodem excepta: Ehr und Treu gilt bey uns mehr, denn Land und Leute gesammt.

Ejusdem Christophori precibus tandem ad Pacem res deducta anno 1505. et in Comitiis Colonienſibus Friderico Sapiens Saxoniæ Elector, Philippum Palatinum ad Maximilianum adductum supplicem sistere curavit: quamvis jam tum Fridericus filius Philippo Patri viam straviſſet gratiæ. Posteà Cæsar Philippum in gratiam recepit, et Nepotibus ejus Ruperti filiis partim controverſæ Regionis ex hæreditate Paterna concessit, eam scilicet quæ intra Danubium et Nabum supra Ratisbonam limites veteres Palatinæ ditionis attingit, et Ducatus Neobur-

genſi

gensis titulo comprehenditur. Huic Paci non diu superfuit Philippus, sed post longam Chiragrae, Podagrae et Calculi infirmitatem in Oppido Germersheim extremum Spiritum hausit anno 1508. Corpus Heidelbergae juxta tumulum Conjugis 1507. demortuae Ludovici clarissi Bojariae Ducis filiae, reconditum. Liberi autem Philippi fuere sequentes:

1. Ludovicus Pacificus Elector.

2. Philippus anno 1480. natus, 1499. electus Episcopus Episcopus Frisingensis et 1517. Episcopus Naumburgensis, qui anno 1541. obiit.

3. Rupertus Virtuosus, natus 1481. qui se et Palatinatum ferali isti bello implicuit, cujus filiis orphanis Ottoni-Henrico et Philippo bellicoso Maximilianus Ducatum Neoburgicum ex hereditate materna tribuit. De Ottone Henrico in Electorali Historia dicemus. At Philippus bellicosus 1503. natus, magnanimus Heros, Viennam Austriae Metropolin adversus Solimannum Turcam fortiter et strenuè defendit 1529. Ad Lauffam postea Ferdinandi I. Copias ducens à Philippo Hasso profligatus ac in fugâ, pedis calce globo bombardae amissa captus 1540. decessit. Epitaphium ejus geminum Heidelbergae in templo ad Spiritum Sanctum visitur.

4. Fridericus II. post Ludovici Pacifici obitum Electoralem dignitatem adeptus.

5. Georgius 1496. natus, Episcopus Spirensis renunciatus 1513. arcem Udenheimensem, quae hodie Philippsburgum dicta, natura loci probè munitam, ex fundamentis aedificare coepit. Multâ passus est à seditiosis rusticis, quos summa Sapientia absq; multo sanguine pacavit. Anglico sudore correptus, quod genus morbi tunc per totam grassabatur Germaniam 1529. decessit, sepultus Spirae in cathedrali basilica.

6. Henr

6. Henricus natus 1487. ab anno 1523. Episcopus Wormatiensis, Fratri Philippo successit in Episcopatu Frisingensi 1542 Ultrajectinum etiam Episcopatum tenuit, quo demum se abdicans, anno 1552 inter vivos esse desiit.

7. Johannes 1488. natus, anno 1507 factus Episcopus Ratisbonensis, 1538. vitam cum morte commutavit.

8. Wolfgangus 1494 natus, initio etiam Ecclesiastico Ordini dicatus, eodem relicto in re militari occupatus habitavit in Nurnberg, et Sapientis nomen meruit. Decessit anno 1558. in templo Spiritus S. Heidelbergæ tumulatus.

9. Otto Henricus eodem, quo natus, anno 1596. expiravit.

Filias Philippus habuit quatuor: 1. Æmiliam, Georgii Pomeraniæ Ducis uxorem 1524. mortuam.

2. Helenam Henrico Duci Mecklenburgensi nuptam.

3. Elisabetham, quæ nupsit Wilhelmo Juniori Hassiæ Landgravio, et eo sine liberis defuncto, Philippo II. Marchioni Badensi. Obiit 1522.

4. Catharinam, Abbatissam in Monasterio Neoburgico ad Nicrum.

§. 23. Philippo Ingenuo in Electoratu successit filius primogenitus, Ludovicus natus 1478. Princeps Prudens & singularis literatorum Mæcenas, qui sua moderatione patientia, pacificisq; consiliis exitiales toti Germaniæ motus aliquoties sedavit, Pacifici nomen inde merito adeptus. Juvenis ad Regem Galliæ Franciscum I. missus. inde Successor Patris Carolum V. suo suffragio elegit Sapaem Si Eccio Bavaro apud Hubertum Thomam Leodium credimus oblatam ipsi Imperialem dignitatem recusavit. In Comitiis Wormatiensibus Pontificiorum Sententiæ de Salvo conductu Luthero non servando, se opposuit, quod ad æternam labem Germanicæ fidei id pertinere judicaret.

Franciscum à Sickingen sociis armis Archi-Episcopi Trevirensis et Hassiæ Landgravii cœrcuit, ac demum in arce Landsthal obsedit: quâ in obsidione Franciscus bombardæ ictu saucius 1523. occubuit, salutatus paulo ante à tribus Principibus hostibus suis. Rusticorum sedationem armata manu ad Pfedersheimium Wormatiensis agri oppidum repressit, ut tamen à cæde, quantum fieri posset, cohiberet militem. Primam Religionis Pacem inter Cæsarem et Protestantes impetravit Norinbergæ 1532 ne cui Religionis nomine molestia crearetur usq; ad Concilium, aut synodum celebraretur, tantisper donec per Ordines Imperii aliquando inveniretur ratio hoc dissidium componendi. Quamvis autem ipse eam non profiteretur, Religionis tamen Evangelicæ libertatem octo Civitatibus superioris Palatinatus permisit. Cum anno 1544 moreretur, nullis ex Sibylla Alberti IV. Bojariæ Ducis filia 1519. mortua relictis liberis, Pax Germanica sepulta dicebatur. Nam quod Carolo V. Imperatori charus esset, eo vivo, non erupere in bellum Boiæ Pontificiorum. Monimentum ejus in templo ad Spiritum S. Heidelbergæ tale visitur:

Germania merito luget funus illustrissimi Domini
Ludovici, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ
S.R.I. Archi-Dapiferi, Principis Electoris, qui per multas discordias tumultusq; per se summa cum Prudentia
et suavitate sedatos, Pacifici nomen meruit. Obiit 16. Mart.
1544 ætatis suæ 66. cui Deus misereatur in æternum
§. 24. Ludovico Pacifico succedere debuisset Otto Henricus, Ruperti filius: Sed ex Decreto Testamenti Phi-

Ligpi

lippi ingenui, consensuq' Caroli V. successit Fridericus II. anno 1483. in arce Linitzingrum natus, cujus vitam et varios casus XIV. Annalium libris descripsit individuus ejus Comes Huberto Thomas Leodius. Egit Juventutem in aula Philippi Austriaci, Maximiliani favore promerendo. A latinis eundem literis deterruit Praeceptorum Tyrannis. Hispanica tamen lingua apprimè gnarus fuit, quam adolescens in Hispania didicerat. Equestris ejus peritia tanta, ut apud Belgas et Hispanos propè proverbii loco esset. Primum in bello Geldrio, tum Veneto stipendia meruit. Demum mortuo Philippo cui gratissimus, Caroli V. educationi admotus fuit, ejus tamen gratia excidit Chicurei aemuli calumniis, occasione amorum Eleonorae Sororis Caroli, ut non sine vitae periculo aula dimitteretur. Heidelbergam reversus permissu fratris Ludovici Electoris, Palatinatum superiorem administravit, Ambergae quietam vitam agens, donec anno 1519. defuncto Maximiliano I. electoq' Carolo V. communi Electorum suffragio ad nunciandam electionem in Hispaniam mitteretur. Ab hoc honorificè donatus, ac inter intimos postea habitus, absentis saepè Vicarius et Legatus in plerisq' Imperii Comitiis ex Consiliariis primus tum anno 1528 Comitiorum Praeses constitutus Anno 1530 in Comitiis Augustanis pleraq' Imperator. ser ipsum egit cum Protestantibus. Imperii nomine bis fuit Dux exercitus contra Turcam ac periclitatus

Viennæ opem laturus, sola propè adventus fama Solimanum in fugam conjecit, ac Casanum Turcicum Ducem stravit. Quix autem anno 1524 interventu Philippi Frisingensis facta erat transactio, ut antè Ottonem Henricum ex Superato fratre nepotem, Fridericus Electoratum capesseret, liceret non deesset, qui nepotem ad reluctandum instigaret, Ludovico fratri successit anno 1544 ac insignia Electoratus ac Palatinæ ditionis à Carolo V. accepit. Wilhelmo Bojariæ Duce frustra investituram appetente. Ab eo tempore Palatini Electores globum illum seu pomum aureum, cui Crux imposita à Carolo Cæsare donatum, Friderico suis insignibus insculpi fecerunt. Cùm multa in Religionis dissidiis sopiendo, frustra tentasset, tandem, postquam Ottonem Henricum Heidelbergæ habitantem Evangelia favere conspiceret 1546. Heidelbergæ reformationem doctrinæ instituit, opera Pauli Fagii Theologi Argentoratensis usus: Cumq; Protestantibus Principibus consilium sæpius careret, ii propterea Friderico gratulati sunt. In majorem Evangelii propagationem Augustinianorum Coenobium a Monachis paulatim desertum melioribus usibus conservaturus in Sapientiæ Collegium, quo Juventus Sacris et humanioribus literis ac omnibus disciplinis educaretur, convertere voluit. Quod tamen Consilium præsertim bellum Smalcaldicum inhibuit. Nam etsi ipse fœderi non dissent nomen, quod tamen ad Saxonem Legatum miserat, nec minus ad Protestantes Francofurti congregatos, ut obtineret auxilia ad res Danicas expediendas; Carolus

Cæsar

Cæsar instigante imprimis Granvellano, ab eo factus alienior: ac auctum est periculum, postquam Duci Würtenbergico 300. equites et 600. pedites ex pacto fœderis misisset, qui ad Ingolstadium in exercitu Smalcaldicorum contra Cæsarem ducti. Quando quidem tamen à parte Cæsaris victoria staret, Fridericus contra spem Wilhelmi Bojarii Carolo reconciliatus et supplex factus, vel statim se excusans comparuit, ipsius opera dein plenig usi in Caroli recepti gratiam. In Comitiis Augustanis anno 1547. cum Cæsarem non amplius lædere adderet, in Tridentinum Concilium consensit, et librum interimisticum recepit. Ad extremum sine liberis moritur Alteæ anno 1556. ac Heidelbergæ sepultus est.

Quam varia ejus fuerint circa matrimonium fata, cum Eleonore Austriacæ, Juliacensis Ducis filia, Mariæ Reginæ Vngariæ, Montisferratensis Principis, Sigismundi Poloniæ Regis filiæ, ut et nonnullarum in Gallia Principum spe rato consilio excideret, ac anno demum 1532. Dorotheam, Christierni captivi Regis Daniæ, et Isabellæ, Caroli V. Sororis filiam anno 1580. mortuam duxerit, cum spe Regna Daniæ et Norwegiæ impetrandi, quæ tamen cum sumtibus in irritum cecidere, pluribus elegantèr et diserte exponit anteà laudatus Hubertus Thom. Leodius.

§. 24. Successit Friderico II. ex Ruperto fratre nepos Otto-Henricus, cognomento magnanimus, anno 1502 natus variæ Principis fortunæ: qui paulo à nativitate exul fuit, patre omni ferè ditione exulo. Bonitate tamen Maximiliani Cæsaris Victoris, ex materna hereditate Principatum Neoburgicum

burgicum cum Philippo fratre indeptus est. Inde in Palastinam profectus rediit anno 1521. Evangelicam Religionem introduxit 1542 ac posteà Smalcaldico foederi nomen dedit. Undè de Capite et fortunis periclitatus à Cæsare exuitur ditione, quam Mauritius Saxo ei restituit. Post excessum autem Patrui, quem ante se Electoratum gerere permiserat, eundem suscepit anno 1556. Cæterùm mox plenam reformationem instituens, quicquid Pontificii fermenti supererat, à tota Provincia eliminavit, Academiam quoq; Heidelbergensem, ipse studiis delectatus, rectius ex Consilio Melanchtonis disposuit et dotavit: primus quoq; florentissima et posteà toto orbe celeberrima Bibliothecæ fundamenta jecit. Decessit anno 1559. d. 12. Februarii orbus et ultimus ex prosapia Ludovici Barbati; quod ipse ultioni divinæ ob sanguinem Hussi fusum adscripsit. Uxor ejus Susanna Alberti Bojariæ Ducis filia, Casimiri Marchionis Brandenburgici sibi anno 1543 decessit. Ipse Elector Heidelbergæ ad Spiritum Sanctum, ubi ejus Mausolaum conspicitur, sepultus est. Maternam ditionem Neoburgensem transmisit testamento ad Wolfgangum Bipontinum.

§. 25. Extincto in Ottone Henrico Ludovici Barbati progenie, Electoralis dignitas translata est in Simmeranam familiam et quidem in Fridericum III. per Patrem Johannem II. Avum Johannem I. Proavum Fridericum ex Alba vo Stephano Ruperti Imperatoris filio genus trahentem.

§. 26. Hic Fridericus III. educatus inter acerrimos Evangelii hostes, in aulis Lotharingicâ, Leodiensis Episcopi Erhardi à Marka, utet

ub et Caroli V. Cæsaris in Pontificia Religione adolevit: sed occasione Conjugii cum Maria Casimiri Marchionis Brandenburgo. Onolsbacensis filia, in Evangelica Religione educata, Evangelium amplexus. Juvenis in bello contra Turcam Signiferum Imperii egit; posteà Amberga Principes præfuit Palatinatui superiori, ac demum anno 1559. Electoratum indeptus est. Tum orto Heidelbergæ de orali manducatione in S. Coena dissidio Reformatis primus è Germaniæ Proceribus accedens, Tilemannum Heshusium Theologum dimisit, et Adversarios, imprimis Wilhelmum Clebitium fovere coepit. Habitum ob hoc 1560 Heidelbergæ Colloquium, ubi adducti à Johanne Friderico Saxoniæ Duce Morlinus et Stoffelius Theologi, cum Boquino (qui per cuniculos eo usq; egerat) et Erasto Medico in arenam descendentes. Ex eo Reformatis amplius adhæsit Elector, et promovendæ Religioni Neuhusii et Ambergæ erexit Gymnasia, nec minus Heidelbergæ collegium Sapientiæ dicavit postissimum Theologiæ, Franciscanorum claustrum commutans in Pædagogium. Anno 1561. ad Conventum Naumburgicum profectus, ubi eo autore disputatum, an variata, an invariata Augustana Confessionis editio sequenda. Anno 1562. in Comitiis Francofurtensibus Maximilianum II. Romanorum Regem cum Collegis cæteris elegit, et perfecit, ut in plenis Comitiis Principis Condæi et Ecclesiarum Gallicarum Legati audirentur, quibus posteà cum Hasso et Würtenbergio Duce Suppetias tulit. Anno 1563 Catechismum Heidelbergensem à Petro Boquino, Emanuele Tremellio, Zacharia Ursino,

et Caspare Oleviano concinnatum publicavit, quem plerique Reformati penè ut Symbolicum librum sequuntur.

Anno 1564 inter Theologos Palatinos et Würtenbergicos de præsentia Corporis Domini in S. Cœna in Monasterio Maulbronnensi habitum est Colloquium, quod per septiduum duravit, nihilq; aliud effectum, quam quod Principibus ob alia negotia inde discedentibus, acta confecta, quibus subscripsere ab utraq; parte delecti. Edita deinde Epitome Colloquii, quam impugnarunt Palatini, defenderunt Würtenbergici.

Anno 1566. in Comitiis Augustanis coram Maximiliano Cæsare ob Religionem Calviniaram accusatus est: ubi denunciatum Friderico, ut Septemviratu cederet, quem Cæsar non illibenter collaturus esset in filium, aut Calviniana doctrina Pastores excluderet. Verum Fridericus tanta fuit pertinacia (Calviniani Constantiam dicunt, eidemq; propterea Pii nomen tribuunt) ut publicum Imperii Consessum, quo se exclusum senserat, cum Johanne Casimiro filio S. Biblia et confessionem Augustanam ferente ingressus, se paratum esse ostenderet rationem doctrinarum reddere. Ac ferunt tum Augustum Saxonem humeris Friderici blandè percussis, in hæc verba erupisse: Fritz, du bist frömmer den wir alle mit einander. Aliquot enim diebus post à Cæsare clementer dimissus est. Paræus in Historia Palatina scribit, eo die, quo abitum pararat Fridericus, Principes Protestantes, absentium q; Legatos in Palatio

Suo con-

suo congregatos interrogavisse, an aliquis de iis rebus, quæ
ei coram Imperio propositæ fuerant, litem movere vellet? at
neminem fuisse, qui aliquid afferret.
Anno 1567. sub filio Johanne Casimiro non contemnendum
in Galliam misit exercitum, qui sequenti anno Condæo ac-
cessit, pace autem facta, rediit.
Anno 1569 aliæ Copiæ prioribus majores sub Wolfgango Bi-
sontino in Galliam missæ sunt.
Anno 1570. cum Spiræ Comitia haberentur, Maximilianus
Fridericum Heidelbergæ invisit, qui Cæsari in Hospicio
Wiseloch 5. Biblia in linguam Hispanicam conversa dono
dedit: quod munus Cæsar benigne accipiens, se diligenter
lecturum promisit. Interea grave inter Doctores Reform-
atos de Regimine Ecclesiastico moveri cæpit dissidium.
Cumq; Adamus Neuserus Pastoratu depositus tractis in
partes Johanne Sylvano, Ecclesiæ Ladenburgensis Superinten-
dente, Jacobo Sudero et Matthia Vehe cum Arrianis in
Transsylvania per literas colluderent, anno 1570 in Co-
mitiis Spirensibus per Legatos Transsylvanos res tota
Maximiliano II. et per hunc Friderico Electori innotuit.
Quapropter perfidi homines in vincula conjecti: ex quibus
Sylvanus post biennii Carcerem perduellionis damnatus
in foro Heidelbergensi capite plexus 23 Decembris 1572.
Duo alii ejuratæ hæresi, relegati. Neuserus ex fuga retractus
Amberga, iterumq; elapsus in Poloniam et Transsylvaniam
transfugit: cumq; exinde ab Electore ad supplicium quæreretur,
desperatæ salute, ad Turcas defecit, et Turcico ritu
circumsus, miserrime tandem periit.

Anno 1573 cum Henricus Andium Dux, Henrici II. Galliæ Regis filius, Poloniæ Rex designatus, in Poloniam abiturus Heidelbergæ Fridericum salutaret, is Lanienam Parisiensem ostensa Casparis Collinii imagine, hospiti exprobravit, cum Rex interea non occultam injuriam silentio affectato dissimularet: quâ de re videatur Thuanus Histor. l. 58. Anno 1574 Christophorum Filium Belgis laborantibus subsidio misit, qui tamen cum Copiis ad Movacum cecidit. Exulibus verò Belgis ~~laborantibus~~ asylum constituit Franckenthalium quod antea Cœnobium fuerat. Tandem anno 1576. cum Johannem Casimirum filium ex secunda expeditione in Galliam, pace ibidem conciliatâ, reversum excepisset, ac paulò post nuncium accepisset, de morte Maximiliani II. Princeps plus quam sexagenario molestiarum vitæ pertæsus, placidum finem desiderans, eundem 26. Octobris nactus est, sepultus Heidelbergæ in templo ad Spiritum S. cui monumentum à Successoribus positum.

§ 27. Uxores habuit duas 1. Mariam, Casimiri Marchionis Brandenburgici filiam anno 1567. mortuam exactis cum marito in matrimonio annis 30. Alteram Amaliam, Humberti Comitis Morsensis et Novesarii filiam, Henrici Baronis Brederodii, ejus, qui inter Belgicorum motuum primos Duces, viduam, quæ annum 1602 attigit.

§. 28. Ex prima uxore Maria Brandenburgica Fridericus Parens factus liberorum undecim:

1. Alberti anno 1538. nati, 1557. mortui.

2. Ludo-

2. Ludovici Electoris.
3. Hermanni Ludovici, nati 1541. qui cum in Academia Bituricensi literis operam navaret, unà cum Præceptore Nicolao Judice, Hieronymo Rhelingero, Patricio Augustano, Johanne Bellovco Parisiense, et ipso nauta in Avaria exigui fluvii trajectu, cymba inversa periit anno 1556. Hujus laudes Oratione funebri prosecutus est Nicolaus Cisnerus.
4. Johannis Casimiri Tutoris et Administratoris Friderici IV.
5. Alberti &
6. Caroli immatura ætate sublatorum.
7. Christophori, Anno 1551. nati, qui anno 1566 Magnifici Rectoris munus in Academia Heidelbergensi laudabiliter gessit, sed anno 1574 d. 17. Aprilis in prælio contra Hispanos in agro Mockensi, Clivensis ditionis propè Noviomagum commisso unà cum Ludovico Nassovio cecidit. Etsi enim de horum Principum morte per longum tempus dubitatum, quod tamen nihil certi constaret, eos multis vulneribus confossos agnosci non potuisse creditum est.
8. Elisabethæ 1540. natæ, 1558 Johanni Friderico II. Saxoniæ Duci nuptæ, quæ captivitatem mariti secuta Anno 1594. obiit.
9. Susannæ Dorotheæ natæ 1542 quæ Johannis Friderici II. fratri, Johanni, Johanni Wilhelmo isbonubens, anno 1592 vita excessit.
10. Annæ Elisabethæ, quam Philippus II. Hassiæ Landgravius, qui in inferiori Comitatu Cattimeliboccensi Rheinfelsii habitavit et ab ejus obitu Johannes Augustus

Palatinus Lützelsteinianus uxorem duxit anno 1599. decessit 11. Kunigundæ Jacobæ, Johanni Seniori Comiti Nassovio Dillenburgensi 1580 nuptæ et sexennio post demortuæ.

§. 29. Friderico III. successit LUDOVICUS, quem Reformati facilem vel Lutheranum cognominant, anno 1539. natus, literis latinis et Gallicis probè excultus, S. Scripturæ lector assiduus, Academiæ, Scholarum & Ecclesiarum Mœcenas liberalissimus. Hic magno Imperii Ordinum plausu Confessionem Augustanam restituit, dimissis Reformatis: ex quibus Zanchius, Ursinus, Tossanus, Boëbanus, Smetius à Johanne Casimiro fratre recepti sunt, constituto Neostadii Gymnasio. Libro Concordiæ subscripsit, ejusq; formulam in dictiones introduxit, ut meritò dubites de narratione Sarreana ac si poenituerit subscriptionis Principem, idq; in præsentia Ernesti Friderici et Georgii Friderici Marchionum Badensium paulò ante obitum factus sit. Politiam Justitiæ et Pacis amore prudenter constituit, neq; se alienis ingessit negotiis.

§. 30. Hic Ludovicus, cum Electoratum Palatinum circiter septennium gubernasset, anno 1583. d. 12 octobr. maximo suorum luctu obiit, ac in æde Spiritus S. Segultz ep. Cum paulò ante uxorem duxisset alteram Edzardi Comitis Frisiæ filiam, Caroli Regis Sueciæ ex Catharina filia neptem. Ex priori Elisabetha, Philippi Hassiæ Landgravii filia decem suscepit liberos, et quidem præter Fridericum IV. Successorem et Annam Mariam, Caroli Sudermaniæ Ducis post Sueciæ Regis uxorem, Fridericum-Philippum, Johannem-Fridericum, Ludovicum, Philippum, Elisabetham Dorotheam, Christinam, Dorotheam alteram: qui obt

aut

aut immaturè, aut in primis pueritiæ annis obierunt.

§. 31. Fridericus IV. 5. Martii 1574 natus, annorum erat undecim, cùm Pater moreretur, cujus Tutelam et Electoralis dignitatis ac ditionis administrationem adiit Patruus Johannes-Casimirus. Hic anno 1543 Patre Friderico III et matre Maria Brandenburgica natus, octennis ab Henrico II. Rege in Galliam, unà cum Carolo Lotharingiæ Duce abductus, in aula Regia educatus, à Patre recens Electore Heidelbergam revocatus, Religioni Reformatæ innutritus est. Insignia equestris Ordinis anno 1562. ei contulit Maximilianus II. quando Francofurti Romanorum Rex coronaretur; eidemq; postea in Comitiis Augustanis 1566. primas in equestri certamine tenenti lauream imposuit. Iisdem Comitiis Patri de privatione Electoratus periclitanti adstitit. Ineunte anno 1568. expeditionem in Galliam pro Hugenottis, in gratiam præcipuè Ludovici Borbonii Principis Condæi, et Casparis Colignii, Magni Galliæ Admiralii suscepit. Sed dum oppulentam Urbem Carnutum oppugnat, pacis conditionibus à Carolo oblatis, acquiescit, salvoq; exercitu domum revertitur. Anno 1570. ducta Uxore Elisabetha Augusti Saxoniæ Electoris filia, Lautrea in Palatinatus finibus, quasi limitaneus Dux à Parente collocatur. Anno 1575 denuò movens in Galliam, et ad ipsam Metropolim Parisiensem penetrans, Henrico III. Pacem

extorsit, annoq; sequenti redux morienti Patri adstitit. A morte Patris Ecclesias Gallicas et Belgicas consilio et ope juvit, Condeo Principi secundum exularti et Ruperfortis Equiti aurato Franckenthalii hospitium dedit. Confessionem Patris Testamento praefixo edidit, Reformatis Doctoribus fratris electione electis hospitium dedit, praesertim in Neostadiensi Gymnasio anno 1578. à se condito. Concordiae Christianae libro suasu Theologorum suorum noluit subscribere: imo ipsius auspiciis editum est virulentum Scriptum, cui Titulus: Christiana Admonitio de libro Concordiae. Postea Belgii Ordines ac Elisabetha Angliae Regina ipsum expetebant Imperatorem bellicum: Quamobrem expositis publico scripto instituti caussis, Copias in Brabantiam deduxit: sed parum ibi promovens ex Flandria in Angliam trajecit: ubi Elisabetha illum juvenem inter Equites Periscelidis recepit, sed multa quoq; exprobravit. Anno 1583. exarsit bellum Coloniense pro Gebhardo Truchsesio, cui de Archi-Episcopatu ob uxorem ductam periclitanti, cum filiis meo adstitit armis, dehortante Casare. Cum autem illius res fermè desperatae, opportunè mors Ludovici fratris nunciatur, ut ita honesto titulo decederet, et in Palatinatum redux administrationem susciperet, ex aurea Bulla sibi debitam.

§. 32. Quia verò

§. 32. Quia vero Testamento dati et alii Tutores Evangelici, hi initio ex Camera Spirensi impetrarunt adversus Casimirum edictum de edendo Testamento sub juvenali Banni Imperialis, et rumor erat rem ad arma deventuram, sed firmato in possessione Johanne Casimiro, desistendum fuit. Scriptus tum Palatini Prærogativum Legitimi Tutoris jure Testamentario defenderunt. Sed mutatis temporibus contrarium fuit defensum.

§. 33. Ubi primum suscepta administratio Lutheranismus iterum post novemdialem Disputationem inter Jacobum Grynæum, Basilea Evocatum, et Ministros ac Studiosos Evangelicos, Palatinatu exactos, Calvinismo undiq; recepto.

§. 34 Demum anno 1592. d. 6. Januarii Heidelbergæ exspiravit Johannes Casimirus, et in templo Spiritus Sancti sepultus, honorificum impetravit Epitaphium Thuani de ipso hoc est judicium: Cum omnia solus in Imperio credi vellet, pauca præstabat, et rationes aliorum conturbabat.

§. 35. Ab obitu Johannis Casimiri, quod Fridericus IV decimum octavum ætatis annum nondum plane compleverat, Richardus Simmerensis administrationem et Curatelam sibi deberi contendebat, durabatq; illa contentio etiam post completam ætatem capessen-

do

do Electoratui in Aurea Bulla præfinitam, donec ideirco alia-
rum Principum comploneretur motus, ac Richardus
quas occupaverat Præfecturas, ultrò restitueret.

§. 36. Fridericus ille IV. vitæ auspicia duxit Amberga
1574 d. 5. Martii. Puerilem ejus et adolescentiam formarunt
Otto Grünradius, Georgius Michaël Lingelsheimius, Chri-
stophorus Perbrandus, et Bartholomæus Pitiscus. Penè
puer Rectoratu Heidelbergensis Academiæ defungens, Legum
et Statutorum renovationem, ac novam Historiarum Pro-
fessionem vidit, et quamvis in literis ultrà mediocrem
intellectum non progressus, doctos tamen multum fovit et amavit.

§ 37. Anno 1593. nuptias Dillenburgæ celebravit cum
Louysa-Juliana, Wilhelmi Nassovii Principis Auriaci
filiâ, annoq; sequenti in Comitiis Ratisbonensibus feuda
Electoralia à Rudolpho II. impetravit.
Anno 1596. Neumarckenses et alios in Palatinatu Su-
periori motus compressit.
Anno 1598. post excessum Richardi Principatu Simmerensi auctus
Anno 1606. è veteri Pago Manhemio ad Rheni confluentem
nobilem Urbem condere ac munire cœpit, quæ exulibus ex
Belgio citò frequens facta; quam in rem videatur Fleherus
Originum Palatinarum Part. 2. cap. 19. Biennio post lus-tra-
tionem militarem Exercitus Electoralis in Ericis Lam-
spertanis (ubi duæ Castra metatus Hyemis) instituens, causas ejus
rei solutico diplomate proposuit.

§. 38. Demum huic Friderico IV. Cum Anno 1610. Prin-
cipum et Statuum Protestantium unio ipsius præcipuè au-
spiciis inita, decessit d. 9. 7bris jam ardente in Alsatia bello.

§. 39.

§. 39. Otto Fridericus IV^us ex Louysa-Juliana Nassovica suscepit Liberos, quorum hæc sunt nomina.

1. Louysa Juliana nata 1594. cum quâ Johannes Dux Bipontinus Electoratus tum temporis Administrator, nuptias celebravit Heidelbergæ Anno 1612.
2. Catharina Sophia 1595. nata
3. Fridericus V. Elector, infelix Rex Bohemiæ.
4. Elisabetha-Charlotta nata 1597. Georgio Wilhelmo Electori Brandenburgico anno 1616. nupta.
5. Anna Eleonora 1598. nata, anno 1606. denata.
6. Ludovicus Wilhelmus anno 1600 natus et extinctus.
7. Mauritius Christianus anno 1601. natus, 1605 immatura morte sublatus.
8. Ludovicus-Philippus, Dux Simmerensis, natus anno 1602.

§. 40. De hoc Ludovico Philippo, ejusq; cito extincta Posteritate porrò agemus. Pupillus adhuc Friderici fratris fortunæ involutus ab Hispanis omni ditione suâ exutus est. Ejus insuper ratio in Electoratu ad alium transferendo à Ferdinando II. neglecta, quod in bello fratri adhærens, Legioni præfuisset. Indè post exilium decennale Regi Sueciæ Victori, cum fratre se adjungens, in ejus Comitatu aliquandiu vixit. Extincto fratre anno 1632 demandatam ab Oxenstirnio Electoratus administrationem nomine Caroli Ludovici suscepit; cujus tamen usus ob ancipitem belli fortunam, quam diuturnus fuit. Undè Metis et Sedani denuò

exilium toleravit, donec anno 1648 Pace Westphalica ditioni restueretur. Cum etiam Controversia orta esset cum Carolo-Ludovico Electore de Principatu Cattorum, ea in Comitiis Ratisbonensibus anno 1657 composita, ac investitura Ducatus eidem collata fuit.

§. 41. Anno 1655 decessit Ludovicus-Philippus Berolini, Ex Mariâ-Eleonora Joachimi Friderici Electoris Brandenburgensis filiâ, quæ à morte Mariti Principatum Cattorum dotalitii nomine accepit nati ipsi sunt: Carolus-Fridericus Gustavus-Ludovicus, et Carolus-Philippus singuli immaturo fato functi, et Ludovicus-Henricus-Mauritius.

§. 42. Ludovicus-Henricus-Mauritius anno 1640. d. 1. Octobris natus, Anno 1666. matrimonio sibi junxit Mariam Henrici-Friderici Auriaci Principis filiam. Ipse Crucinati sedem habens, Equorum mirificus amator, quos ingenti sæpè pretio solitus redimere, superiori anno sine liberis decessit, adeoq; Simmerensis Principatus ad Carolum Ludovicum Electorem devolutus.

§. 43. Fridericus V. anno 1596. Ambergæ natus partim apud Bullionium Ducem Sedani, partim Heidelbergæ educatus, decimum quartum ingressus erat annum, cum Fridericus Pater decederet. Igitur de Tutela Electoratus magna agebatur controversia: quod eandem sibi ex Aurea Bulla et Sigismundi Cæsaris Decreto, itemq; præjudicio Johannis Casimiri deberi sibi contendebat Philippus Ludovicus

Comes

Comes Palatinus Neoburgicus, tanquam proximus Friderici agnatus: Johannes verò Palatinus Bipontinus ex Testamento illam sibi vendicabat. Utriq; Parti non defuere defensores, alii quidem anonymi, alii nomen professi. Pro Johanne et ita pro Testamentaria Tutela scripserunt Dionysius Gothofredus, et Marquardus Freherus, olim in hypothesi Casimiriana contrariæ sententiæ addictus. Habemus ejus Commentarium ad Auream Bullam Caroli IV. de legitima Tutela Curaq; Electorali Palatina, item Commentationem singularem de Testamentaria Tutela curaq; Electorali libera et integra. Philippi Ludovici causam propugnarunt Johannes Teschlerus, Cancellarius Neoburgicus, Johannes Fridmarus. Anonyma scripta hæc sunt: Pro Tutela et administratione Carolina et Sigismundea Electorali Responsionum libri duo oppositi multiplicibus Heidelbergensium chartis, nuperisq; cujusdam Dionysii Gothofredi sex Repetitionum libris. Beständige abermüng des Heidelbergischen Ungegründeten Rüstzeugs, Summarischen Information, außgesprengten Patents, gemandten Avisirung, und was mehr dahin gehörig, sehr außzuführen Defension und Rettung in Sachen des unlängst Verstorbenen Churfürsten Friderichs Pfaltz-Graffen außgelassene Vormundschaftlichen Verordnung. Cantzen 1611. Exstat etiam Oratio quâ perspicuè ostenditur, soli Philippo Ludovico Comiti Palatino

Tutelam et Administrationem Electoralis Palatinatus Jure optimo maximo competere. Delata quidem à Partibus est hæc Controversia Rudolpho Imperatori judicanda: illo autem haud injuriâ renuente, inconsulto Electorali Collegio ferre sententiam, cum varia intervenerint, atq; non multo post Fridericus Palatinus factus esset majorennis, maxsit lis indecisa: Bipontino interea à Cæsare pariter et Electorali Collegio in justi Tutoris locum admisso. Literas hanc in rem Rudolphi, annotatis ad Lampadium Part. 3. cap. 4. § 25. inseruit Conringius, quo loco etiam de summa rei eleganter disserit. Defuncto Rudolpho II. Johannes Vicarium Imperii sustinuit, et Francofurti anno 1612 Matthiæ fratri Rudolphi suffragium dedit. Anno 1613. Johannes Heidelberga Bipontum secedens, sponte se abdicavit gubernatione administratoriâ, rebus Imperii usq; ad completum decimum octavum Friderici annum sibi servatis

§. 44. Anno igitur 1614. Electorale Regimen suscepit FRIDERICVS, jam ante à Jacobo Magnæ Britanniæ Rege dignus judicatus, cui unicam filiam Elisabetham desponderet, quam Gener et Maritus à Socero Ordini Periscelidi adscriptus, post suscepotum et exactum iter Britannicum nuptiasq; Londini incredibili cum magnificentia celebratas, Heidelbergam deduxit. Anno 1616. Judaïs Wormatiâ ejectis, et exortâ inde dissensione periculosâ inter Senatum et Cives, quam præcipuè fovit Chemnitius JCtus, controversiam illam feliciter sine cæde et sanguine composuit Fridericus.

§. 45.

§. 45. Cum anno 1617. vivo adhuc Matthiâ Cæsare Ferdinandus Rex Bojemiæ electus et coronatus, ut tamen Regio titulo contentus, usq; ad excessum Matthiæ, administratione Regni abstineret, Bojemis Evangelicis admodum esset infestus, ac alia porrò moliretur Bojemiæ Regno damnosa, non potuit non gravis indignatio adversus illum concipi. Augebatur illa, postquam Pontificii Bojemorum novatez extructa Templa, Brunoviæ quidem demolitam et Clostergravii obsignatum. Unde sæpe fenestrarios illos tumultus Pragenses cœperunt circumspicere: Cum; pars Saxoniæ Electorem, pars Maximilianum Bojariæ Ducem, pars Transsylvanum, nonnulli etiam Regem Daniæ, quidam Sabaudiæ Ducem arcessendum censerent; vicêre tamen illorum Sententiæ, qui Fridericum Palatinum deligendum statuissent. Interea Matthias Imperator mense Martio 1619. obit, cui, frustrà contradicentibus Bojemis, ac dilationem urgente Friderico, Successor datur Ferdinandus II. At Bojemi, rejecto Ferdinando, Fridericum V. Palatinum eligunt, et Pragæ cum uxore coronant. Cum discederet Heidelbergâ Elector, mater Constantia gemebunda dixisse fertur: Ach mein Sohn gehet in Pfalz zu Böhmen! Memorant etiam, quo die excessit Heidelbergâ, confluente, ut fit, Populi multitudine, novum honorem gratante, visum Friderico illacrumari, non sine futuræ infelicitatis præsagio.

Dissuasére receptionem Coronæ propè singuli Electores, imprimis Johannes Georgius Saxo: ac inter Maximilianum quoq; Bojarium et Fridericum crebrò hac de re actum literis. Etiam Lingelsheimium Consiliarium serio dissuasisse ferunt: qui tamen rebus gerendis ex senio impar creditus, adeoq; in his negotiis præteritus. Electori sanè ingenium erat mite, sed Astrologi et Consiliarii (nonnulli et uxorem adunci) ad hæc præcipitia deduxerunt optimum Principem. Recepta jam Corona adhuc laborabant Electores, et Maximilianus Bojariæ Dux, ut eandem resignaret, ac Legatus Cæsareus in frequenti Principum uniorum conventu non dubitavit affirmare, Electorem Palatinum sibi Austriacam Domum æternum devincturum, si Regnum Bojemiæ Cæsari restitueret. Sed surdo narrabatur fabula, et communis Germaniæ calamitas erat in fatis. Nam Ligistæ Herbipoli, Uniti Norinbergæ convenientes de ratione continuandi belli agebant. Quiescebat Gallus, magis invidia erga crescentem Friderici potentiam, quam ullo erga Domum Austriacam studio. Cæterum Ambrosius Spinola jussu Regis Hispaniæ in Palatinatum movet, Cumq; Uniti Oppenheimium ~~deferentes, Wormatiam petent~~ juxtà considerent, mutato cursu, Crucenacum et Alzeam Palatinatus Cellam expugnat. Cum verò Uniti Oppenheimium deferentes Wormatiam peterent, Spinola Oppenheimium regressus, deditione capit: quam Simmara,

Bacharac

Bacharacum, Cubz et quicquid inter Confluentias Rheni Mosellaq; expandetur, sequuntur, Spinolæ præliu simulante, sed præter leves velitationes nihil admittente. Multo minus agebant Uniti, quorum Dux Joachimus Ernestus Marchio Onolsbacensis Wormatiæ per totam hiemem quievit. Unde non levis orta est suspitio Hispanos tum non ferreis modo, sed et argenteis pugnasse hastis. Certè quia Onolsbacensis non prodiret in aciem, aut si tentaret, variis à Spinola illuderetur artibus, planè apud suos fidem amittebat, quasi res et causam Unionis in propugnando Friderico parum fideliter administraret. Firmata ea suspicio discessu Henrici Friderici Principis Auriaci, à fratre Mauritio cum firma Peditum manu, et Anglis peditibus Unioni subsidio missi, qui postquam dominari Spinolam et Palatinatu Wetteraviaq; potiri vidit, tædio Rerum cum Batavis in Belgium reversus, Proverbio ansam dedit: Er gryft dieus, als nu Hollanders. Ita brevi Unionis fœdus tanto studio cœptum tantâ cura et impensis firmatum, ex rerum improspere gestarum tædio non multò post extinctum in Conventu Moguntino anno 1621. Quandoquidem autem in Conventu Electorali Mulhusino decretum, ut Cæsar Ferdinandus omnibus modis juvaretur, Johannes Georgius Saxoniæ Elector, insuper habitis Mauritii Hassiæ Landgravii monitis, Lusatiam ad obsequium reducendam; Maximilianus Bojariæ Dux spacandam sibi Austriam sumserunt.

Et hic quidem brevi tempore compositis in Austria rebus, tendit in Bojemiam, datis prius ad novum Regem et Bojemos literis, quibus ut Cæsari regnum redderetur, serio hortabatur. Ille autem Budissinã, quæ strenuè à Jägerndorffio Marchione defendebatur, occupatã, brevi post ultra Lusatiam valido ac lecto Marte pressam, subigit: quæ res et Bojemorum vires distraxit, et maximum Cæsari ad victoriam momentum attulit. Fridericus igitur revocatis ad animum periculis, ac Elisabetha conjuge cum pueris liberis Pragæ relictã, dimisso non multo ante filio majore Friderico Henrico in curam Electoris Brandenburgici, ut si quid sibi in tanto discrimine accideret, revocari inde mox posset, Rex jam ante designatus, Colloquium Maximiliani exposcit. At is conveniendi nullum modum, respondet, nisi Regno Bojemiæ et Provinciis annexis quam primum cederet. Quod id nondum animo sederet Palatino, inter Bojaricum et Bugoicum de Prælio actum, quod tandem ad Smigam d. 30. Octobris ibro Dominica 23 post Trinitatis commissum, cum apud Pontificios explicaretur Evangelium: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris, et Deo quæ sunt Dei. Hoc prælio spreto unius horæ spatio maximus Bojemorum exercitus fusus fugatusq3, ac Palatinus intellectã

clade

clade summâ festinatione ex Regiâ arce in veterem Pragam confugit, neq; ibi plus quam unicam noctem moratus, postridiè convasatis, quæ asportari in eo tumultu poterant, cum Conjuge liberisq; ac multis Bojemicis Dynastis Vratislaviam perrexit. Capta est hoc præsidio Cancellaria Anhaltina, cujus arcanorum publicatis publicatis plurimis deinde in utramq; partem Scriptis ansam dedit. Fridericus autem cum deseri se ab omnibus Provinciis videret, relictâ Vratislaviâ in Marchionatum Brandenburgicum concessit, modicæ spe reparandi Bellum: quamvis Bethlenium Transsylvanum tum in Vngaria turbantem, per literas, ut strenuè coeptis insisteret, hortaretur. Secuta anno 1621. mense Januario Friderici Electoris aliorumq; Principum cum ipso facientium proscriptio. Quod ipsum tamen non pauci Imperii Status indignè tulerunt, tantam rem non ad solum Cæsarem, sed ad publicum Imperii pertinere Conventum arbitrantes. Interea Palatinus jam in Hollandiam fugâ delatus, multorum apud Cæsarem literis Legatisq; juvabatur, inprimis Regum Daniæ et Angliæ, precibus minas jungentium, cumq; nexum proficerent, terrorem ac metum novo ex bello ostentantium. Jam igitur ad Digbii Legati Anglicani sollicitationem de indutiis agebatur, cum hanc tractationem Ernesti Mansfeldii excur-

sione

siones irritas facerent. Is enim ē Bojemia in Palatinatū Superiorem digressus, receptis Militibus Unionis, justum brevi Exercitum collegit, et Hispanorum ac Tyllii successu partim aperto Marte partim dolo moratus, Franconiam ac Alsatiam populatur.

Sub id tempus novus Cæsari hostis, Christianus Dux Brunsuicensis, Episcopus Halberstadiensis, emergit, ac Fridericum Exulem tanta confidentiâ juvare conatur, ut Elisabetha Conjugi ejus ereptam ē manibus pileo sua accommodans juraret, se symbolum istud non dimissurum ē capite, priusquam Fridericum Regem solio restitutum viderit. Igitur Saxoniam et Westphaliam magna licentia percurrens, facto per Hassiam itinere Amœnoburgum Moguntina Ditionis Oppidum occupat, sed à Jacobo Comite Arnholtia fusus, in Westphaliam rejicitur.

Annus agebatur 1622. quo Fridericus intellectis Mansfeldii et Brunsuicensis progressibus per Galliam et Lotharingiam mutato habitu cum Michalovicio Bojemiæ Satrapa, et Mercatore Argentinensi Dolbiero in Palatinatum revertit. Iter non caruit periculis, semel prenè agnitus à Cauponariâ, quæ ex pictura similitudine faciem agnoverat: deindè in Alsatia cum in diversorio publico in 12. milites gregarios Archiducis Leopoldi incidisset. Ubi incognitus, multa in se convicia jaci, militari licen-

tia

tia audivit, jocoq; transmittere, et in salutem hostium super mensam respondere propinantibus debuit. Alia etiam pericula narrat Paraeus Historiae Palatinae compactor.

Caeterum postquam Landavium ad Comitem Löwensteinium et Germersheimium ad Mansfeldium pervenit, summa omnium gratulatione exceptus est. Mansfeldius cum reducere Palatinum tentaret, à Tyllio propè Visilochium caeditur: sed reparatis per stratagema viribus, eodem die Victorem Tyllium vincit ingq; fugam compellit, ac porrò Anshemio et Eppinga deditione, Ladenburgo per vim subitus, non modicam spem facit Palatino, cujus reditum tam felici auspicio celebraverat. Sed cum Georgius-Fridericus Marchio Durlacensis inter Wimphinam et Heilbrunnam, ac non dui post Christianus Brunsvicensis ad Höchstam à Tyllio victi essent, Palatinus duplici clade perculsus, simul Angliâ et Daniâ Regum literis permotus, ut arma omitteret, spe Pacis, quae Bruxellis tractabatur, dimittit Exercitum apud Tabernas Alsatiae, datâ facultate Mansfeldio et Brunsvicensi, quo vellent cum Copiis liberè concedendi. Qui tamen postea non desiere propriis auspiciis, quod vixere, Caesari molestias facessere. Fridericus hinc Sedanum, et postea in Hollandiam ignotus rediit. At Tyllius Palatinatum hoste vacuum nactus ad subigendam Heidelbergam animum adiecit, et urbe quidem per vim potitus

arx à Præfecto temperatis conditionibus tradita est. Multum ibi prædæ captum, inter quæ Bibliotheca Palatina emicuit, omni librorum præsertim manuscriptorum apparatu inter Germanicas celeberrima: cujus deinde pars maxima à Maximiliano Bojariæ Duce Gregorio XV. Pontifici donata, ejusdemq; jussu à Leone Allatio Romam pervecta est. Pileus Electoralis Monachium translatus est. Secuta Heidelbergam Mansheimii deditio, quod munimentum Horatius Veerius Tribunus Anglicanus, impetratis discedendi honestis conditionibus Tyllio tradidit.

Anni 1623. initio Ferdinandus Cæsar in Comitiis Ratisbonensibus, frustrà expectatis Saxone et Brandenburgico Electoribus, Friderico Palatino non citato, non audito, non defenso, Electoratum abrogat, quem Maximiliano Bojariæ Duci solenni ritu confert: graviter hoc ferentibus Saxone et Brandenburgico, quod tanta res non ad solum Cæsarem sed ad Electorale Collegium pertineret: Agnati etiam, ac imprimis Wolfgangus Wilhelmus Neoburgicus, licet superioribus motibus non innexi, excluderentur. Ipsi etiam Hispani indigne hoc ferebant, minus potentem Principem eo munere ornari optantes.

Interea Speraverat Angliæ Rex matrimonii Hispanici occasione Palatinum generum restituere: sed Franckenthalio Hispanis in sequestrationem dedito delusum se vidit. Vnde anno 1624 Ordinum Angliæ decreto Palatinus armis restitui jubetur, Coste judicato Hispano, et aliis

et aliis initis foederibus. At Jacobo Rege extincto, et unicâ maritimâ ad Gades anno 1625. frustrâ institutâ expeditione, res in nihilum recidit.

Nec meliores Christiani IV. Daniæ Regis pro causa Palatinâ successus: qui anno 1625 Dux inferioris Saxoniæ Circuli creatus, anno sequenti prope Lutheram ad Barenberg à Tyllio victus fugatusq; est.

Quamobrem cum Fridericus vi parum proficeret, per Ducem Lotharingiæ et Würterbergicum reconciliationem apud Cæsarem tentavit. Indicta igitur Colmariæ dies anno 1626. nec Cæsar abnuebat Palatinum in gratiam recipere, modo supplex veniam petens, in Bojemiam Juri cum filio renunciavit, sumtus in bellum expositos Cæsari redderet, et reductam in Palatinatum Religionem Catholicam servaret, imprimis autem Electoratum Maximiliano relinqueret. Obtulit se Fridericus ad petendam veniam, et Bojemicæ Coronæ cessionem, à sumtibus refundendis inopiâ se excusans, at Electoratum vel alternationem saltem cum domo Bojarica exigens. De Pontificia autem Religione in Palatinatu relinquendâ negabat. Ita Tractatus abrupti. Mox in Conventu Electorali Mülhusino decretum, ut Palatino supplici et Regno Bojemiæ et Electoratui renunciantis venia factorum et ex ditionibus hereditariis portio aliqua arbitrio Cæsareo daretur. Ac iterum in Comitiis Ratisbonensibus anni 1630 facta negotii mentio. Sed quod Palatinus non partem, sed totam ditionem repeteret, et ut Electorale

fastigium ex domo suâ penitus transferretur inducî non posset, res pristino loco mansit.

Tandem cum Gustavus Adolphus Sueciæ Rex ille Germaniæ liberator, post Lipsiense prælium, maximam Electoratus partem, solis fere Heidelberga et Franckenthalio exceptis recepisset; Fridericus anno 1632 post denatale exilium ad eum Franckofurtum venit: in cujus Comitatu aliquandiu hæsit, magnâ spe, fore, ut Rex debellato Tyllio ipsum in amissas ditiones reponeret. Cepto Monachio Bojaria Electoris sede, Friderico Regi Suecia autorem fuisse ferunt urbis incendendæ, à quâ tamen Victor vim abstinuit.

Ad ultimum non multò post Regis Sueciæ interitum Moguntiæ brevi sed lethifera febri correptus diem supremum obiit Fridericus d. 19. Novembris 1632, relictâ viduâ Elisabethâ, Caroli Angliæ Regis sorore, ex liberorum Matre, quæ anno demum 1683 vita excessit. Primogenitus Fridericus-Henricus d. 1. Januarii 1614 natus, anno 1620 d. 19. Aprilis in Comitiis Pragensibus Successor Patris in Regno Bojemiæ designatus, anno 1629 d. 7. Januarii in trajectu fluminis Vejæ prope Amstelodamum, navi, quâ vehebatus, per alterius navis splenis velis occurrentis allisionem ruptâ, tristi fato aquis haustus est, ipso Patre ægrè periculo subtracto.

2. De Carolo Ludovico Electore separatim dicemus.

3. Rupertus 1619. d. 17. Decembris natus, in Belgio cum

fratribus

fratribus educatus anno 1638. à Melchiore Hatzfeldio post amissam Mespenam in obsidenda Lemgovia captus, ad Cæsarem traductus Viennam, anno 1642. dimissus in Angliam concessit. Regij laboranti cum fratre Mauritio auxilio fuit: et ad Kingston Parlamentariorum cornu sinistrum (dextrum Regiorum fermè victum erat) in fugam conjecit. Tum pleraq; recuperata loca, ut Londinum queq; trepidaret. Anno 1643. Rupertus Bristolium Mauritius Exoniam capiunt deditione. Sed anno 1644. Rupertus ad Eboracum, quod obsidione liberare conabatur à Cromwellio vincitur, cum alterum Fairfaxii cornu penè deleret. Oxonii cum Rege obsessi sunt Palatini: ipso verò ad Scotos profugo, Urbeq; Fairfaxio dedita, Principes Palatini intra spacium sex mensium Angliâ jussi excedere: utq; intra id tempus Londinum non adirent. Cum verò Rupertus mari vexaret Parlamentarios, et in Portu hybernico Kingsal se contineret, hi anno 1650. classem adversus ipsum instruxere. Itaq; magnas secum in Lusitaniam opes detulit, ob quod Angli Lisabonam agressuri videbantur. Demum triennio penè in Oceano acto, cum quatuor navibus Nannneto in Gallia appulit, indè in Germaniam perrexit ad fratrem Electorem. Ferunt ab illo poposciisse Alzeam præfecturam, eo quod in paterno Testamento ipsi assignata portio ex Palatinatu trium milliarium; Fratrem autem respondisse: in Ottoniana Sylva ipsi assignandum fore tantum spacii in circuitu.

Hinc quod cum fratre non bene conveniret, ac aliquando absente isto in arcem Heidelbergensem non admitteretur, Viennam profectus in aula Caesarea aliquandiu egit, donec anno 1660 Caesaris auspiciis expeditionem in Pomeraniam susciperet, non tamen multa, ut Spenerus ait, operae pretio. Rege Angliae in Regnum restituto, ad eundem se contulit, ac aliquoties Admiralii munere fungens, fortiter quidem, sed infeliciter cum classe Hollandica conflixit.

4. Mauritius anno 1620 d. 4. Februarii natus sperata fata communia habuit cum Ruperto fratre, demum tempestate ab illo disjectus periisse creditur.

5. Ludovicus 1623. d. 21. Augusti natus 1625. 24 Aug. decess.

6. Edoardus anno 1625. d. 5. Octobris natus, in Gallia fortunae sedem quaesivit anno 1645, ducta Annâ, Caroli Gonzagae Ducis Nivernii filiâ, uxoris Casimiri Poloniae Regis Sorore. Quod matrimonium inscio Rege contractum non nisi assumtâ ab Eduardo Religione Pontificiâ, probatum, Decessit Eduardus sine masculis anno

Filia Major Louysa-Maria Henrico-Julio Principi Anhaltino 1667; Minor Benedicta-Henrica Johanni-Friderico Duci Brunsvicensi et Luneburgensi 1668 nupsit.

7. Philippus natus 1627 Legioni Equitum Lotharingiorum praefuit, cum praelio ad Rhetelium, quo Turennius Principum artibus Mazarinii castorum causam tuebatur, anno 1650. cecidit.

8. Gustavus 1632. natus, 1640. obiit.

9. Elisabetha

9. Elisabetha, Princeps eruditissima, et Carthesianæ Philosophiæ fautrix, anno 1618. nata, Herfordiæ Abbatissam agit, ubi antè paucos annos Labadisticæ Sectæ procul dubio à Schürmannia virgine seducta, hospitium præbuit.

10. Ludovica Hollandina nata anno 1622. è Belgio in Galliam, mutandæ Religionis studio se recepit, dein solenni ritu monasterium ingressa et postâ Rege præcedente Abbatiâ donata est.

11. Henrica-Maria anno 1628. nata, nupta juniori Ragozkio 1651. eodem anno vitam finivit. Hujus dotem frater Elector in Conventu deputationis Francofurtensis 1651. sibi solvi postulavit.

12. Sophia anno 1630 nata, Ernesto Augusto Duci Brunsvicensi et Luneburgensi nupsit.

13. Charlotta immaturo fato extincta.

§. 46. Præsentis Electoris CAROLI LVDOVICI vita considerandæ partim ante recuperatam Electoralem dignitatem, partim prout in illa in præsens tempus exacta. Natus est anno 1617. d. 22. Xbris. in exilio Patris apud Belgas exolevit, literis egregiè excultus. Patre mortuo ex voluntate Oxenstirnii ejus nomine Electoratum administrare cœpit Ludovicus-Philippus Patruus, quod tamen, mutatâ fortunâ, diu non duravit. Pace Pragensi anno 1635 promissa Matri dos, ipsi verò et fratribus, si ad obsequium Cæsaris redierint, dignum deditione sua alimentum. Cum autem Ferdinandus III.

anno 1636. eligeretur Rex Romanus, Palatinus contra electionem protestatus et Jus suum in Electoratum scripsit, fruitus est.

Anno 1638. et ipse et Rupertus frater Avunculi Caroli Angliæ Regis aliorumq; Principum auxiliis instructi, emtâ à Suecis Meppenâ conscriptisq; non contemnendo exercitu, bellum Cæsari inferre laborabat. Verùm Velenius Copiarum Cæsarearum per Westphaliam Præfectus repentinâ irruptione urbem intercepit omni bellico apparatu et annonâ refertam. Horneccius Præfidii Præfectus cum vires in Victorum potestatem venisse, quasi videret superesse amissæ urbi, sibi ipsi explicam accersivit, percusso in faciem Centurionem alterum, qui de ea in captivitatem ducendo vexabantur. Mox enim pudefactus Centurio ignominiâ accensus, semel ne præda eriperetur metuens, Horneccium interfecit. Inde Palatini Lengoviam obsidentes ab Hatzfeldio justo præliò profligantur, castris impedimentis omnibus, atq; inter ea insigni Periscelidis Anglicanæ. Ruperto capto Carolus Ludovicus dum rheda vectus per Visurgim fugam præcipit, submersis curru, equis et auriga, solus ægrè per Pontes Mündam evasit.

Anno 1639 Bernhardo Vinariensi mortuo, pecuniâ instructus ex Angliâ ad Copias Duce destitutas cum paucis militibus properabat. Sed jussu Regis Galliæ in itinere detentus, donec rebus cum Vinariensibus compositis metus cessaret.

De injuria

De injuriâ detenti Principis Carolus Angliæ Rex et Regina Sueciæ per literas conquesti, sed re jam perpetratâ, cum emendare non possent, omisêre.

Jam de futura Pace agebatur in Westphalia: nec tamen Carolus-Ludovicus (procul dubio Catholicorum pertinaciam prævidens) Legatos ad Tractatus misit. Tandem tamen impetratis Salvi-Conductus literis, eo direxit consiliarium intimum Philippsum Streuf a Lauenstein aliosq; de restitutione sua acturos. Cum per triennium in hac causa nihil effectum, sumptus inutiliter profluerentur, Legatos revocavit. Postquam verò Galli et Sueci satisfactionem ex voto obtinuissent, tandem de causa etiam Palatinâ actum. Sueci plenariam urgebant restitutionem, excepto Comitatu Cham, et post Maximiliani decessum dignitatem Electoriam, cujus Posteri dein octavum inter Electores locum habituri essent. Sed quod Galli forte ob tentatam Bernhardi Vinariensis successionem Palatino non adeò bene vellent (id quod Memmii Legati Gallicani ad Oxenstirnium sermo testabitur) res eo modo non processit. Igitur octavus Electoratus Carolo Ludovico ejusq; hæredibus et Agnatis totius Lineæ Rudolphinæ, et loco Archi-Dapiferi, Archi-thesaurarii titulus assignatus, sed non nisi inferioris Palatinatus restitutio decreta. Quod si tamen contigerit, Lineam Wilhelminam Bojaricam deficere, extincto tam octavo Electoratu, superior etiam Palatinatus, cujus simultaneâ investiturâ

interim gaudent Electores Palatini, ad Palatinos Superstites rediit. Praterea fratribus Electoris quatuor imperialium millia, matri viduæ 20000, singulis sororibus 10000 dotis loco à Cæsare promissa ab exsoluta. Præfecturam autem Stratæ montanæ Palatinis olim cypsigneratam Elector Moguntinus recepit. Vnicum restabat Franckenthalium, in quo restituendo miras Hispani nexuêre moras. Quod tamen eas prævideret, qui de executione Pacis egerunt Norinbergæ, Heilbronna interim Electori promissa, cum Summa pecuniæ per singulos menses. Tandem tamen Hispani, recepta Vesontione in Burgundia anno 1652 d. 23. Aprilis non sine cordolio Franckenthalium in manus Electoris resignarunt. Digna sunt lectu quæ hâc de re habentur in Continuatione Theatri Europæi ad annum 1652. à Burgoldense discursu 25 ad Instrumentum Pacis repetita. Factâ itaq; plenariâ restitutione, Electoris Palatini nomine investituram ab Imperatore accepit Pragæ mense augusto d. a. Dominus Cancellarius Johannes Carolus Mieg. Hic quod alterâ pede obliquè incederet, ac nonnulli per jocum dipodem Palatinatum adhuc claudicare, Vir prudentissimus in causam suam vertens, peractis gratiis à Cæsare humiliter expetiit, ut Palatinam Domum ob immensos

præteritis

præteriti belli calamitates adhuc claudicantem clementer erigere ac Cæsareo favore ad pristinum statum reducere non dedignetur.

§. 47. Post restitutionem dignitatis Electoralis inferioris Palatinatus et speciatim Franckenthalii in Regimine Electoris præ cæteris memorabilia sunt Controversia cum Electore Bojaria de Vicariatu Imperii, Divortium ab uxore, novoque cum Degenfeldia matrimonium, Lis cum domo Hasso-Darmstadina ob jus Ecclesiasticum in Præfectura Vmstad. Contentio cum Moguntino et Confœderatis de Jure Wildfangiatus post bellicos quosdam motus composita, ac denique vastatio Palatinatus à Gallis facta.

§. 48. De Controversia Palatini ob Jus Vicariatus, anno 1657. nota diximus in historia Bojarica.

§. 49. Quod ad Divortium attinet, Elector anno 1650. uxorem duxit 20. Februarii Charlottam Wilhelmi V. Landgravii Hasso-Cassellani filiam, Principem et formæ, et animi dotibus insignem, quæ anno 1652. d. 13. Maji Carolum, anno 1652. mense Maji Charlottam-Elisabetham, anno 1653 Fridericum paulo post demortuum, peperit. Semina discordiarum jacta sunt post tertium puerperium quando Equi Neapolitani donum à Conjuge profectum Elector respuens ad Nobilem Ministrum statim transmisit. Quod cum ægrè ferret Charlotta, animum ejus contra Maritum porro exstimulavit Degenfeldia. Ferunt etiam eandem Virginem Dominæ annulum pronubum surripuisse, fortè

ut in suspicionem sinisterioris vitæ eandem adduceret. Post reserta sunt literæ latinæ inter Electorem et Degenfeldiam missitatæ: ob quas cum Maritum in præsentiâ Friderici Marchionis Badensis pungeret Conjux, alapa ex- cepta est. Quod tamen interventu Marchionis litigula compo- neretur, ac porrò Elector alio Colloquio nocte concubiò cum- pore instituto, literas non ex malesuado amore, sed ad tentan- dam Virginis in lingua latina peritiam, profectus ostendere, in meliùs omnia videbantur ire, nisi in Comitiis Ratisbonen- sibus modis nescio quibus vulnus recruduisset. Postquam exin à reditu Electoris aliquandiu morata Ratisbonæ domum re- versa, ejus Conclave 40. Helvetiis Militibus incinctum, liberum ei aditum negabat: donec Elector, suppliciibus Conjugis literis motus, non nisi quatuor Custodes relinqueret: simul tamen responsoriis, ac porrò per alium nuncium, ac denique nova Epistola 24 Aprilis 1657. scriptâ divortium indiceret. Nec multò post Elector per Eleazarum Heilandum, Lutheranæ Ecclesiæ Ministrum Heidelbergensem Susannæ Mariæ Degenfeldiæ junctus est. Ipsa verò Charlotta per aliquot annos Heidelbergæ in illo statu vivens, tandem in fraternam aulam Hasso-Cassellanam concessit. Nati ex Degenfeldia complures liberi: Carolus Ludovi- cus 1658. Carolina 1659. Louysa 1661. Amalia Elisabetha 1663. Ludovicus 1662 natus et alius 1664 genitus, decessêre.

§. 50. Plena litis cum Domo Hasso-Darmstadinâ ob Jus Eccle- siasticum in Præfectura Vmstedt nondum mihi perspecta et Historia. Id scio, cœpisse 1661. itemq; arma ab utraq; parte sumta, sed nescio quibus pactis deposita.

§. 51. Majoribus turbis extracta est de Wildfangiatus Controversia, de quâ nunc per Epitomen agemus. Habuere Electores Palatini jam ab antiquo Privilegium à pluribus Cæsaribus ipsoq; Ferdinando III. confirmatum, non modo in suo territorio, sed et in vicinis quibusdam in noviter adventatos ac mansuros, nec intra annuum spacium ab alio domino vindicatos Hospites, qui Wildfangii dicuntur, ac hominum propriorum speculiare genus sunt, eorundemq; posteros certa quæda Jura exercere, quæ potissimum consistunt in honorario Præfecti, à quibus recepti albo inseruntur, persolvendo: in annuo mediocri tamen censu, nonnullisq; oneribus aliis pro locorum varietate variantibus, Palatino Electori præstandis. Post restitutionem Palatini querelæ eâdem motæ in Comitiis ratisbonensibus 1653 et sequentibus. Quæ cum nihil proficerent, Elector Moguntinus tanquam Episcopus Würzburgensis et Wormatiensis, post subjugationem Erffurti, cum militem armatum adhuc in manu haberet 1665. et 1666. una cum Sociis Electoribus Trevirensi et Coloniense, Episcopis Spirensi et Argentoratensi, Duce Lotharingiæ, Comitibus Rhingraviis, et immediata nobilitate ad Rhenum in Suevia et Franconia, Palatinatum afflixit. Leopoldus quidem Cæsar litigantes jussit arma ponere: sed ne sic quidem hostiles metus prohibiti: Tandem tamen per Compromissarios Judices, Galliæ Sveciæq; Reges eorundemq; legatos Honoratum Courtin, Davidem Mævium, et Martinum Boxelium per Laudum Compromissiale, negotium compositum Heil-

bronnæ

bronna 1667. In hoc Laudo voluit acquiescere Carolus Lotharingiæ Dux, minimè permissurus Electori, qui Jura Wildsangiatus in Comitatu Falckenstein exerceret, arcemq; Hohenecc Cujus pars quarta Palatini feudum) inscio ac non consentiente Electore emens suis præterea militibus spolia in Palatinatu permisit. Unde motus Elector 1668. arma adversus Lotharingium expediens Landshulium ac Hohenecccium arces occupavit, ac illud funditus evertit. Congressi etiam sunt juxta præcluis ad Buteshemium non sine utriusq; partis clade. Brevi tamen post primo per Moguntinum ac Palatino-Simmerensem, deinde vero autoritate Cæsareâ, per Badena-Durlacensem ac Badeno-Badensem Marchiones facta compositio. Agitata est de Wildsangiatu Controversia aliquibus scriptis. Palatinum Jus exponit liber cui titulus: Justitia Causæ Palatinæ. Autor libri creditur Dn. Bockelmannus Dicasterii Electoralis Vice-Præses. Contra Wildsangiatum quæ prodierunt Vindiciæ, autorem forte habuerunt Boecleri um. Etiam singulares Disputatio de Propriis hominibus lectu non indigna Altorffii prodiit. Contra Laudum Heilbronnense anonymus quidam famosum scriptum edidit, cujus autor, etsi serio in illum inquisitum, latuit.

§. 52. Deniq; etsi filia Electoris Charlotta Elisabetha nupserit Aurelianensi Duci, Galliæ Regis fratri, mutata etiam Religione; cum tamen Elector arma Gallicana improbans Cæsareis partibus se propius adjungeret, et alicubi forte Militem recipere paratus esset, jussu Regis in Palatinatu truculentissimè sævit Turennius, omnia incendiis et vastationibus complens. Nec hodie desinunt Philipsburgenses Præsidiarii Palatinis ditionibus incommodare. Et quanquam pridem decreta Philipsburgi obsidio in Comitiis, tamen, ut lenta Germanorum sunt Consilia et expeditiones, non modo nihil actum, sed valde vereor, ne post

Solutam

solutam obsidionem Brisacensem, ac regressum foederatorum militem, deteriora sequantur. Nisi forte Elector ipse necessitate adductus, ad alia mentem flexerit.

§ 53. Anno 1673. ab obitu Ludovici-Henrici-Mauritii Principatus Simmeranus Electoris Palatini patrimonio accrevit. Quamvis autem inter ipsum de Moguntinum de Praefectura ac arce Bockelheim contentiones natae, placuit tamen Electori calamo potius quam gladio litem hanc committere. De summa Electoris eruditione, raro in literatos amore singulari prudentia, praeclara fortitudine, de Judiciis ab eo institutis, structisq; et auctis munimentis hic dicere nihil attinet. A Rege Galliae in Ordinem Equitum Spiritus Sancti; a Rege Angliae in Ordinem Periscelidis receptum, non modicam auri summam quotannis colligere narrat Autor Itinerarii Germanici Politici, qui et alia hujus aulae singularia memorat.

§ 54. Unicus Electoris legitimus filius Carolus, anno 1651. natus, bene educatus, et literis ac regendi artibus imbutus, a Rege Galliae Mareschallis Franciae adscriptus, finita peregrinatione uxorem duxit Wilhelminam Ernestinam Friderici III. Daniae Regis filiam, ex qua jam Principem natum audio.

DE CÆTERIS LINEIS PALATINIS et primo DE BIPONTINA ANTIQVA.

§. 55. Absolutâ Electorali Familiâ, dicemus nunc breviter de reliquis lineis Palatinis, quæ omnes Originem trahunt ex Bipontinâ Veteri.

Bipontina illa ortum debet LVDOVICO Nigro, Stephani Zimmerani, quem Rupertus Rex Germaniæ genuit, filiorum alteri. Gessit is cum Friderico Victoriosso Electore Palatino bella sibi damnosa, pacemq; aliquoties petere coactus est. Decessit anno 1479.

Ex uxore Johanna Antonii Croiæ Ducis filia genuit

Davidem immaturâ ætate sublatum;

Casparem, natum anno 1458 qui Patre inscio testiculos sibi præscindi curaverat, undè Conjux Amalia, Alberti Electoris Brandenburgensis filia abeo discessit, et ipse pro fatuo habitus, ac à fratre custodiæ mancipatus est, in quâ mortuus anno 1481.

Alexandrum, de quo, quia Stirpem propagavit, singulariter agemus.

Albertum Episcopum Argentinensem 1523. mortuum.

Philippum Canonicum Argentinensem mortuum 1469.

Johannem Canonicum Argentinensem

Samsonem natum 1474. qui anno 1480 Bipontii de Turri cadens exspiravit.

Catharinam Abbatissam Trevirensem.

Margarethan Philippi Nassovii uxorem, 1515. mortuam

Elisabetham

Elisabetham Johannis Ludovici Comitis Nassovii Saraponteni. Conjugem 1487. mortuam
Johannam et
Annam Moniales.

§ 56. **Alexander** natus 1462 Patri Ludovico Nigro successit, ex morbo pustularum claudus et valetudinarius. Agnatum Electorem Philippum in genium in bello Palatino armis non parum vexavit, et in communi illa direptione itidem praedam ad se traxit. Obiit anno 1514. Ex Uxore Margaretha, filia Cratonis Wolfgangi Comitis Hohenloici, praeter Georgium Canonicum Trevirensem et Coloniensem, Johannam et Margarethan Moniales, ac Catharinam Ottoni Comiti Rittbergico nuptam, duos genuit filios, Ludovicum & Rupertum, Horum prior Bipontinam et Neoburgensem, unde aliae exortae sunt lineae, propagavit; alter Lützelsteinianum stemma, unde Lauterecensis prodiit, exorsus. Nos primo de Ludovico, cujus primogenitus Wolfgangus Neoburgum Ducatum accepit, ac deinceps de Neoburgica linea agemus.

§. 57. **Ludovicus** Bipontinus. Alexandri primogenitus, Anno 1502. natus, Carolo V. contra Franciscum I. Galliae Regem militavit. Fuit inter primos, qui Evangelicam Religionem recipiens à fermento Pontificio purgaret, frustra reluctantibus Episcopis vicinis. Maturè tamen extinctus est 1532 relicta uxore Elisabetha Wilhelmi Hassiae Landgravii filia, quae pari sincerae Religionis zelo flagrans annum attigit 1563. Ex hac Ludovicus suscepit filiam Christianam 1529. natam, 1534 denatam et filium Wolfgangum.

§. 58. Wolfgangus ille 1526. natus, sub cura Matris Patriciq; Ruperti addevit. In aulam Friderici II. Palatini admissus, quæ ad Rempublicam gubernandam facerent studiosè addidicit. Ex ejusdem voluntate annos 18. natus administrationem Paternæ ditionis, ac Friderico ad Electoratum promoto, superioris Palatinatus Vicariam regimen suscepit, et hoc usq; ad obitum Friderici defunctus est. Evangelicæ Religioni animitus addictus, Smalcaldico tamen fœderi nomen dare recusavit. Vndè singulari gratia Caroli V. floruit: Quod tamen anno 1547. Interimisticam formulam nollet recipere, eadem sicè excidit, ut videre est apud Sleidanum lib. 20. & 21. ubi ingenua ejus et mascula Veritatis Evangelicæ Confessio reperitur. Licet autem Philippi Landgravii Gener esset, Cum tamen de captivis Principibus vi liberandis consilia agitarentur, iis se immiscere noluit. At Pace compositâ, dissidiis, quæ supererant, tollendis dedit operam. Neoburgensem Principatum testamento ipsi legavit Otto-Henricus Elector Palatinus, ubi Gymnasium erexit Lavingæ, et alterum apud Bipontinos Hornbaci. Demum à Friderico III. Electore cum exercitu sex millium Equitum et totidem Peditum, ad juvandam Reformatorum injustè oppressorum causam in Galliam missus (quam provinciam urgente potissimum uxore, suscepit) cum ex laborum et itinerum assiduitate

assiduitate, et Caloris ac curarum aestu febre aliquan-
dù laborasset, inter manus Ludovici Nassovii placi-
dè exspiravit d. 11. Junii 1569. Corpus apud Lemovices
depositum, indè, ne ob Religionem afficeretur contu-
meliâ, Rupellam, tum Lubecam translatum, undè per
Germaniam ad Monumentum Patrium Meissenhemium
deductum. De hujus Wolfgangi Vitâ et Obitu gra-
vissimam Orationem scripsit David Chytraeus, in-
sertam ejusdem Saxoniae lib. 22. p. 584 & Seqq.
Ex Anna uxore 5. filiorum et 7. filiarum Parens
factus est, quarum haec sunt nomina:
1. Christina quae 1546 nata immaturo obitu defuncta.
2. Dorothea Agnesa 1551. nata, 1556. extincta.
3. Anna 1554 nata 1576. mortua.
4 Elisabetha 1555. nata
5. Barbara 1559. nata Gothofredo Comiti Oettingensi,
6. Maria-Elisabetha Emichoni Comiti Leiningensi nupta
7. Susanna nata 1564. sequenti anno denata.

Filii fuêre:
1. Philippus-Ludovicus Neoburgensis linea Stator.
2. Johannes Propagator Bipontinae.
3. Otto Henricus, natus ~~Sulzbaci~~ anno 1556. habi-
tans Sulzbaci, ex Dorothea Maria Christophori Du-
cis Würtenbergici filia suscepit Ludovicum, Geor-
gium Fridericum, Georgium Ottonem, Dorotheam,
Sophiam, qui omnes immaturâ aetate defuncti:

398. Susanna autem Gemella, nata 1595. Georgio Johanni Palatino Lützelsteiniano nupta

Sabina Johanni-Georgio Libero Baroni Wartenbergensi matrimonio juncta.

Ipse verò Pater anno 1604 obiit.

4. Fridericus in Veldenz natus 1557. mortuus 1597. Huic ex uxore Catharina Sophia (aliis Sophia-Birnthal) Fridericus-Casimirus et Georgius Fridericus gemelli Martio Mense 1590 nati, mense Julio tenellam vitam reliquerunt.

5. Carolus Birckenfeldiana linea Conditor

§. 59. Quia igitur à Wolfgango tres lineæ provenerunt, Neoburgica, Bipontina et Birckenfeldiana quæ deinde alias peperierunt lineas, primo de Neoburgica dicemus.

De

LINEA PALATINO-NEOBVRGICA

§. 60. Philippus-Ludovicus Primogenitus Wolfgangi 1547. natus, Neoburgici Principatus administrationem vivo Patre anno 1560. suscipiens, feliciter administravit, optimi Patris familias nomen meritus. Formulae Concordiae anno 1580. subscripsit, et, ut erat sincerus Religionis Custos, in ditiones introduxit. Ipsius et Maximiliani Bojariae Ducis auspiciis anno 1601. habitum est Colloquium Ratisbonense, cujus Acta in publicum emissa sunt.

A morte Friderici IV. Electoris contentio ipsi fuit cum Johanne Bipontino Nepote ex fratre suo Johanne, qui tamen, uti suo loco ostensum, praevaluit.

Anno 1614. consternatus tristi nuncio de Apostasia filii Wolfgangi Wilhelmi, vitâ excedit, sepultus Lavingae magno relicto suorum desiderio. Testamenti Executores constituit Ducem Wirtenbergensem et Marchionem Durlacensem.

Ab uxore Anna, Wilhelmi Ducis Juliaci, Cliviae et Bergensis filia, quam anno 1574. duxit, quae anno 1632. vivere desiit, pretensio ipsi nata in terras illas, quarum partem sibi vendicavit filius primogenitus. Habuit autem filios quatuor:

1. Wolfgangum Wilhelmum Neoburgicum.
2. Ottonem-Henricum anno 1580. natum, anno 1598. denatum.

3. Augustum Sultzbacensis novæ lineæ Conditorem.
4. Johannem Fridericum. Et hic quidem anno 1587. natus, 1615. à fratre Wolfgango-Wilhelmo Hilpoltsteinium, servato Dorotheæ Mariæ, Ottonis-Henrici Patrui viduæ usufructu, accepit.

Anno 1624 duxit uxorem Sophiam Agnetem, Ludovici Hassiæ Landgravii viduam, ex qua nati: Philippus-Ludovicus, Fridericus, Anna Ludovica, Johanna Sophia, Maria Magdalena, Maria Eleonora, omnes immaturo obitu ablati, adeoq; ipse orbus vivere desiit anno 1644.

Filiæ Philippi Ludovici fuere:
1. Anna Maria Friderico Wilhelmo Duci Saxo-Altenburgico nupta;
2. Dorothea-Sabina nata 1576. mortua 1598
3 Æmilia Hedwig nata 1584 mortua 1607.
4. Sophia Barbara nata 1590 mortua 1591.

§. 6. Wolfgangus-Wilhelmus 1578. natus, à Patre in Evangelica Religione solicitè educatus, cum 1613 duxisset Magdalenam Wilhelmi Bojariæ Ducis filiam, ut in caussa Juliacensi faventes haberet Hispanos, Pontificiæ Religioni se addixit, ac Dusseldorfii primùm publicè professus est, fratribus quoq; quin et Matri ob religionem gravis. In reformanda Ditione Ministro usus est Jacobo Keihingio Jesuita, qui demùm ipse ad nostros transiit, ac in agnita veritate decessit.

Anno 1615

Anno 1615 pactum cum fratribus iniit, quo designatis utriq; territoriis, sibi tanquam soli regenti principalem eminentiam reservabat. Hujus pacti vigore jus reformationis in iis etiam locis, quæ fratribus assignata, tentavit, Imperiali adjutus auctoritate. Cæsar etiam ejus opera usus in Reformatione Austriæ. Cum verò de translatione Electoratus Palatini in Maximilianum Bojariæ Ducem ageretur, pro viribus se opposuit, quod post Friderici liberos proximus esset agnatus. Dein ob Juliacensem caussam bellis Belgicis involutus est. Tandem mortuus anno 1653. d. 20 Martii unico ex Bojaricâ relicto filio Philippo-Wilhelmo; Nam ex cæteris duabus uxoribus, Catharinâ-Charlottâ, Johannis II. Palatini Bipontini filiâ, et Mariâ-Francisca Egonis Comitis à Fürstenberg filiâ nullos reliquit liberos, quos enim secunda uxor peperit, immaturum fatum sustulit.

§. 62. Philippus-Wilhelmus anno 1615 natus in Pontificiâ Religione educatus, ejusdemq; acerrimus assertor ob Juliacenses ditiones cum Electore Brandenburgensi aliquoties graves habuit contentiones, quibus non semel ad arma, brevi tamen composita, deventum. Prioris Connubii memoria cum Anna Catharinâ-Constantiâ, Sigismundi Poloniæ Regis

filiâ

filia; quæ improlis obiit anno 1641. locum ipsi fecit
inter Candidatos Regni Polonici, post abdicationem Jo-
hannis Casimiri. Sed fortè excluſit multitudo liberorum
ex altero cum Elisabetha-Amalia, Georgii Landgravii Hass
siæ filia, à nuptiis anno 1653. Schwalbaci celebratis
ad Pontificios flexa, matrimonio nam prater
Eleonoram Magdalenam Thereſiam anno 1654 natam
Annam-Mariam-Josepham natam anno 1655. et
Sophiam-Elisabetham anno 1657. natam sed anno 1668
mortuam, Filios nactus est seguentes:
1. Johannem-Wilhelmum-Josephum-Ignatium
anno 1658. natum, hodiè in peregrinatione occupatum
2 Wolfgangum-Georgium-Fridericum 1659 natum
3. Ludovicum Antonium natum 1660.
4. Carolum Philippum
5. Alexandrum Sigismundum.
Ipse autem Pater Philippus-Wilhelmus equitandi
artis summè peritus, diem obiit extremum anno

DE LINEA PALATINO-SVLZ-BACENSI.

§. 63. Hanc lineam exorsus est Augustus Philippi Ludovici filius Anno 1582. natus. Pactis cum fratre Wolfgango Philippo initis, Sulzbacense territorium in superiori Palatinatu cum aliis quibusdam accepit. Cum frater Jus reformationis praetenderet, quantum potuit eidem restitit. Et ut erat constans Evangelii confessor, non sine injuria habitus est. Interfuit quoq; Conventui Lipsiensi anno 1631. Dein Regi Sueciae in Superiori Germania circumducenti Exercitum Comes fuit, à Rege etiam è Castris ad Norinbergam missus ad Saxoniae Electorem à Fridlandio jam tentari coeptum, qui in foedere ac amicitia eum confirmaret, et auxilia promitteret.

Decessit eodem cum Rege anno 1632 d. 14. Augusti. Ex uxore Hedwige Johannis Adolphi Ducis Holsatiae filia, quam anno 1620 duxit, quaeq; anno 1657. decessit nati:

1. Christianus Augustus
2. Adolphus Fridericus, natus anno 1623. sequenti anno demortuus.
3. Johannes Ludovicus natus 1625. qui Norinbergae decessit anno 1649.

4. Philippus natus anno 1630 sub Lotharingis anno 1652 prima fecit Stipendia, indè ad Suecos transfivit, quibus in bello Polonico et Danico fidelem prostitit operam, constitutus Jutiæ Gubernator. Anno tamen 1659. in Fionia victus, cum Steinbreckio solus ad Regem evasit. Hoc prælio cum præcipuum robur Suecici Exercitus perierit, non mirum, si in tanta Suecorum gratia amplius non fuerit. Unde Regem ortus in Germaniam rediit, profectus Viennam anno 1661. inde Venetias anno 1662. ubi cum Republica tractavit per interpositionem Regis Galliæ, optatas conditiones nactus. Hinc in Mari Ægeo Classi adfuit, sed versus hyemem rediit. Anno 1664 in exercitu Cæsareo adversus Turcam Campi Mareschallus constitutus, in conflictu ad Arrabonem prope S. Gothardum egregia fortitudinis specimina edidit. Nuper fama increbuit, eundem Exercitus Bojarici Ducem renunciatum esse.

Filiæ Augusti hæ sunt:

1. Anna Sophia (aliis Amalia Sophia) anno 1621. nata Joachimo Ernesto Comiti Oettingensi nupta 1649.
2. Augusta Sophia, nata anno 1624. Wenceslao Principi Lobkowitzio anno 1653. juncta, cui cum marito non admodum bene convenisse ajunt.
3. Dorothea Susanna nata anno 1631. sed cito mortua anno 1632.

S. 64

§. 64 Christianus-Augustus natus anno 1622. juvenis operam navavit studiis. Dein cum successet ditionibus suis in exules Religionis gratia munificentissimus extitit. Tandem Helmontii consuetudine pellectus, ad religionem Pontificiam deficiens, Würzburgi Lutheranismum revocavit. Exin à Patruele Philippo-Wilhelmo obtinuit, ut jam ditiones suas proprio et summo jure teneat.

Uxor ejus Amalia, Johannis Comitis Nassorii filia Wrangelii Archi-Strategi Svecici vidua, peperit Johannem-Augustum natum anno 1654 et Christianum-Ferdinandum-Alexandrum 1656 natum. Filia ejus Hedwig-Augusta nata anno 1650. Sigismundo-Francisco Archi-Duci Austriæ desponsata, ab ejusdem obitu anno 1667. nupsit Julio-Francisco Duci inferioris Saxoniæ.

DE LINEA PALATINO-BIPONTINA.

§ 65. Hanc lineam auspicatus est Johannes II. Filius Wolfgangi, de quo in linea Bipontina I. diximus. Atq; hic Patri in Bipontino Ducatu successit: Studiorum cum primis Historicorum et Genealogicorum cultor egregius. In Evangelica Religione educatus arte Pantaleonis Candidi, qui subscriptionem formulae Concordiae revocavit, Reformatis se addixit, ut fructuneus etiam esset fratrum labor sur Theologorum Colloquia reducendi in viam. Obiit 1604. Germersheimii, quo ad Electorem Fridericum IV. negotiorum caussa concesserat. Ab uxore ejus Magdalena, Wilhelmi Ducis Juliaci, Cliviae et Montium filia, Annae, quae fratri Philippo Ludovico nupserat, sorore Juliacensis praetensio Bipontina huic domui illata. Praeter Ludovicum-Wilhelmum 1580. natum 1591. mortuum et Mariam Elisabetham 1581. natam, Georgio Gustavo Comiti Palatino-Lautereccensi nuptam, ut et Annam-Jacoben 1592. natam, ... mortuam item Annam Magdalenam 1593 natam, ac immaturo fato functam, tres habuit Filios: Johannem, Fridericum-Casimirum, & Johannem-Casimirum, qui totidem lineas propagarunt: Bipontinam, Simiriam, Landsbergensem, & Svecicam.

§. 66. Johannes igitur Bipontinus natus 1584. Patri successit, ac anno 1610. post obitum Friderici IV. administrationem Electoratus Testamento sibi decretam adiit. Unde cum Ludovico-Philippo Neoburgensi Patruo, qui tan-

quam

quam proximus Agnatus ex Legibus Aureæ Bullæ eandem
sosebat, Contentio, quam supra explicavimus. Vnioni cum
dedisset nomen inter prima Capita, eandem cum religuis
fortunam expertus est. Anno 1618 pro Trevirensi Elector
mandatum publicabatur, quo Abbatiæ Hornbach restitutio injuncta.
Decessit anno 1635. Ex prima Conjuge Catharina, Renati
Principis Rohanii filia, quam locupletem, sed gravibus condi-
tionibus duxerat, non nisi filiam Magdalenam Catharinam
nam genuit, Maternorum in Gallia bonorum hæredem,
quæ anno 1630. Christiano Palatino-Birckenfeldio nupsit.
Ob illam autem, quia quæ debebantur solvi non poterant,
Fridericus, Johannis ex altero matrimonio filius, Christiano
affini Episcopovillam ad 30 annos concessit anno 1640. qui
anni 1660. in alios 30. annos prorogati. Ex secunda uxore
Louysa Juliana filia Friderici IV. Electoris, nati Fride-
ricus, et Johannes-Ludovicus anno 1619 Biponti in Coe-
libatu mortuus 1647. item sequentes filiæ:
1. Elisabetha Louysa Abbatissa Herfortensis nata 1613. cui
successit Louysa Hollandina Friderici V. Electoris filia.
2. Catharina Charlotta nata 1616. Wolfgango Wilhel-
mo Palatino Neoburgico nupta
3. Anna Sibylla, nata 1617. mortua 1641.
4. Juliana Magdalena nata 1621. Friderico Ludovico
Palatino Landsbergensi matrimonio juncta.
5. Maria-Æmilia nata 1622. denata 1641.

§. 67. Fridericus Successor Patris 1616. natus
per Pacem Germanicam anni 1648. restitutus est

in

in partem quartam Vectigalis Wilsbacensis. Coenobium quoq; Hornbach cum pertinentiis, et quicquid Parens ejus antehac ibidem habuit ac possedit Juris, recepit. E calculo autem et aliis morbis diu infirmatus decessit anno 1661. Relictis tantum ex Anna Juliana filia Ludovici Comitis Palatini Rapontinae lineae, tribus filiabus:

Elisabetha nata anno 1642

Sophia-Amalia nata 1646, Castellis educata, quae deinceps cum Sponsa Danica in Regnum Daniae migravit;

Charlotta-Friderica quae ad Ludovicum-Fridericum Patruum se contulit.

Caeteri liberi ante Patrem decesserunt, nempè

Wilhelmus-Ludovicus anno 1641. natus, obiit 1642

Fridericus-Ludovicus natus 1644. decessit 1645.

Carolus Gustavus natus 1649. mortuus anno

Eleonora Augusta nata 1648 et

Christina Juliana ibidem vitam excesserant.

DE LINEA PALATINO-LANDSBERGENSI quæ nunc Bipontinæ successit.

§. 68. Hanc lineam exorsus est Fridericus Casimirus, Johannis Bipontini filius, natus 1585. Decanus fuit Capituli Argentinensis: adeoq; ad eum anno 1627. directum Ferdinandi II. de restitutione fratrum Episcopovillæ, aliorumq; bonorum Cathedralis Ecclesiæ Argentinæ edictum, à Caraffa Germaniæ, quam vocat, restauratæ Diplomatibus insertum. Habitavit in Burgundia. Decessit anno 1645. Ex Amalia Wilhelmi Principis Auriaci filia, quam duxit anno 1616. natus Ejus anno 1619 Fridericus-Ludovicus. Hic anno 1658 Carolo Ludovico Electore, ad Comitia profecto Heidelbergæ Vicariatum gessit. Anno 1661. bipontina linea in Friderico Patruele suo extincta eidem succedens, novam quasi Lineam Bipontinam auspicatus est. Graves autem exercuit lites cum Friderici vidua ob mariti sponsalitium, locumq; Viduæ destinatum Meisenheimium, itemq; ob Jura quædam Filiarum, ut Cæsaream authoritatem interponi fuerit necesse. Præterea in novo Principatu circa debita nata difficultas cum à Johanne II. Patruo contracta suscipere nollet. Philippo Wilhelmo Neoburgensi prætensionem suam in Juliacensia vendidit. Anno 1645. Uxorem duxit Juliana-Magdalenam, Johannis Bipontini filiam, quæ peperit Carolum-Fridericum 1646 immaturâ ætate sublatum, 2. Ludovicum Wilhelmum anno 1648. natum 3. Charlottam Amaliam 1653: Ierusam Magdalenam 1654: Mariam Sophiam 1655. genitas.

DE LINEA PALATINO-SVECICA.

§. 69. Non parvæ cedit Gloriæ domui Palatino-Bipontinæ, quod Reges Sueciæ dederit. Nam CAROLVS GVSTAVUS Regis præsentis Pater natus est è Palatino Principe. Is erat Johannes Casimirus, Johanni Bipontino natus anno 1599. Juvenis navigavit in Sueciam, Rei militaris Scientiam acquisiturus. Ibidem sua virtute affinitatem Gustavi-Adolphi meruit. Nam anno 1615. ei desponsata laudati Regis Soror Catharina, ex priori Patris Caroli IX. cum Anna-Maria Ludovici V. Palatini Electoris natu minimâ nata. Ex hâc geniti sunt sequentes liberi:

1. Christina-Magdalena nata anno 1660. Friderico Marchioni Badensi 1642 nupta, anno 1662. mortua.
2. Carolus Fridericus natus 1618. tenellâ ætate extinctus.
3. Elisabetha-Æmilia nata 1619. vitæ item brevis
4. Carolus-Gustavus natus 1622.
5. Maria-Euphrosina nata 1625 quæ anno 1647. maritum accepit Magnum Gabrielem, Comitem de la Guardie Regni Cancellarium.
6. Eleonora-Catharina nata anno 1626. quam anno 1646. uxorem duxit Fridericus Hassiæ Landgravius in Bello Polonico occisus.
7. Adolphus-Johannes natus anno 1628.
8. Johannes-Gustavus, brevis ætatis.

Ipse Pater

Ipse Pater per absentiam Gustavi Adolphi et ab ejus interitu admotus fuit curandis Regni negotiis. Licet autem ipse Religioni Reformatæ esset addictus, Filios tamen in Lutherana, quæ sola viget in Svecia, educari fecit. Pervenit ad annum 1632.

§. 70. De Carolo Gustavo Rege Sueciæ hoc loco separatim non agemus, spectat enim illa tractatio ad Historiam Regum Sueciæ. Commendaverim tamen de ejus vita Rebusq; gestis non inelegantem Dissertationem Johannis Cyprioni, quæ Lipsiæ sub forma Disputationis prodiit anno 1671.

§. 71. Adolphus-Johannes, Frater Regis, in Polonia fraternis auspiciis militavit. Rege dein ad Bellum Danicum revocato ipsi cura Exercitus in Prussia relicti commissa, quod inibi res parum feliciter cessissent, gratia Regis propè excidit. Dicitur tamen paulo ante mortem ejus familiari sermone omnia diluisse. Unde Regium Testamentum non mediocriter ei favit. Sed Status Regni in hac quidem parte Testamento stare noluerunt.

Fuerunt etiam lites cum Regina enatæ ob alterum ejus cum Elsa-Elisabetha Nicolai Brahe Comitis Wisingsburgensis filia anno 1654. contractum matrimonium; quod Regina fidem Sorori datam affirmaret.

Anno 1664. Mortuo Regni Mareschallo, id officium ambiens, non modo nihil obtinuit, verum etiam tamdiu custoditus est, donec ab ejusmodi petitionibus in posterum abstinere velle promitteret.

Prima Conjux Elsa Beata, filia Petri Brahe Comitis Svisingsburgensis, quam anno 1649. duxit, non nisi unicum peperit filium Gustavum Adolphum anno 1652 sequenti anno mortuum, quo et ipsa mater decessit.

Sed ex posteriori Conjugio nati

Carolus-Johannes Anno 1662.
Johannes-Casimirus 1663.
Adolphus-Johannes 1666.
Gustavus-Casimirus 1667.
Wilhelmus-Ludovicus
Catharina 1661.
Maria Elisabetha 1663.

DE LINEA PALATINO-BIRCKENFELDICA.

§. 72. Hujus lineæ Sator est Carolus, Wolfgangi Bipontini filius natu minimus anno 1560. genitus. Hujus Sustentatio fratri Johanni, cujus Principatu Bipontino assignata, sed ejus loco postea Birckenfeldica dicto cum Gründenwerth attributa. Princeps à Pietatis et literarum studio celebratus. Decessit anno 1600. Ex Uxore Dorothea Wilhelmi Junioris Ducis Brunsvico-Luneburgensis filia tres suscepit Liberos masculos et unicam filiam, nempè:

1. Georgium Wilhelmum propagatorem Birckenfeldianæ Lineæ
2. Christianum novæ Bischweileranæ Lineæ Conditorem
3. Fridericum, qui anno natus 1594 obiit 1626.

Et Unicam filiam Sophiam natam anno 1592. Craftoni Comiti Hohenlocico nuptam

§. 73. Georgius Wilhelmus natus anno 1591. post exacta itinera administrationem ditionis Paternæ suscepit, virtamque cum morte commutavit anno 1669. Primum ejus matrimonium cum Dorothea Ottonis Comitis Solmensis filia felix et fœcundum fuit, Natis quippe ex eo

1. Carolus Otto Successor

2. Sophia Abbatissa Quedlinburgensis
3. Elisabetha-Juliana
4. Maria Magdalena, Antonio Gunthero Comiti Swartzburgensi nupta

Alterum matrimonium cum Juliana Rheingravia à Grumbach infelix et Repudio dirimtum.

Tertium cum Anna Elisabetha Ludovici Eberhardi Comitis Oettingensis filia, faustum, sed sterile

§. 74 Carolus Otto Georgii Wilhelmi filius, Princeps altero pede claudus, natus anno 1625. Anno 1658. uxorem duxit Margarethan Hedurgen filiam Craftonis, Comitis Hohenlohei. Ex eâ Anno 1659. natum Carolum Wilhelmum 1660. amissi. Charlotta-Sophia-Elisabetha Anno 1661. nata Heidwig-Eleonora-Dorothea nata 1663.

DE LINEA PALATINO-BISCHWEILERIANA.

§ 75. Hæc novissima Palatinarum omnium ex Birckenfeldica prodiit. Coepit illam Christianus Caroli Birkenfeldici filius natus anno 1598. partim apud Comitem Leiningensem, partim in aulâ Neoburgicâ educatus. Bellicis artibus maturè studuit, annoq; 1622 prælio ad Wimpenam à partibus Marchionis Durlacensis à Cæsareanis victi fortissimè se gessit. Indè Ernesti Mansfeldici, ac Johannis Ernesti Vinariensis, ac porrò Christiani IV. Daniæ Regis, ut et Gustavi-Adolphi Anti-Cæsareana arma secutus, multa fortiter ac feliciter gessit. Anno 1635. Imperio militari se abdicavit, et Cæsari reconciliatus Argentinam habitatum concessit. Demum Episcopo villam (Bissonier) sed omnino vastatam ab affine acceptam incoluit, arcemq; ibi extruxit. Anno 1654 Neosteinium ad componendas Comitum Hohenloicorum contentiones profectus, ibidem moritur, ac Episcopi villam deductus, sepelitur. Spenerus eum vocat Principem à Pietate, Religionis zelo, Rei familiaris prudentia, et fidei in promissis servandis sinceritate, commendatissimum.

Ex priori Conjuge Magdalena-Catharinâ, Johannis Bipontini filia suscepit: 1. Gustavum-Adolphum anno 1637. natum denatumq; 2. Christianum Successorem.
3. Johannem-Carolum natum anno 1638.
4. Dorotheam Catharinam natam anno 1639. Johanni Ludovico Comite Nassovio-Saarbrucano nuptam.
5. Annam Magdalenam, Johanni Richardo Comiti Hanoviò junctam.
6. Louysam Josiam.

Secunda Uxor Maria Johanna Rudolphi Comitis in Helffenstein filia, vidua primi Maximiliani Adami ultimi Landgravii Leuchtenbergici Episcopo villa Anno 1665. decessit.

§. 76. Christianus natus anno 1637. Princeps fortis et Magnanimus, cum Johanne Carolo fratre, fundamenta Studiorum Argentinæ jecit. Hinc anno 1656 peregrinationibus defuncti ad Regem Sveciæ se contulerunt, ejusq; auspiciis in Bello Danico militarunt, ille pedestri, hic equestri Legionibus ut Locumtenentes præpositi. Rege mortuo in Patriam reversi, alterum in Galliam suscepierunt iter anno 1664. Christianus Legioni Sveticæ præfectus in prælio Turcico ad S. Gothardum insigne fortitudinis Specimen edidit. Anno 1667. nuptias celebravit cum Catharina Agatha, filia Johannis Jacobi Comitis Rappoltsteinii, quæ anno 1669. enixa Magdalenam Claudinam, et sequenti anno Ludovicum, à Ludovico Galliæ Rege, quem Pater Susceptorem expetiit, nomen indeptum.

DE FAMILIA LVTZELSTEINIANA ET LAVTERECKANA seu VELDENTIA.

§ 77. Lützelsteiniana familia Origines suas debet Ruperto, Alexandri filio, Ludovici Bipontini fratri. Accepit is ex ditione paterna Comitatum Lützelsteinianum Clavem Lotharingiæ. Ipse autem Wolfgangi, ex fratre Ludovico Nepotis ditiones Tutor regit. Obiit anno 1644 Ex uxore Vrsula Johannis VII. Rheingravii filia, prater Annam Carolo Marchioni Badensi et Hochbergensi, et Vrsulam Comiti Falckensteinio nuptas, genuit Georgium Johannem cognomento Ingeniosum

§. 78. Hic Georgius Johannes anno 1543 natus Sessionis ac suffragii ius in Imperio acquisivit, Lützelsteinium Caput Comitatus et sedem Principalem auxit, Pfalzburgum condidit, quod deinde tamen in Lotharingi manus venit. Excessit vitâ 1592. Ex uxore Anna Mariæ Filia Gustavi Regis Sueciæ nata 5. Filiæ et 4. Filii:

1. Vrsula nata 1573 Ludovico Duci Wurtenbergensi nupta
2. Anna Margaretha nata 1574 Richardo Comiti Palatino Johannis II. Simmeriani filio juncta.
3. Anna Maria
4. Catharina Ursula
5. Johanna Elisabetha

} immaturâ ætate extinctæ

Filiorum nomina sunt

1. Georgius Gustavus Familiæ Propagator.
2. Johannes Augustus natus Anno 1575. qui accepto Apennagio Lützelsteiniano, ductâq; uxore Anna-Elisabethâ Friderici III. Electoris Palatini viduâ, Philippi II. Hassi viduâ, sine liberis decessit 1611.

3. Ludovicus-Philippus natus 1577. in hastiludio Heidelbergæ 1601. interemtus.

4. Georgius Johannes.

§. 79. Et hic quidem Georgius-Johannes Junior 1586 natus à morte fratris Johannis Augusti Lützelsteinianam dignitatem accepit. Uxorem habuit Susannam Ottonis Henrici Palatini Sulzbacensis filiam, quæ tamen à marito secessit. Nati ex hoc Conjugio Georgius-Otto anno 1616 Tubingæ mortuus 1635. et Philippus-Ludovicus natus 1618. qui itidem ante Patrem obiit. Nam ipse Pater demum anno 1634 mortuus hanc Lützelsteinianam, quam coeperat, familiam finivit.

§. 80 Georgius Gustavus Georgii Johannis Primogenitus anno 1564 natus, quam diu ob turbas in Bello Germanico licuit, habitavit Veldentiæ. Ex priori Conjugio cum Elisabetha-Christophori Ducis Würtenbergici filia nulla, ex Maria-Elisabetha Johannis Bipontini filia, præter Annam-Magdalenam 1601 natam, Henrico-Wenceslao Duci Münsterbergensi nuptam;

Elisabetham 1607 natam 1609. extinctam

Mariam Sibyllam 1616 natam, nescio ubi, Abbatissam.

Suscepit filios tres:

1. Johannem Fridericum natum 1604. Catharina Münsterbergensis Ejusdem, qui Dux Succicæ legionis Equestris ad Augustam in Castris decessit 1632

2. Carolum Ludovicum natum 1607. qui Suecis militans ad Wolmerstadium anno 1631. d. 16. Julii duobus globulis trajectus, tertio post die extinctus est. Ejus exequias Stetini solenni pompa Deduci curavit Christina Regina Succiæ.

3. Leopoldum Ludovicum.

§. 81.

§. 81. Hic Leopoldus-Ludovicus anno 1625 (aliis 1626) natus, literis à Juventute egregiam navavit operam. Per Pacem Germanicam restitutus est in Comitatum Veldenz ad Mosellam, tam in Ecclesiasticis, quàm Politicis, contra omnia hactenùs attentata in eum statum, in quo anno 1624 ipsius Parens fuit.

Anno 1654 Patrueli Georgio-Johanni in Aspennagio Lützelsteiniano successit.

Ex uxore Agatha Christina, Philippi-Wolfgangi Comitis Hanovio-Lichtenbergensis filia, prater

1. Wolfgangum-Wilhelmum,
2. Sophiam Sibyllam,
3. Mariam Amaliam
4. Magdalenam Sophiam,

immaturâ ætate decedentes, genuit

5. Gustavum Philippum natum anno 1651. optimè à Patre Ducatum, jamq; peregrinationibus cum laude defunctum.
6. Christianum Ludovicum anno 1656 natum anno 1658. extinctum.
7. Annam-Sophiam natam anno 1650.
8. Elisabetham Johannam natam anno 1653.
9. Christinam natam anno 1654
10. Christinam Louysam natam 1655.
11. Dorotheam natam anno 1658.
12. Leopoldum Ludovicum natum 1659.
13. Carolum Georgium natum 1660.
14. Agathan Eleonoram natam 1662.

§ 82. Atq; sic etiam per Dei gratiam absolvimus non modo ipsam Germaniae Electorum Historiam, verum etiam omnes et singulas ab Electoribus descendentes Familias. Faxit Deus ut haec vergant in nominis sui Gloriam, et studiorum nostrorum incrementum, publicaq; aliquando Utilitatem.

CAPVT X.
DE
DVCIBVS BRVNSVICENSIBVS ET LVNEBVRGENSIBVS.

§. 1. Quia Serenissima haec Familia inter omnes Principalis Ordinis Ducali dignitate omnium clarissimè eminuit, ac proindè (quae verba sunt Conringii ad Lampad. Part. 3. Exp. 2. §. 19) summo Iure saltim post Electorales primum obtinet locum, idq; citra omnem Controversiam, nos quoq; de ea primò agemus.

§. 2. Qui Origines hujus Familiae ad Actio Navio, Augure quondam Romano accersunt, meritò ridendi: quandoquidem commendum est soli innixum similitudini vocum Romanae Accii, et Azonis Longobardicae genti frequentissimarum.

§. 3. Ab Azone autem qui Seculo XI. Marchio fuit Italiae satis illustri Stirpe Longobardicâ, rectè derivatur haec familia. Qui autem ad hujus Azonis generis Origines ascendunt altius, vix se poterunt expedire variis tricis Genealogicis.

§. 4. Quod ad Maternam familiam Azonis attinet, negari forte non potest, eandem rectè referri ad Guelphos seu Welfos, et nomine et rebus gestis famosos. Welf sive Welpo Catulum significat, ac nomen hoc adhaesit Familiae, quae ab Isenbardo Altorffii Comite et Matre Irmendrude descendit. Hanc Irmentrudem duodecim filios uno ferunt edidisse

partu

partu, qui, cum pro catulis eos exponere Mater voluisset, à Patre servati sint. Memoriam hujus rei servare consuluere imagines et Statuæ Principum, à quarum vestimentis nola, vulgariâ catulorum insignia, dependent. In frontispicio Ducalis Palatii Luneburgi, ut et in majori coenaculo Curiæ ibidem ejusmodi habitus deprehenditur. Historiam autem ipsam & Genealogiam Welfficam præ cæteris accuratè exponit. Gabriel Bucelinus, Weingartensis Monasterii à Welfis conditi Monachus, in Topo-Chrono-Stemmato-graph. German. Vid. etiam Brusch. de Monaster. et Zeiler. Itiner. German. P. 1. c. 25. pag. 582

§. 5. Azo ille filium habuit Welfum, quem ex Comitis Altorffiò Ducem Bojariæ Henricus IV. constituit anno 1071. ut est apud Lambertum Schafnaburgensem. Welfus genuit Henricum Nigrum, qui ex Wulfilde, Magni, ultimi ex familiâ Billingianâ, Ducis Saxoniæ filiâ, suscepit Henricum Superbum, qui à Socero Lothario Cæsare amplissimum tunc Saxoniæ Ducatum et præterea Soceri pariterè ac Socrus in Saxonicis Terris pinque Patrimonium accepit, primusq; adeò junctо utroq; Bojariæ et Saxoniæ Ducatu ad invidendam potentiam pervenit. Lotharii enim Imperatoris uxor Richenza, filia erat Gertrudis. Illa primum nupsit Henrico Comiti in Northeim, postea Friderico Comiti in Cattenburg et cum filiam ejus unicam duceret Lotharius, hæres fuit

est terræ

est territorii Northeimensis et Brunsvicensis, Et hic iterum unicam tantùm habuit filiam Gertrudem, quae nupsit Henrico Superbo. Idem verò Henricus Superbus et Bojariâ pulsus, et in Saxoniâ parum fuit felix, anno 1139. veneno forte' sublatus obiit, ac in Monasterio Königs-Lutter juxta Lotharium Socerum sepultus. Historiam uberiorem hujus Henrici Superbi exposuimus in Histor. Bardovic. cap. 6. pag. 182. & seqq.

§. 6. Ex hoc Henrico Superbo natus est HENRICVS LEO, qui non modo servavit Saxoniae Ducatum, verum etiam denuò Ducatum Bojariae, dentâ tamen Austriâ, parte ejus nobilissimâ, recepit. Ad ultimum tamen, laeso Friderico I. Barbarossa, utroque Ducatu exutus est, et Bojaricum quidem Otto de Wittelsbach, Saxonicum Bernhardus Anhaltinus Alberti Ursi filius; ex in Westphalia nonnulla Episcopus Coloniensis acceserunt anno 1180. Titulum tamen Ducis Saxoniae nunquam ille deposuit. Haec omnia et totam seni Henrici Leonis vitam prolixè explicuimus Hist. Bardov. c. 6.

§. 7. Ab hoc autem Henrico Leone quia porrò descendit Serenissima Ducum Brunsvico-Luneburgensium Familia, unusquisque perpendet, quanta ejus foret potentia, si integros Saxoniae ac Bojariae Ducatus conservasset. Sed praeter hereditarium Patrimonium, hoc est Terras illas, quae postea Ducatus Brunsvicensis et Luneburgensis Titulo exornavit Fridericus II. Imperator,

nihil tum manſit reliqui. Extinctus est hic Henricus Leo Anno 1195. ac cum Mechtilde, Henrici II. Angliæ Regis filia in templo cathedrali S. Blaſiano Brunsvigæ ſepultus est.

§. 8. Henricus Leo tres reliquit filios, primò Henricum qui ductâ Clementiâ Conradi Suevi filiâ Comitatum Palatinum ad Rhenum accepit, et per Agnetem filiam (quæ Topograph. Brunsv. Lunæb. malè ejus vidua vocatur) ad Ottonem Bojarieum transmiſit.

2. Ottonem IV. Cæſarem, (de cujus rebus geſtis et infelici Fato alibi actum) Anno 1218. mortuum.

3. Wilhelmum Saxoniæ Ducem, qui tamen plerumque ſe Saltim vocavit Dominum de Lunæburg.

§. 9. Et fratribus quidem ſine maſcula prole decedentibus, hic ipſe Wilhelmus, anno 1284. natus anno 1351. mortuus, et in Monte Lunæburg (non Brunsvici, ubi mulier Virgius) ſepultus, Stemma propagavit. Ex Helena enim Waldemari Daniæ Regis filia genuit Ottonem cognomento Puerum, ideò quod adoleſcens ſuſciperet gubernationem ditionum ſuarum, qui etiam Miraculum Mundi dictus est, Oldec. in Kal. Christ. Lud. 13. Hic Otto Anno 1235 in Comitiis Moguntinis, Brunsvicenſi ac Lunæburgenſi ditione in unum Corpus junctâ, primus Dux Brunsvico Lunæburgenſis à Friderico II. Cæſare creatus, eidem Decima Goslarienſes, alioquin ad Imperium pertinentes donata fuerunt. Sic enim habent verba Diplomatis Friderieiani: Cum conſilio, aſſenſu et aſſiſtentiâ Principum, Civitatem Brunswick et Castrum Lunæburg

borg, cum omnibus Castris, hominibus et pertinen- ″
tiis ejus univimus, et creavimus inde Ducatum, et ″
Imperiali auctoritate dictum consanguineum nostrum ″
Ottonem Ducem et Principem faciendes, Ducatum ″
ipsum in feudum Imperii ipsi concessimus, ad hære- ″
des suos, filios et filias hæreditative devolvendum ″
et eum solenniter juxta consuetudines investivimus ″
per vexilla, de affluentiore gratia concedentes ″
eidem Decimas Goslariæ, Imperio pertinentes &c. ″.

Historiam erectionis Ducatus breviter sed perspicuè scripsit Henricus Meibomius, adjuncto ipso Investitu- re Diplomate, quod etiam habetur in Actis Brunsvicens. Part. 1. Cap. 2. pag. 29. Vid. Crant. Sax. lib. 8. c. 15. et lib. 8. c. 28. ubi insignia Ottoni attributa refert. De Leonum in specie insignibus Vid. J. H. Meibom. Not. ad Henr. Rosla Herlingsb. pag. 59. it. H. Meibom. Not. ad A. Bull. Andronic.

Anno 1246. Otto Puer ab Imperio accepit Civitatem Münden, quam privilegiis auxit, et anno 1247. Jus Ci- vitatis contulit Ulyssea. Tejaqu. Brunsv. Luneb. pag. 196. Burgoldensis Part. 2. p. 111. scribit, Ottonem Puerum con- ventione cum Ascanis seu Anhaltinis inita omisisse Saxoniæ titulum, et ditiones suas multis agris emtis, vel alio titulo acquisitis auxisse; At Reinerus Reineccius de Saxon. Origine pag. 36. ait: Ottonem, Wilhelmi filium, ab Alberto Duce Saxoniæ ~~bello captum~~, familiæ Anhaltinæ bello captum, Ἀντὶ loco ei Titulum istum concessisse.

§. 10. Decessit Otto Anno 1252. Ex Mechtilda uxore Alberti, Marchionis Brandenburgici filia 4 reliquos filios:
1. Albertum, qui Patri in Ducatu successit.
2. Johannem, qui partitione cum fratre facta, Lünaburgensem ditionem accepit.
3. Conradum, Verdensem &
4. Ottonem, Hildesiensem Episcopos.
Quinq; quoq; habuit filias, quas ita elocavit, ut
Primam Helenam Albertus Dux Saxoniæ,
2. Mechtildam Henricus frater hujus Alberti, Princeps Anhaltinus,
3. Adelheidem Henricus Hassiæ Landgravius,
4. Agnetem, Wenceslaus Princeps Regiæ et
5. Elisabetham, Wilhelmus Comes Hollandiæ Romanorum Rex Conjuges habuerint.

§. 11. Quia autem Lunæburgensis illa capita in Johannea linea non duravit diu, sed in ejus Nepote Wilhelmo extincta est, de illa prius, quam de Alberto ejusq; Posteris dicemus.

§. 12. A morte Ottonis Pueri Ducatum Brunsvico-Lüneburgensem regebat Albertus. Anno tamen 1269 (ut habet Crantz. Saxon. lib. 8. cap. 27.) suasu potissimum Ottonis Marchionis Brandenburg. dirisus est Ducatus, et Albertus quidem territorium Brunsvicense, quod et Göttingense complectebatur, sibi servavit; Johannes autem Lüneburgensia accepit. Uterq; tamen integrum titulum retinuit, quod ab eo tempore in præsentem usq; diem, divisione licet multoties facta, in Sere.ma hac familia recepti moris mansit.

§. 13. Sub hoc Johanne Anno 1270. Ulyssea (Ulzen) nova Civitatis Jure et majoribus Privilegiis donata. Salina item Lünebergenses reperta recenti vena magnum capessunt incrementum, id quod tangit Crantz. Sax. lib. 8. cap. 27.

Obiit

§. 14 Obiit Dux Johannes Dalenburgi Anno 1276. sepultus Luneburgi in Templo S. Michaëlis in Monte calcareo. Uxor ejus fuit Agnesa, Gerhardi Comitis Holsatiæ filia, quam Lambecius lib. 2. Rer. Hamburg. p. 167. Ludgardem vocat, illamq; Anno 1265. nuptiis Hamburgi celebratis ductam scribit. Ex hac præter filias quatuor, quarum una Elisabetha Conrado Wernigerodano Comiti nupta (vid. Buc. de vitâ Alberti II. Epise Halberstad. p. 159) natus Otto cognomento Strenuus, Dux Gülfe, qui ducta uxore Mechtilde, Ludovici I. Severi Bojariæ Ducis filia, genuit Johannem Episcopum Mindensem, Ludovicum, Archi-Episcopum Magdeburgensem (ita Cranzius lib. 8. c. 34. et lib. 9. c. 21. Sed Tabulæ Tubingenses Ludovicum faciunt Episcopum Mindensem, Johannem verò Archi Episcopatus Bremensis Administratorem) idem Ottonem et Wilhelmum Luneburgenses Duces.

Otto hic Ottonis Strenui filius bellum gessit contra Henricum Mirabilem et Albertum Nigrum Duces Brunsvicenses (vid. Meibom. Chron. Marienthal. p. 52) Urbem quoq; Hannoveram coepit (Krantz. lib. 8. cap. 35.) Sed hoc Ottone Anno 1354 nulla relictâ Prole masculâ (nam ejus filiolus Otto submersus in pueritiâ decesserat) mortuo superstes Wilhelmus, etsi quater conjugatus, Anno tamen 1368. vitâ functus duas tantùm reliquit filias, quarum una Elisabetha Ottoni Saxoniæ Duci, Rudolpho Electoris fratri; altera Mechtild, Ludovico Duci Brunsvicensi Magni filio, Magni Torquati fratri nupsêre. De hujus Wilhelmi (cui Spangenberg. in Chron. Mansfeld. c. 294. Pii Principis laudem assignat) cum Erico Duce Saxoniæ contentione, et arcis Gammerodæ fundatione vid. Krantz. Sax. lib. 9. cap. 31.

§ 15. Ex Elisabetha Ottoni Saxoni natus est Albertus cui Carolus IV. Imperator, præ cæteris cognatis Ducibus Brunsvicensibus Ducatus Luneburgici feudum contulit utpote quem Wilhelmus initio hæredem scripserat, quam vero postea, mutatâ voluntate alterum generum Ludovicum, ejusq; fratrem Magnum Torquatum, Brunsvicenses Duces hæredes instituisset. Vid Cranzius Saxoniæ lib. 9. c. 36. Hinc grave inter Saxoniæ et Brunsvicenses Duces coortum est bellum, quæ Metropolis Lüneburgum Saxonum Ducibus adhæsit

§. 16. Erat scilicet in Magni Brunsvicensis Ducis manibus, sub præfectis Segebandi Militis, arx Luneburgensis sita in Monte Calcario. At Senatus Populusq; Alberto Saxoni fauentes Magno Torquato hactenus denunciant, arcemq; singulari stratagemate occupatam dicunt, Monasterio S. Michaëlis ex arce in urbem translato. Hinc cum multis Provinciæ Nobilibus homagium præstitere Alberto Saxoniæ Duci, qui recepto obsidio Winsen, adventante Duce Magno, ab Arcis obsidione recedere coactus, expugnatione arcis Lauenrode ad Hanoveram, quam aliquandiu inhabitavit damnum solatur.

§. 17. Interea Magnus Torquatus nocte Sæ Ursulæ Lüneburgum clam intercipit, sed fortitudine Civium repulsi hostes sequenti die non sine insigni strage ejiciuntur, cæsis tamen qui inter primos pugnaverant Duobus Consulibus, quibus honorifica Monumenta, ubi occubuerunt, erecta sunt. Eluxit tum rara Pistoris cujusdam Virtus, qui sua manu ultra 30. milites obtruncavit. Se

sultus

pultus est is in Monasterio Ædis ad S. Johannem, cujus lapis sepulchralis totidem incisas habet lineas, quot numero peremit hostes. Ejusdem porrò imago in fastigio domus, quam inhabitavit, erecta, alterâ manu rude ferrum, alterâ lanceam praeferens, cum inscriptione: Pugna pro Patria. Ejusdem perrò memoriæ datum, ut Platea ab ipso vocaretur die Rothe Straße, quæ in majorem et minorem divisa est, Porta ad quam se penétrarunt fugitivi ab effuso sanguine, das Rothe Thor, Platea Portam respiciens die Rothe Straße, Moenia ipsa die Rothe Mauer appellantur. Hæc singularia nondum, quod equidem sciam, publicis exstant Scriptis, rei summam aliàs servavit Cranzius Sax. lib. 9. c. 38.

§. 18. Alberto Duci Saxoniæ in Ducatu Luneburgensi successit Wenceslaus Patruus, à cujus obitu ad Magni Torquati filios rediit, uti infra dicemus.

§. 19. His ita expositis ad Albertum Ducem Brunsvicensem & Luneburgensem Ottonis filium revertimur hic tot tantis rebus gestis inclaruit, ut Magni nomen mereretur, de cujus Alberti Magni rebus gestis ab anno 1322. usq; ad annum 1329. Vid. Lezner. Chr. Dasel. lib. 3. c. 1. seq. Anno 1252. hic Albertus M. reparavit Castrum Haarburg A. 1255. creatus est Eques à Marchione Brandenburgensi Vid. J. H. Meibom. ad Henr. Rosla Herlingsbergam p. 17. f. 58. Anno 1255. Uxorem duxit Elisabetham Henrici Brabantini filiam sine liberis extinctam.

430 Anno 1554. uxorem duxit Elisabetham, Henrici Brabantini filiam sine liberis extinctam.
Anno 1555 Wolfferbytum expugnavit, cumq; Nobilibus Wolfferbytanis Henricus Episcopus Hildesiensis adhæreret, eidem aliquot Oppida erepta, captam quoq; arcem Herlingsbergam Brunsvicensi ditioni adjecit. Nobiles de Asseburg, quod contemtum Principis etiam in insignibus testarentur, expugnatâ post diuturnam oppugnationem sede, cœrcuit. Quod autem Gerhardus ab Epstein Archiepiscopus Moguntinus, et Conradus (aliis Fridericus) Comes Eberstenius Göttingensem interea invaderent ditionem, utroq; captu, Comitem pedibus suspendi fecit, qui in tertium diem pependit. Locus suspensionis adhuc ostenditur, de quo ut et ejus Viduâ et filiis Vid. Topogr. Brunsv. Lüneb. pag. 82. Episcopum non nisi magnâ pecuniæ summâ, per Richardum Cornubiæ Comitem, ad Regnum Germaniæ ope Moguntini adspirantem, solutâ dimisit, uti pluribus narrat Crantz. Saxon. lib. 8. c. 21. & 28.
Anno 1258. Sophiæ Brabantinæ contra Henricum Marchionem Misniæ suppetias ferens, eidem in reparandis arcibus Frauenburg et Mädelstein Adjutor fuit.
Anno 1259. Creutzburgum Oppidum, absq; arce tamen, expugnatum exuerebat, et propè Isenacum Castrum Klemme ædificavit. Eodem anno Lubecenses contra Johannem Holsatiæ Comitem defendit Vid. Crantz. l. 8. c. 25.
Anno 1260. Odoacro Bohemiæ Regi contra Belam Hungariæ Regem auxilia tulit. Eodem anno Ludolphum Comitem de Peina oppugnavit, assumto in societatem belli Johanne Episcopo Hildesiense. Quomodo verò tunc Peina

mirito

invito Alberto ad Episcopum pervenerit, exponit Cranzius Sax. lib. 8. c. 28. Sed omnino hæc legendus Bünting. Chr. Brunsv. p. 224.

Anno 1261. Hamelia ab Abbate Fuldensi, invito Civitatis Domino Comite Ebersteinio, & Civibus, vendita fuit præliam Sedemundense se submisit Alberto. Vid. Topogr. Brunsv. f. 98.

Anno 1262 et Segq. in gratiam Margarethæ Danorum Reginæ, Christophori viduæ, filiiq; ejus Erici, multa in Holsatia et Dania prudenter, fortiter et severe gessit quæ describit Bunting. pag. 221. et 222.

Posteà in novo contra Albertum et Thidericum Misniæ Marchiones (cum quibus congressurus, multos creavit Equites Vid Meibom. Not. ad Henr. Roslæ Hertingsberg) ob Thuringiam suscepto bello, captus, per sesqui annum in custodia habitus, et non nisi octo Oppidorum ad Werram sitorum dedition, ac grandi pecuniæ solutione dimissus est, de quâ Captivitate et Liberatione Vid Letner. Chron. Hass. l. lib. 3. c. 7. et 8. pag. 76. 77.

Anno 1263. Albertus M. cum multis aliis in Prussiam peregrinando contra Paganos cum signo Crucis profectus est. Vid. Addit. ad Lambec. pag. 259.

Anno 1267. (Cranzius habet 1269) Divisio terrarum inter fratres Albertum et Johannem facta, quam jam tum in Johanne tetigi.

Anno 1268 Albertus Hamburgensibus insigne Privilegium apud Henricum III. Angliæ Regem impetravit, quod Hanseaticæ Mercaturæ et Societati originem dedisse putat Bünting. pag. 223.

Anno 1272. Eimbecca à Bernhardo Comite de Dassel pressa Alberto se subjecit, Vid. Cranz. lib. 7. c. 21. et Letn. Chr. Hass.

Eodem Anno 1272. Arcem Grubenhagen occupavit, ibiq; per aliquot tempus aulæ sedem constituit.
Anno 1279. Albertus M. cum fratre Ottone Episcopo Hildesiensi ob Reinam bellum gessit, sed cum Episcopus mense Julio decessisset, Albertus M. d. 15. Augusti eundem secutus et Brunsvigæ in Templo S. Blasii sepultus est.

§. 20. Alberti M. uxor prima fuit Elisabetha Brabantina, imperatis; altera Adelheidis Marchionis Montisferrati filia, secundum Meibomium Not. ad Chr. Bald. Andron. p. 189. et Bünting. pag. 214. Leibnerus autem hanc Alexinam vocat Chron. Dasil. lib. 3. c. 12. p. 78. Plures cum hac genuit liberos, ex quibus, præter Ottonem Equitem Templarium, Conradum Equitem Johannitium Sussatiburgi sepultum Liderum itidem Equitem Johannitium, item Mathildam, primo Erico VII. Regi Daniæ post Duci cuidam Silesiæ nuptam (vid. Leibner. Chr. Basil. l. 3. c. 12. Büntingius) illustres præprimis fuere Henricus Mirabilis, Albertus pinguis et Wilhelmus, inter quos Paterna hæreditas distributa est, ita quidem ut Henricus acciperet Grubenhagensem ditionem cum districtu Eichsfeldensi, Albertus Göttingensem, Wilhelmus Brunsvicensem. Sed Wilhelmo anno 1291. mortuo et Brunsvici sepulto, ejusdem hæreditatem, favente Senatu Brunsvicensi, sibi vindicavit Albertus Pinguis. Quia igitur hi duo Henricus et Albertus propagarunt familias, et prior quidem Grubenhagensem condidit, de hac familia priori loco agemus.

DE

DE LINEA GRVBENHAGIACA.

§. 21. Hanc lineam condidit Henricus I. Princeps turbulenti ac inquieti ingenii, ac ob id à Scriptoribus vulgo Mirabilis dictus (ſ. e. moroſus appellatus. Grubenhagenſis autem Arx olim ad Nobiles de Grüben pertinuit; cum autem ex his Cuno felonia in Dominum feudi Albertum M. Brunſvicenſem Ducem commiſiſſet, hic arcem ejus Grubenhagen An. 1272 occupavit, ibique aliquantiſper aulae ſedem fixit. Etſi vero Grubii interceſſione aliorum priſtina Jura recipierent paulo poſt tamen Familia illorum in Johanne Grüben defecit anno 1305. adeo ut haec arx ad Dominos Principes devoluta Ducum Grubenhagenſium dein aula fuit. Burgold. p. 3. Diſc. 6. p. 122. Leyn. p. 3. c. 14. Fuerunt autem Henrico Mirabili cum fratribus, quod in hereditatis diviſione ſe deſtraudatum quererentur, damnumque reſarciri cuperent, perpetuae ſimultates, quae demum, Wilhelmo ſine liberis defuncto, in apertum bellum erupere, eo eventu, ut Henricus Brunſvica, ubi Tribunorum Plebis adverſus Senatum factiones fovit, ab Alberto profligatus Eimbeccam ſeceſſerit. Vid. Bünting. p. 230. et 569.

Cum Comitibus Henrico Wernigerodano et Henrico Reinſteinio bella geſſit fortuna diſſimili; cum ex arce Aſſeburgo et Herlingsbergâ ipſe illos infeſtans rurſus ſuam

ditionem miserrime vastari videret. Propter continuas verò ex Herlingsberga in vicinos eruptiones et depraedationes, Ordines Saxonici Henrico bellum intulere, quo tandem Arx ipsa anno 1291. solo aequata Ditioni cessit Sigfridi Episcopi Hildesiensis. Extat de hoc bello Henr. Rosla Nienburgensis Poëma Joh. Henr. Meibomii notis illustratum et sub titulo Herlingsberga Luneburgi anno 1657. editum. Obiit Henricus in arce Valkenberg Anno 1332 et Einbeccae sepultus est, ubi anno 1290 Cathedralem fundavit Ecclesiam. Uxor ei fuit Agnesa Alberti Degeneris Thuringiae Landgravii filia, Friderici admorsi soror, quae, praeter caetera liberorum à Meibomio ad Aur. Bullam Andronici pag. 181. et Heinr. Chron. Basil. lib. 3. cap. 16. f. 82 memorata, genuit Henricum et Ernestum Ditionis Patriae haeredes.

§. 22. Henricus II. sive Junior, qui in divisione haereditatis Paternae accepit eam partem, quae hodie Ecclesiastica nuncupatur, una cum Urbe Quedlinburgo, exteras Regiones cognoscere satagens, ab anno 1327. non tantum Italiam, Austriam, Pannoniam, sed Graeciam etiam et Cyprum perlustravit, unde et vulgo Dux Henricus de Graecia fuit dictus. Palaestinam quoque adiit et Sepulchrum Domini invisit, atque Jesam denique Arabiam. Has Regiones Orientis pertransiturus literas commendatitias dedit Andronicus Junior Imperator Constantinopolitanus, quas edidit notisque elegantibus illustravit Henricus Meibomius in Opusculo Histor. p. 177.

§. 23. Duae Henrico huic assignantur Conjuges: 1. Helena Waldemari I. Marchionis Brandenburgensis filia, Matter Ottonis primogeniti;

II. Maria

II. Maria Cypria, haec superiisse scribitur Balthasarem et Melchiorem, Episcopum Osnabruggensem academiam Suerinensem anno 1381. mortuum, quamvis an soror hanc habuerit Matrem, dubitat Meibomius p. 196 et 218. Quomodo Henricus Junior decesserit, incertum, Lezner. ad annum 1337. refert, vid. etiam Büting. pag. 573.

§. 24. Otto Henrici Junioris filius ad ducendam Johannam Regis Neapolitani filiam, ac capessendum Regium (titulum tamen Regium non impetravit, sed tantum Principis Tarentini) profecturus, Duderstadium cum vicinis locis Gerlaco Archi-Episcopo Moguntino oppignoravit, quod factum Buntingius ad annum 1365. Serrarius ad annum 1366. Lezner. Chr. Pasil. l. 3. c. 18. ad annum 1337. refert. Quemadmodum hoc matrimonium Ottonis fuerit fortuna, ac quomodo ibi captus anno tandem 1387. vitam cum morte commutaverit, prolixe et accurate exponit Meibomius notis ad Aur. Bull. Andronici p. 197. et segg. item Büntingius p. 574. Krantz. l. 10. c. 11.

§. 25. Ernestus alter Henrici Mirabilis filius in divisione paterna hereditatis accepit Regionem, quae Ducatus Grubenhagensis nomine venit, cujus Familiae adscripti superioris Scuti floralis, in Wolfgango et Philippo fratribus extincta. Hic una cum uxore Agnesa Henrici (aliis Friderici) Comitis Eberstenii filia, cum qua partem Comitatus Eberstenii accepit Anno 1324 mortuus ac Einbeccae sepultus est. Praeter Ottonem in Pueritia extinctum, et Ernestum Praepositum Einbeccensem Anno 1422 in praelio Grondensi necatum, ac propterea hoc distichon

notatu

notatum:

Ense Abbas Ernestus obit, qui clericat ense
Perplacet ergò Chorum, non adiisse forum.

genuit Albertum, et Fridericum Osterodæ sedem habentes. Friderici autem posteritas statim defecit in Ottone filio Anno 1411. mortuo Vid. Bünting. p. 596. Lezner. p. 88.

§. 26. At Albertus ab arce Salz, quam extincta Heldiorum familia, exornavit et plurimum habitavit Dux Salzdahlensis dictus. Hic, quod vicinos Nobiles Thuringiam investantes foveret, ac Legatis eo nomine missis acerbè responderet, a Friderico Landgravio bello petitus est, quod Isenaci tandem compositum. Obiit anno 1397. ac Eimbeccæ humatus est, relicto ex Sophia Alberti Saxoniæ Ducis filia, Erico gnato.

§. 27. Ericus pacis studiosus ab Hohnsteinianis Comitibus lacessitus, non tamen sine suorum strage, eos vicit Anno 1415. Vivere desiit anno 1431. ex Elisabetha Ottonis Ducis Lüneburgensis filia quinque filiarum, quas Bünting. p. 584. memorat, et trium filiorum, Alberti, Henrici et Ernesti, Canonici Halberstadiensis et Praepositi Eimbecensis, factus Pater. Vid. Lezner. l. 3. c. 27. Budeus in vita Alberti II. Episcopi Halberstad.

§. 28. Henricus III. cum Landgravio Hassiæ bellum gerens insignem praedam in Grebenhagensem aream avexit, quæ mox gravi obsessione pressa, obsidentium ejus rapam elusit. Decessit Henricus anno 1469. ex Conjuge Margaretha Johannis Saganiensis in Silesia Ducis filia relinquens Henricum IV. qui ex Elisabetha Saxonica nullo auctus prole Fato functus est 1526.

§. 29.

§. 29. Hinc Albertus alter Erici filius Grubenhagiæ cum Ducatum cum laude regit in Annum 1486. sicut alii volunt 1490. Uxor ejus fuit Elisabetha Comes Waldeckiana, quæ præter Jodocum et Ernestum ante Patrem extinctos genuit Ericum Episcopum Paderbornensem et Osnabrüggensem, anno 1532. mortuum, Sophiam Abbatissam Gandersheimensem, et Philippum Successorem.

§. 30. Philippi Regimen diuturnum inclaruit præcipuè bello cum Comitibus Hohnsteinianis Anno 1500. gesto, Expeditione Frisica cum Georgio Duce Saxoniæ Anno 1514. susceptâ, Professione Evangelii (vid. Chytr. Saxon. lib. 14. p. 352.) bellum contra Carolum V. Smalcaldico, cui adfuit. Filia etiam domum Rothenkirchen portavit. Vid. Topogr. Brunsv. p. 179.

Obiit demum anno 1552. in arce Herzbergensi, quæ anno 1542. exusta, ægrè secreto Principe, cum Catharina Mansfeldica uxore, et primogenito infante Philippo 1542. mortuo. Ipse Pater Philippus Osterodæ ad S. Ægidii sepultus est.

§. 31. Liberi Philippo, præter dictum Philippum, fuere sequentes: Ernestus, pius, fortis et constans Princeps, teste Thuano lib. 41. à suis nominatus Anno 1518. natus in aula Electorali Saxonica Educatus, Witteberga Lutheranum aliosque Professores audivit. Anno 1545. Henricum Brunsvicensem Brunsvicum vexantem, ut se dederet, coëgit. Indè anno 1546. in bello Schmalcaldico

dextrum cornu duxit, sed sequenti anno cum Johanne Friderico Saxone ad Mühlbergam captus; brevi diuq; superest, Anno 1551. Patri succedens Metallifodinas Clausthalenses excolere coepit 1554. Postea Carolo adversus Gallos meruit, et praelio St. Quinctiano 1557. interfuit, vid. Chytr. Saxon. lib. 19. p. 695.

Decessit demum anno 1567. quo anno et Philippus Hassiae Landgravius, quocum conjunctissime vixerat, defunctus est. Sepulturam indepstus est Osterodae. Unicam tantum ex Margaretha Georgii Pomeraniae Ducis filiâ reliquit gnatam Elisabetham Johanni, Holsatiae Duci, Christiani III. filio nuptam.

3. Philippi filius fuit Albertus in bello Schmalcaldico ad Gengam captus, Anno 1546. et Monteliangiae sepultus.

4. Johannes, ad St. Quintinum, genu percussu occubuit, ac Cameraci humatus est.

5. Wolfgangus et literis et armis exercitus, Maurizio Electori contra Carolum V. uti et in Ungaria militavit. Ab excessu Ernesti fratris Regimen suscipiens, Ecclesiae et Reipublicae negotia curavit strenuè ad annum usq; 1595. quo decessit, nullam ex Dorothea Saxoniae Inferioris Principe relinquens sobolem. Imago ejus Brunsvici in fenestra Sac. Blasianae Templi conspicitur, cum hac inscriptione: Von Gottes Gnaden Wolff Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg.

Nic

Nec Wolfgange latet Pietas tua et inclyta virtus
Te clarum Heroëm Gallica bella canunt.

6. Philippus natus anno 1533. magnam vitæ partem in Aulis Electoralibus Saxonica et Brandenburgensi consumsit. Amissam 1595. Claram Conjugem, Henrici Junioris Ducis Brunsvicensis filiam sequenti anno secutus Grubenhagicam ab Henrico Mirabili cœptam terminavit lineam. Hujus quoq; imago in dicto templo ad S. Blasium conspicitur, cum hac inscriptione:

Ingenii studio fraterna exempla Philippus
Dum sequitur, laudis non habet ille minus.

7. Elisabetha filia Philippi Senioris et Soror Junioris nata 1520.

8. Barbara anno 1518. nata et mortua.

Philippi adhuc spirantis Soces aliquot Henricus Julius, Brunsvicensis Lineæ Princeps singulari celeritate et vigilantia occupavit, et statim, eo extincto, etiam reliquam ditionem, unde magnæ inter istum et Principes agnatos, qui Cellæ, Zarneberga, et Harburgi sedem habebant, controversiæ exortæ, quod et Thuanus tangit lib. 115.

DE LINEA BRVNSVICENSI PRIORE.

§. 32. Finitâ Gruberhagiacâ ad Brunsvicensem Priorem nos convertimus lineam. Hanc auspicatus est Albertus, ab obeso ventre Crassus seu Pinguis cognominatus. Goettingensi Territorio, quod ex hæreditate paterna acceperat, post fratris Wilhelmi obitum jungit Brunsuicensem ditionem, Fratre Henrico Mirabili Brunsuico, ubi Tribunos Plebis fraternas præter secutos supplicio affecerat, pulso. Vid. Cranz. Sax. lib. 8. cap. 26. Helmestadiensi Senatui fovens eidem Suburbium seu Forum novum, Nummarias centum marcis argenteis vendit Bünting. p. 232. Rud. Diepholt. Geneal. Histor. fo. 83. Obiit anno 1318. Brunsvici in templo S. Blasii sepultus. Ex uxore Richensa, filiâ Dynastæ cujusdam Heruelonum seu Werlensium in Heneto ad Mare Balthicum, suscepit octo filios: 1. Albertum Episcopum Halberstadiensem 20 præliis nobilitatum;

2. Henricum anno 1331. Hildesiensem Episcopum constitutum, 1362. mortuum, Hildesiæ in templo Catharinæ sepultum.

3. Lüderum Ordinis Teutonici in Prussia Magnum Magistrum Anno 1331. electum, templi Kriophosiani apud Regiomontanos, aliarumq; Urbium conditorem, et Polonorum Domitorem, de quo singularia refert Büntingius p. 233. accuratius verò hæc persequitur Bucl. in vita Alb. II. Fo. p. 83.

4. Ottonem Largum

5. Magnum.

6. Ernestum

7. Brunonem

8. Wilhelmum vid. Meib. ad A. B. Andron. Budag. in Vit. Alb. II. p. 11.

Filias

Filias quoq; habuit quatuor, ex quibus Mechtildis Gandersheimensis fuit Abbatissa. Meib. ad SS. B. Andrvn.

§. 33. Ernesti familiam, quia in Negotiis defecit, primo loco memorabimus.

Ernestus ex paternâ hæreditate Gottingensem tractum ac à Fratris Ottonis obitu partem quoq; Brunsvicensis ditionis accepit. Captus à Militibus Archi-Episcopi Magdeburgensis Seratu Magdeburgico intercedente, solutâ mediocri pecuniâ cum reliquis captivis dimissus est. vid. Bünting. p. 258. Ex Elisabethâ Saganensi, anno 1379. decedens, reliquit præter Elisabetham filiam, Wilhelmo III. Hennebergensi nuptam, Ottonem à ferociâ militari dictum armipotentem, vulgò Den Quadru, qui Wolffer bytanâ arce per singulare Stratagema à Friderico, Magni Torquati filio privatus est anno 1383. Cranz. l. 10 c. 15. Büntzy. Mortuus est Otto armipotens anno 1394. Conjugem habuit Margaretham, Gerhardi Comitis Bergensis filiam quæ præter duas filias Wilhelmum in juventute extinctum, et Ottonem Coclitem pepererit, nullis ex Agnesa Hermanni Landgravii Hassiæ filiâ susceptis liberis anno 1453. mortuum. Hinc hæreditas ad Cellenses et Wolfferbytanos translata.

§. 34. Otto ab insigni liberalitate largus vocatus Alberti Finguis filius, præter Brunsvicum Patrimonium ab uxore prima Agnesa, Hermanni (aliis Conradi) Marchionis Brandenburgici filia, Waldemari vidua, veterem Marchiam in dotalitium accepit, sed iterum amisit. Ab obitu hujus Agnesæ, Juttam Landgravii Thuringiæ filiam duxit. Wolmerstadium Archi-Episcopi Magdeburgensis Oppidum

1. Friderici, 2. Bernhardi, 3. Henrici, 4. Ottonis Archi-Episcopi Bremensis.

Fridericus, qui solus rexit Ducatum 19. annis, à nonnullis Electoribus Wenceslao abdicato Successor datus, consciò, sinon et jubente Johanne Nasserio Archi-Episcopo Moguntino, ab Henrico Comite Waldecciano, Kunzmanno à Falckenberg, & Friderico ab Herlingshausen propè Frizlariam occisus est anno 1400. d. 5. Junii; viscera ejus in Coenobio Wipprechtshusano, Corpus reliquum Brunsvici reconditum est. Uxorem habuit Annam Wenceslai Saxoniæ Ducis ac Electoris filiam, cujus Sororem Bernhardus Frater uxorem duxit, ex quâ genuit Annam, Friderico Austriaco, et Catharinam, Henrico Swarzburgensi Comiti anno 1435 nuptam. Hujus Herois gesta et bella varia cum Ottone dum Quadam, cum Ducibus Saxoniæ ob Ducatum Lüneburgensem, cum Ernesto Episcopo Halberstadiense, cum Conrado à Schwichelt et Johanne à Steinberg, Equitibus Hildesiensibus, cum Erfurtensibus in gratiam Friderici Nobilis Dynastæ Heldrungensis. exponit Bünting. p. 262 & seqq.

A duobus Magni Torquati filiis Bernhardo & Henrico, Friderici electi Romanorum Regis fratribus Lineæ duæ, Brunsvicensis et Lüneburgensis ortæ.

DE LINEA

DE LINEA LUNEBVRGICA.

§. 38. Conditor hujus Lineæ est Bernhardus Magni Torquati filius. Vivente adhuc Friderico Fratre, cum gliscerent Contentiones ob Ducatum Lüneburgensem, quem Saxoniæ Ducer sibi vindicaverant, Bernhardus et Henricus fratres Ulzam capiunt, ac Lüneburgenses incommodant, quorum Cives, si quando à Melsingo Milite capti, vel manu, vel pede truncabantur, donec civitas ad obsequium reducerctur. Etiam cum Jodoco et Procopio Moraviæ Marchionibus, qui à Sigismundo Brandenburgensem Marchiam acceperant, bellum gerentes, insigni clade Marchiam afflecerunt circa annum 1388. Bünting. p. 416.

Anno 1394. Hi fratres cum Erico Saxone, Gerhardo Schleswicensi, et Nicolao Holsatiæ Comite pro mutua defensione foedus percussere. Non diu post, durante inter ipsos et trigam Urbium Lubeccam, Hamburgum & Lüneburgum acerba contentione, sic tandem ea est composita, ut accepta pecuniæ summa ingenti, Lüneburgensibus Harburgum, Hamburgensibus Bleckede, Lubeccensibus Lüdershusen oppignorarentur, Duces verò Ulzensem arcem demolirentur. Bünt. p. 421.

Anno 1400. Friderico fratre, electo Romanorum Rege occiso, Bernhardus et Henricus fratres terras ita diviserunt, ut Major natu Brunsvicensem, Minor Lüneburgensem Provincias acciperet.

Anno 1334 occupatum eodem anno ipsi extorsit Otto Archi-Episcopus ex Landgraviis Hassiæ. Atq; idem annus ipsi fatalis fuit, relictâ non nisi filia Agnesa Barnimo III. Pomeraniæ Duci nuptâ. Sepultus est Brunsvici.

§. 35. Fratri igitur successit Magnus cognomento Pius et Sangerhusanus, quod scilicet à Conjuge Agnesa (quam Spenerus et alii Sophiam vocant) Brandenburgicâ Sangerhusam & Landesbergam suis ditionibus jungenda acquisierit. Hic anno 1340. cum Abbate Werdano Helmstadiensem seditionem compescuit, Vid. Bünting. et Meibom. idem Conringium de antiquissimo Statu Helmestadii p. 151. Anno 1342. Alberto fratri Episcopo Halberstadiensi contra Comites Reinsteinios et Mansfeldios suppetias tulit. Anno 1345. cum fratre Ernesto Advocatiam Urbis Brunsvici et Oclewicum et Saccum oppignoravit Bünt. p. 238. Obiit Magnus Pius Anno 1368. quo ipso et Wilhelmus ultimus Luneburgensis linea obiit. Filii illi fuere 5:

1. Otto in Italia extinctus.
2. Ludovicus, gener Wilhelmi, Lüneburgensis Ducis, ante Patrem mortuus 1358 in Cœnobio Wizenhusen Sepultus
3. Johannes Archi-Episcopus Magdeburgensis.
4. Albertus Archi-Episcopus Bremensis, quasi Hermaphroditus esset à Decano Johanne Sesterfleccio contumeliosè accusatus.
5. Magnus Torquatus.

§. 36. Magnus hic Torquati nomen accepit ab argenteo Torque, quem in Patris Ludibrium, qui filio obfacinora suspendium minabatur, gestabat. Post Fratris Ludovici obitum, cujus Gener erat Wilhelmi ultimi Ducis Luneburgensis, volente Wilhelmo administrare cœpit Ducatum Lüneburgensem

Anno 1378

Anno 1366. cum Mauritio Comite Oldenburgensi Bremensis Archi-Episcopatus Administratore, qui Magni filio Archi-Episcopatum cedere detrectabat, bellum gessit, pactione finitum. Anno 1367. Prælio à Gerhardo Hildesiensi captus, ut libertati restitueretur, Sangerhusam et Landesberg vendere coactus est. A. 1371. ab Alberto Meklenburgico victo, cum ad redimendos duo Nobiles à Luneburgensibus petitam pecuniam non impetrasset, Odium adversus Civitatem concepit. Ducatu autem Lüneburgico Alberto Saxoni attributo per insidias noctu intercipit Lüneburgum, sed quomodo virtute Consulum et Civium rejectus fuerit, supra ostendimus.

Anno 1372 Pirnam à Carolo IV. citatus, cum non compareret, Lüneburgensi quod sibi arrogabat feudo privatus est.

Anno 1373. In Prælio cum Ottone Schauenburgense Comite (qui Ludovici fratris Torquati viduam, Wilhelmi Lüneburgici filiam duxerat) à Ministro Comitis, Dominum cujus Corpori incumbebat Magnus, liberaturo confossus, et quod juraverat, se eâ nocte in hostico dormiturum, Schauenburgum delatus, ac postea Brunsvicum avectus in templo S. Blasii sepultus est. Cranz. Sax. l. 9. c. 39. Bünt. 257.

Post Magni cædem Ernestus Göttingensis cum Ottone armipotente accepit arcem Wolffenbüttel, quam tamen per Stratagema Friderici, Magni Torquati filii excidisse diximus.

§. 37 Uxorem Magnus Torquatus habuit non Catharinam sed Sophiam Brandenburgensem, ex qua Pater factus 8. Filiarum (quarum una Helena Alberto Meklenburgico, Regi Suecia, nupsit) et quatuor Filiorum:

Fraternam cædem vindicaturi præter Moguntinenſis et Waldeccenſis ſibi vicinæ ditionis vastationem, ac ſuppliã-
um à Friderico ab Herlingshauſen ſumtum, ſarum alias
profecerunt, eriq́ impliciti alieno, Senatui Brunsvicenſi
Monetam, Oldewickum, Saccum et Aſſeburgum oppigno-
rarunt, et quia hoc modo Brunsvicenſium potentia crevit,
eam fortè tormenti majoris (der faulen Mutz) fabricã
Anno 1411. testari voluerunt
Post mortem Wenceslai Soceri, ſivè in obſidione Cellæ,
ſivè aliàs extincti anno 1402. Lüneburgenſem Ducatum
fratres recuperarunt.
Iidem Fratres Günthero Archi Epiſcopo Magdeburgenſi
in obſidendo Harzburgo contra Nobiles Swichelden-
auxilium ferentes, novum munimentum Sturburgion
in monte Petroſelino, ac postea Altenahan oppoſuere,
capto deniq́ Harzburgo ac diruto. Büntin. p. 270. etc.
Anno 1419. laudati fratres cum Bremenſibus bellum geſſere.
Anno 1420 Bellum Hildeſienſe coepit, quo Johannes E-
piſcopus Comes ab Hora terâ Bernhardo ejusq́ Socijs
victus, constitutâ Pace Caſtellum Broetorffienſe Bernhardo
relinquere coactus eſt.

§. 39. Bernhardus & Henricus priori Tranſa-
ctione de Ducatu in ſolum Primogenitur ſemper trans-
ferendo abolitâ, pari potestate regnant ditionem.
Ille verò ætatis prærogativâ Fratrem præceſſit, acce-
timo Comite Homburgio, Henrico, vitâ functo, Comita-
tum ſuis adiecit. Demum anno 1428. inter Bernhardum
cum filiis ab una parte, et Nepotes ex Henrico

Fratre

Fratre ab altera parte, divisio instituta, in qua illis Lüneburgicus, his Brunsvicensis Principatus obtigit, Iuribus tamen in Urbe Brunsvico indivisis; ita Spenerus in Syllogo Geneal. pag. 162. Origines novae Divisionis latius exponit Bünting. p. 275.

Obiit Bernhardus anno 1434. ex Margaretha Wenceslai Saxonis filia, prater Catharinam Casimiro Duci Stetinensi nuptam, genuit Ottonem & Fridericum.

§. 40. Otto cognomento Claudus (Mit dem Krieg Braun) item Magnus (Der grosse Otto von der Lüneb.) in tantam venit existimationem, ut Nicolaus Archiepiscopus Bremensis eum Protectorem Diœceseos renunciaret Regibus fuit Iustitiæ administrator ac Latrociniantium terror. Wilhelmi Patruelis ditionem, ideò quod Hanseaticis Civitatibus contrà Ericum Daniæ Regem suppetias tulisset, vastavit. Sed Wilhelmus par pari referens occasionem novæ divisioni jam jam laudatæ dedit. Uxorem habuit Elisabetham, Hermanni, ultimi hujus lineæ Comitis Ebersteinii filiam, per quam à Socero Comitatum Ebersteinam accepit. Borchdorfium quoq; Lüneburgensi ditioni adjecit. Improlis mortuus est anno 1445. Lüneburgi in Templo S. Michaëlis sepultus. Vidua quæ Gifhorna aliquandiu habitavit, in Cœnobio Isenhagen sepulta est.

§. 41. A Fratris Patriq; obitu Fridericus Lüneburgensem ditionem accepit; Religiosi nomen ei indidum, quod Franciscanorum Cœnobio Celli 1459. condito, vitam

448 monasticam amplexus, quamvis à filiorum obitu mutare
Consilium coactus sit.
Anno 1455. cum Friderico Magdeburgensi Episc. bellum gessit.
Anno 1458. ob negata Praelatis à Patribus Lüneburgensibus
debita, cum Praelatorum causam defenderet Wilhelmus Brun-
suicensis cum Friderico fratre, res ad arma ac vastationem
terrarum mutuam devenit, ut latius exponit Bünting. p. 433.
Decessit Fridericus anno 1478. ac Cellis sepultus est.
Ex Magdalena, Friderici Burggravii Norinbergensis, primi
Electoris Brandenburgici filia, praeter Margaretham, Ulri-
co Meklenburgensi nuptam, genuit Bernhardum & Ottonem.
Bernhardus Hildesiensis Episcopatus administrator, à duche
Ottonis III. Schauenburgici formosissima filia Mechtilda,
et suffecto in locum suum fratre Sponsa Ernesto, non
nisi unicum annum vixit, siquidem anno 1486 ingres-
sus decedens, Lüneburgi sepultus est.

§. 42. Otto Bernhardi frater, jussu Patris, à fra-
terno obitu Regimen capessens, Lüneburgenses Nobiles
Schulenburgios imprimis ac Bartenslebios, Patris senium
sui juventam contemnentes, severè coercuit, ac Hitzac-
kerium Büloviis ademptum Luneburgensi Ducatui ad-
jecit, accepto Victoriosi titulo. Obiit anno 1471. et
Lüneburgi humatus est, relictâ ex Anna Johannis
Nassovii filiâ, quae postea Philippo Hasso nupsit, una
cognato Henrico 1468. genito.

§. 43. Henricus ille cognomento Junior anno 1489
cum Bodehudanis; 1492 cum Urbe Brunsviga ire gratiâ
Henrici Senioris Brunsvicensis; Anno 1500. cum Bultjadi-

et Frisiis

et Frisiis; 1501. cum Magdeburgicis bella gessit, ac cum Henrico Brunsvicensi acerba contentio propè in bellū erumpsisset, quā de re vid. Bünting. p. 440.

Anno 1503. Bello Palatino Cæsari Maximiliano præsto fuit.

1511. Jura sua in Ducatum Göttingensem Henrico Seniori cessit, qui ipsi vicissim omnibus in Luneburgensem Ducatum pretensionibus renunciarunt. Bünt. 439. Spen. Syll. Gen.

1519. Statim à Maximiliani obitu coortum Bellum Hildesiense, inter Johannem Episcopum, Saxoniæ inferioris Ducem, et Duces Brunsvicenses, quo Henricus noster Episcopum juvans, quod is Franciscum filium sibi Successorem declarasset, item quod Comitem Diepholdium ejecissent Comitatu suo, in prælio Soltoviensi insigne reportavit victoriam, capto Erico & Wilhelmo Ducibus, et illo Cellam delato, sed solutā non mediocri pecuniā, dimisso. Quandoquidem autem Henricus partibus Gallicis studens, interregni tempore bellum excitasse crederetur, ut Caroli V. turbaretur electio, cum quietem à Caroli V. impetratam negligeret, cum ipso Episcopo proscriptus in Galliam se contulit. Vid. Chytr. Saxon. 719. item Diepold. Histor. Geneal. p. 88.

Obiit Henricus Anno 1532. Wirhusæ, ac ibidem sepultus est. Uxor ejus Margaretha, Ernesti Saxoniæ Electoris filia, Friderici Sapientis, et Johannis Constantis Electorum Soror, quam duxit anno 1487. genuit ipsi Anno 1488. Elisabetham Carolo Geldriæ Duci 1519. nuptam, anno 1572 ætatis 90. mortuam,

cujus maritus anno 1538. mortuus et Arnheimii sepultus est. Patri filiam ad Sponsi domum ducturo traxisse tum negavit Franciscus Mindensis Episcopus, quæ res, quas turbas dederit, exponit Chytræus lib. 8. Saxon. p. 207. 208.

Porrò anno 1495 natus Otto Harburgicæ lineæ conditor.

Anno 1497. genitus Ernestus Pius, Dux Lüneburgensis, Henrici et Wilhelmi Pater, à quibus omnium hodiè superstitum Ducum familiæ descendunt.

Anno 1499. nata Apollonia, quæ virgo decessit 1571. Ulyssæ

Anno 1502 nata est Anna, Barnimo Pomeraniæ Duci conjuncta. Anno 1508. natus Franciscus.

§. 44. Franciscus hic 1508. natus anno 1547 uxorem duxit Claram, Magni Saxoniæ Ducis filiam, quæ Catharinam Henrico Slavensi nuptam, et Claram, Bogislao Pomeraniæ Duci junctam, peperit.

Ipse autem Princeps, qui anno 1530. Augustanam etiam Confessionem obtulerat, ex ægritudine pedis ob gangrænam amputati, anno 1547. ipso natali die, qui erat 23. Novembris, mortuus Gifhornæ, quam aulæ et Sepulchri sedem habuit.

DE LINEA LVNEBVRGO-HARBVRGICA.

§. 45. Otto, Henrici Luneburgensis Primogenitus, anno 1495. natus, Princeps Pacis et quietis amans, quam aliquandiu gesserat Administrationem Provinciæ, Fratri Ernesto, acceptâ pecuniæ certâ in singulos annos pensione, concessit, et Harburgios Principes ex Mechtilde seu Metta à Campen, Nobili Lüneburgica (quam nonnulli Genealogici Comitem Italicam de Campagne inepte faciunt) sevit. Nam præter Ottonem et Ernestum Gemellos, ut et Fridericum immaturâ ætate extinctos, Margarethan item et Susannam, hanc anno 1581. illam septimo ætatis anno demortuas, genuit Ottonem, de quo et liberis mox dicemus. Ipse autem Otto Pater Harburgi decessit anno 1549. quem demum vidua anno 1580. secuta.

§. 46. Ottonem Iuniorem natum 1528. ejusdemq; familiam Harburgicam, utpote à Matre tantùm Nobili descendentem, Agnati reliqui primò non agnoscebant, quos tamen tutata est auctoritas Cæsarea. Numerosam sic Otto habuit Sobolem, et ex priori quidem upore Margarethâ, Johannis Henrici Comitis Swarzburgici filia, Domini Gerani vidua, cum qua nuptias celebravit 1551. Leutenbergæ, genuit:

1. Elisabetham, Erico Brahe, Comiti Sueco in Wisehburg (nuptam
2. Ottonem-Henricum natum 1555. mortuum 1617.
3. Johannem-Fridericum, natum anno 1557. mortuum 1619.

Ex alterâ uxore Hedwige, Ennonis II. Comitis Ost-Frisiæ filiâ, nati

1. Wilhelmus natus 1564 d. 15. Martii
2. Enno, natus et mortuus 1565.
3. Anna Margaretha Præposita Monasterii Quedlinburgensis, mortua 1643.
4. Henricus natus 1568. mortuus 1569.
5. Hedewig nata 1569. mortua 1620.
6. Christophorus natus anno 1570. cujus uxor erat Elisabetha, Julii Ducis Brunsvicensis filia, mortua 1615.
7. Otto Junior natus anno 1572. qui Heidwigem, Julii Ducis Brunsvicensis filiam in matrimonio habuit, mortuus 1641.
8. Johannes, natus 1573. mortuus 1625.
9. Elisabetha nata 1574 mortua 1575.
10. Catharina Sophia, Hermanno Comiti Schauenburgensi (non Schwarzburgico ut est in Tabulis Tübingens.) 1609 juncta.
11. Fridericus n. 1578. in bello Suecico contra Polonos 1605 occisus.
12. Fridericus-Augustus natus et mortuus 1580.
13 Maria Catharina Adolpho Duci Mecklenburgico nupta, secundum Tabulas Tübingenses.

Otto autem Pater 1603 Harburgi decessit, Princeps ut doctus ipse, ita doctorum fautor et Mecænas.

§ 47. Ultimus lineam terminavit Wilhelmus, qui anno 1587. cum triga fratrum et Joachimo-Carolo, ac Julio Augusto cognatis Julii Brunsvicensis filiis Helmestadium missus, postea cum fratre Christophoro, dein solus Regimen gessit usq; ad annum 1642. quo decessit d. 30. Martii hora 4. matutina, Princeps Linguarum et Theologiæ apprimè peritus, cujus exstant de diversis Fidei articulis manuscripta ab ipso concinnata, teste Spenero pag. 163.

§. 48.

§. 48. Hic ergò desinit Linea Harburgensis Lüneburgica. Nunc ad Ernestum, omnium qui hodiè supersunt Ducum conditorem revertimur.

ERNESTVS alter Henrici Lunaburgici filius anno 1497. d. 26. Junii in eadem domo Ultræ natus, quæ postea Scholæ publicæ, non sine præsagio Scholarum Patronum fore Principem, addicta. Adolescens in aulam Friderici Sapientis Electoris Saxoniæ Wittebergam missus, Lutherum, Scalatinum item Henningum Goeden ICtum audivit, ac postò in Gallia linguam et mores nondum tam corruptos didicit. Ibidem ob eximias animi dotes summasq; virtutes stipendium meruit, magnoq; in honore aliquot annos vixit. Inde turbatis ob Bellum Hildesiense rebus domum reversus, proscriptoq; Patre ac in Galliâ exule post Saxoniæ Ducem, primus doctrinam Lutheranam docere voluit, et Pontificios errores taxari et aboleri permisit, usus præcipua in constituendis Ecclesiis opera Henrici Bockii, Martini Oudermarck Pastoris Cellensis (quo nullus lineamentis faciei Luthero similior) et Mathiæ Gindrig Superintendentis Bardewicensis. Chytr. Sax. l. 2. p. 79. Johannem Electorem Saxoniæ ut Patrem dilexit, illumq; suarum Ecclesiarum Inspectorem esse jussit. Posteà anno 1530. cum Francisco fratre Augustanæ confessioni subscripsit, ac Carolo V. obtulit: quo absente Conjux Sophia Henrici Mecklenburgensis filia Primogenitum Franciscum-Ottonem peperit in Isenhagen. A Comitiis Augustanis redux Urbanum Regium Augustanum Ecclesiastem Cellam deduxit, cumq; repeterent Augustani,

se non negasse quidem, sed simul pupillam Oculi dimit-
tere respondit, et hic Urbanus postea 1541. mortuus est.
Schmalcaldico foederi accessit Ernestus, unde ipsi ali-
quandiu investitura à Carolo V. negata. Deinceps ob in-
perium Urbis Brunsvici cum agnato Henrico lis ipsi fuit.
Decessit Dux pientissimus Anno 1546. in Cellensi templo
sepultus, sequens accepit Epitaphium:

Illustrissimus Princeps Ernestus, Dux Brunsvi-
censis et Luneburgensis, Henrici filius natus anno
1497. d. 26. Junii, cum apud Avunculum Dominum
Fridericum Saxoniæ Ducem & Electorem præclarè
educatus, Wittebergæ bonis artibus felicem operam
navasset, atq; in Gallia in Regis Francisci aula ob ejus
mias ingenii dotes ac summas Virtutes, magno in hono-
re aliquot annos vixisset, administrationem suæ
ditionis suscepit, et tam veræ Religionis accerrimus
vindex, quam optimus Reipublicæ Gubernator,
cum Carolo Imperatori anno 1530 Augustæ Comi-
tia celebranti, Confessionem, quam Augustanam
vocant, cum paucis aliis Principibus ac Civitatibus
Imperii obtulisset, suiq; Ducatus Ecclesias sincerae
Religioni restituisset, tandem anno Christi 1546. d. 11.
Januarii ex hac vitâ in æternam migravit.

Imago Ernesti in fenestra Templi S. Blasii Brunsvici conspi-
citur, cum Inscriptione:

Constans assertor Fidei, bellator et acris
Ernestus sese nomina digna gerit.

Singulare est, quod eundem cum Philippo Melanchtone natalem
annum, eundemq; cum B. Luthero emortualem habuerit.

Prater

Præter Franciscum-Ottonem 1530. natum, ac statim post nuptias cum Elisabetha Magdalena filia Joachimi II. Electoris Brandenburgici, clenatim, filios habuit Fridericum, Henricum, et Wilhelmum, et Filias Margarethan natam 1534 Johanni Comiti Mansfeldico conjunctam; Ursulam-Annam 1538 triennio ætatis mortuam; Catharinam, natam 1537.
Elisabetham-Ursulam Ottoni Comiti Holsatiæ et Schauenburgi nuptam, quod matrimonium occasionem dedit recipiendæ doctrinam Evangelicam
Magdalenam n. 1540. Arentio Comiti Bentheimiano 1561. collocatam
Sophiam natam 1541. Popponi Hennebergio 1562. nuptam.

§. 29. Franciscus-Otto Patri successit, sed ducta anno 1559 Elisabetha Magdalena Brandenburgica, statim à celebratis nuptiis vita functus, et Cellæ sepultus est. Hujus imago in fenestra Brunsvicensis Templi S. Blasii hanc habet inscriptionem: Vix Sprea Francisco nuptam piscosus Ottoni
Junxerat, illa pia, nunc regit orba viro.
Fridericus natus anno 1532. In prælio ad Siversh usam inter Mauritium saxonem et Albertum Brandenburgensem 1553. globo transfixus occubuit, ac Cellæ itidem tumulatus est.

Henricus et Wilhelmus duos ramos constituunt, Dannenbergicum nimirum, nunc Wolferbytanum, et Luneburgicum, nunc in Cellensem, Hannoveranum et Osnabruggensem divisos

DE LINEA

DE LINEA DANNEBERGICA seu WOLFERBYTANA.

§. 50. Henricus anno 1533. natus cum Wilhelmo Fratre primò per decennium indivisim rexit Patrimonium; Posteà contentione cum eodem facta, Dannebergam, Lychoviam et nonnulla alia loca accepit; Successionis Grubenhagensis verò partem ab Henrico Julio agnato frustrà petiit. Anno 1569 uxorem duxit Ursulam, Francisci Senioris, Ducis Saxoniæ Inferioris filiam, quæ anno 1571. peperit Julium-Ernestum 1572 Franciscum Canonicum Argentinensem, qui 1601 Radstadio Argentoratum petens, equo torrentem Kenchan solito altius intumescentem illapsus, in urbis hujus Cathedrali Templo cubat.

1573. Annam Sophiam sequenti anno demortuam.
1574. Henricum, 1575. denatum.
1576. Sibyllam-Elisabetham Antonio Comiti Oldenburgensi nuptam
1577. Sidoniam.
1579. AVGVSTVM Sapientem illum.

Ipse autem Pater Henricus d. 17. Januarii 1598. Dannebergæ decessit ibiq; sepultus est.

§. 51 Julius-Ernestus nat. 1571. à Parentis obitu Dannebergæ præfuit, cui Maria Comes Ost-Frisiæ Sigismundum-Augustum, altero à nativitate mense, ac Annam 1516. ex tinctam mortuum peperit. Hac defunctâ duxit Sibyllam, Wilhelmi Patruelis filiam, quam anno 1636. vitâ excedens in prolem, ac Augustum Fratrem Successorem reliquit.

§. 52.

§. 52. AVGVSTVS, robore Corporis, ingenio, judicio, doctrina, Sapientia, Splendore, auctoritate verè Augustus, ac felicissimus Germaniæ Nestor Henrico Patre 1579. d. 10. Aprilis Dannenbergæ natus, in Parentum sinu educatus, primos ætatis annos non per otium aut luxum, aliasq́ Supremæ fortunæ illecebras transmisit, sed solitioribus studiis consecratus, capacissimum ingenium ita subegit, ut eximiis Virtutum donis magis magisq́ per ætatem effloresceret, in studiorum verò stadio Magistros omnes fatigaret. Quindecennis aula Patria egressus Rostochium invisit, ubi Rector Academiæ renunciatus, ternas ibidem Orationes admirabili Memoriæ promtitudine in publica Panegyri recitavit.

Anno 1595. Dannebergam reversus, eodem anno Studiorum gratia Tubingam intrans, anno sequenti Rector Academiæ salutatur, cum Johannes-Fridericus Dux Würtenbergicus hoc munus declinasset, ac ibidem lectissimas aliquot Orationes de Legum dignitate ac utilitate habuit.

Anno 1598. Aulam Paterno obitu turbatam repetens cum fratribus et Sororibus exequias tuit Patri.

Argentinam inde visens, eam facundiæ suæ exornavit laude Dato etiam in publico cœtu disputatoriæ artis argumento sine Præside. Hinc peregrinas invisit terras, ac Patavium studiorum diverticulum elegit. Deindè urbes alias, ac præcipuè Romam, et in illa Vaticani infesforem Clementem VIII. vidit. Hinc per Siciliam, Melitam usq́ penetravit. Relecto in Germaniam itinere anno 1600. nonnihil temporis impendit

salutandis agnatis Friderico Electori Palatino, Joachimo Ernesto & Johanni Georgio Marchionibus Brandenburgicis, Friderico Wüeterbergico, Mauritio et Ludovico Hassiæ Landgraviis. Eodem anno nuptiis Antonii II. Comitis Oldenburgici suâ cum sorore Sibylla-Elisabetha Delmenhorstæ interfuit. Anno 1602. Fratris Francisci funus cum fratre Julio-Ernesto Argentinæ comitatur, ac inibi solennibus suffragiis Canonici titulo et reditibus augetur.

Porrò perlustrato Belgio in Angliam trajecit 1602 Jacobum Regem spectaturus. Indè Galliam penetrat, visoq; Rege Henrico IV. ac Delphino Ludovico XII. Lotharingiam et Alsatiam peragrat. Anno 1603 Coronidem itineri imposuit hoc cleostycho ab Harsdorffero coronatum:

ItaLIa, sICILIa MeLIta
angLIa, beLgIa, gaLLIa
sorInCIpIs aVgVstI peregrInantIs
VIrtVtes strenVas, Igneas, egregIas obstVpVIt

Tum Fratri cedens Ducatum Dannenbergicum, Hitzacherium aulæ sedem statuit. Sed eodem anno Argentinam tertiùm reversus, visâ 1605 Stutgardiâ, Argentinam quartùm tendit.

Non multò post Mauritium et Georgium Hassiæ Landgravios, cum Mariâ vidua Comite Mansfeldensi litigantes componit. Domum reversus, studiis bellicis, Mathematicis, Musicis, ludoq; Schachicico se exercet.

1606. Franciscum et Mauritium Saxo-Lauenburgicos fratres placat.

Anno 1607

Anno 1607. Conjugem duxit Claram Mariam, Bogislai Pomeraniæ Ducis filiam, ex qua suscepit 1609. filiam et 1610. filium sed anté partum extinctos.
1609. vidit et coram compellavit Rudolphum II. Imperatorem, et Matthiam fratrem ejus, salutato etiam Christiano II. Saxoniæ Electore.
Inde ad aulam se convertens Bibliorum lectionem ita disposuit, ut exactè singulis annis absolveret.
1612. Electionis et Coronationis Matthiæ Spectator ac litigiorum inter Johannem et Antonium fratres Oldenburgicos compositor, res Christiani pupilli, ex sorore nepotis, stabilivit.
1613. Comitiis Ratisbonensibus interfuit.
1614. Bibliothecam coepit condere, quæ postea in splendorem successit incredibilem.
1616. Egregium de Ludo Schachico Opus Lipsiæ fecit excudi.
1620. Composita lite Gruberhagica, fratre Julio Ernesto ad amicabiles æquitatis Leges revocato, Grubenhagicorum reditibus justa impetrat.
Conjuge 1623. mense Februario mortua, mense Octobri ducit Dorotheam Rudolphi Anhaltini filiam: cujus matrimonii interventu factum, ut à Magno Torquato in diversum scissæ Brunsvicensis et Luneburgensis lineæ Propago felici germine coaluerit.
In aulam remeans Academiam Helmestadiensem invisit.
1624. Chryptographiam et Steganographiam sub Gustavi Seleni Schemate edidit Luneburgi impressam.
1625. natus filius Henricus Augustus quem 1627. amisit.
1626. Motus inter Christianum IV. Daniæ Regem et Civitatem Hamburgum sopivit.

Anno 1627. nascitur Rudolphus-Augustus, hodiè regens Princeps.
Anno 1629. obit Legationis munus splendidissimè ad Cæsarem Ferdinandum II. nomine totius familiæ Brunsvico-Luneburgicæ.
Eodem anno auctus filiâ Sibylla-Ursula, quæ post sorores reliquas Christiano Duci Holsatiæ in Glücksburg nuptâ.
1630. interfuit funeri Sororis Sibyllæ Elisabethæ Conjugis Antonii Oldenburgici.
1631. e Conjugis alvo exsitur filia anonyma, Sed
1631. feliciori partu editur Clara-Augusta Friderico Duci Würtenbergico 1653. juncta, et
1633. Antonius-Ulricus, delicium generis humani.
1634. Post excessum Friderici-Ulrici, ultimi Ducis Brunsuicensis, cùm aliàs omnia per Germaniam turbis plena, Augustus Dux Brunsvicensem Urbem elegit Pathmum, ubi de Successione certi aliquid experiretur, quam ratione primogenituræ, ex consensu Procerum exspectabat, causam ageret. Initio Septembris horribile incendium per Cæsarem calida lignum emungentem oritur Brunsvici in hospitio Ducis, Stella aurea signum habente, quod non sine divino Numine extinctum, manu tamen Ducis ita læsa, ut vix à gangræna liberari potuerit. Vid. Goskii Arbor. Eodem anno et alteram amisit Conjugem Septimi partus difficultate prostratam, fœtu non exiso.
1635. Ducis tertiam uxorem Sophiam Elisabetham Johannis-Alberti Ducis Mecklenburgici filiam.
Anno 1636. Agnatis cohæredibus non reluctantibus, sed et

connì-

conniventibus et consentientibus ipse homagii Sacramento Status Ducatus sibi jungit, iisdem Jura ac Privilegia firmans, ac porrò à Subditis accipit fidelitatis Juramentum.

Eodem anno natus Ferdinandus Albertus.

Decessit autem Frater Ducis Julius-Ernestus relicto nullo hærede masculo, adeoq; Ducatus Dannenbergicus Brunsvicensi jungitur.

1638. nascitur Maria-Elisabetha, Adolpho Wilhelmo Saxoniæ Duci in Eisenach nupta, hodiè vidua.

Wolferbytum nondum tamen restitutum præstat fidelitatis Juramentum. Eodem anno Director declaratur Academiæ Juliæ, Pro-Rectore Jacobo Tappio Medico.

1639. Christianus-Franciscus filiolus oritur & occidit.

1640. Dux in lucem revocat suis sumtibus Antonii Poneviæi Symposion trimetrum, simulq; Commentarium in Persium Bartholomæi Foncii.

1641. Directoris Academiæ Juliæ munus quartùm suscipit Pro-Rectoribus Statio Fabricio, Theologo et Thoma Cludio Jctto.

Harmoniam Germanicam Passionis Christi imaginibus æneis distinctam edit.

Wolferbytum obsidione gravi cingitur ab Anti-Cæsare anus; sed Urbem et Castellum firmo præsidio munit, vinq; hostilem fortiter repellit Johannes de Rauscherberg. Cum autem solicitus esse de liberandâ ab hostili impetu Wolferbyto Dux Augustus, ac equo veheretur aperto aggere glande fulminari majoris tormenti in discrimen vitæ conjicitur, et quando hostes Ocræ fluenta aggere posito

intercluserant (vid. Brachel. Historiar. nostri tempor. lib. 6. p. 290) cessante hostili impetu, aqua rupto aggere Brunsvicam versus, pluraq; ædificia ibi destruit, non sine periculo Principis, cui vulgus cladem imputabat. Die 8. Septembris Dux in castris Cæsareis ad pagum Saldern Wilhelmum Legio dum fratrem Cæsaris convenit, ac imprimis à Ficolomineo et Comite de Wahl honorificè accipitur. Nocte sequenda reducem cum plausu excipiunt Brunsvicenses.

Annus 1643. imprimis memorabilis est ob resignatam à Ferdinando III. tandiu infessam arcem urbemq; Wolfenbüttel. Ut adeò, postquam campanas sine pistillo diuet frustrà agitasset, cum inscriptione primæ: SIC, NISI; secundæ UTI, SIC, NISI; tertiæ: HIC, SED; quartæ: TANDEM. W. A. I. D. I. R. E. M. 76. 13. Pistillo ut confecto et immisso Campana ordine quinta lætissimo pulsu regiæ sui q; resonaret, cum Inscriptione: NV. PACEX BON. EIVS. in circumferentia: TANDEM PATIENTIA VICTRIX. Die 27. Septembris, Exaltationis Crucis, Dux magnificè ingreditur Urbem, nube albâ præviâ, quæ non sine omine, quasi supra Urbem ab ingressu substitit. Oratio Sacra ex Psalm. 55. v. 23. ab Henrico Widenburgio habita typis expressa exstat. Ut festa esset dies in perpetuum, edicto Ducali cautum. Sub vesperæ crepusculum Augustus Brunsvicum se recepit, ubi adhuc per aliquot hebdomadas, donec arx habitationi pararetur, mansionem habuit.

Annum hunc sequentem eteostico signavit Harsdorferus:

arX atqVe Vrbs qVeLphICa DeI. aVXILIo et aVgVstI DVCIs
ConsILIo post trIstIa & eXItIosa beLLa restItVta atqVe restaVrata

Eodem

Eodem anno Elector Brandenburgensis Augustum invisit Brunsvigæ.

1644. Director Academiæ Juliæ renunciatur, Pro-Rectoribus Johanne Lotichio ICto et Hermanno Conringio.

Die 25. Februarii Brunsvico valedicens Wolffenbüttelium se confert, Ecclesiæ ac Reipublicæ negotia egregiè componit, Templum Wolferbytanum exornat, ac Cœmiterio Lapideo cingit. 1645. Processum Judiciarium provincialem restaurat et confirmat; Scholam Wolferbytanam bello turbatam in ordinem redigit, ac in aliis oppidis, ut quam rectissimè constituantur Scholæ, providet, constituto illarum Inspectore Christophoro Schradero, Oratoriæ Professore Helmstadiensi.

Eodem anno capreola alba capitur, et oblata Duci, pro pacis nuntia habetur.

Anno 1646. Confectam Harmoniam Evangelicam formâ quartâ et octava edit, et in Ecclesiis totius Ducatus, non sine censura Theologorum quorundam prælegi statuit. Forma minoris prodiit sequenti anno.

1647. Dux quartum Director factus Academiæ Juliæ Pro-Rectoribus Henrico Hahnio ICto et Jacobo Tayglio Medico interea officinam Medicam, novas portas, turres, propugnacula, moenia exstruit, destructa resarcit, cum officinis vitriariis, lateritiis, calcariis, carbonariis, molendinis ferreis, papyraceis, alatis. Fodinæ metallicæ ut melius proveherentur, curat, novas inquirit et aperit Salinas, modumq; sine magnis sumtibus Salem coquendi discit, edocet insuper viam Salis nitrati copiam conficiendi,

Marmor et Alabastrum è visceribus terræ effodiendi, irrigandi, ac pluribus aliis non minùs Oeconomiæ, quàm aliarum Scientiarum scitum sic demonstrat. Die 4 Augusti Supplicium de Subdito et ministro quodam capto et quæstionibus subjecto publicè per inversum suspendium sumere jussit. Goskyn Arboreti pag. 130. Scitus, inquit, hodierno tempore nobis est ignotum, diffusit et Autoris nomen. Mense Octobri eum Secundâ vice visitat Elector Brandenburgicus.

1649. interest Exequiis Friderici Ducis Brunsvico-Lüneburgensis. Hoc tempore etiam adjungitur Augusto Saxoni in Directione Circuli Inferioris Saxoniæ.

Ineunte Majo convenit cum Ducibus Brunsvico-Luneburgensibus Cellensis lineæ et impetravit Lutheranæ ad Barenberg. Eodem anno Joachimum Lütkemannum Theologum Kostochiensem calamitatibus pressum gloriosè liberat, eidemq; Supremi Episcopi munus in Ducatu suo committit.

1650. Quintum Director salutatur Academiæ Juliæ, Professoribus Johanne Mehlbaum ICto et Hermanno Conringio. Compositâ Pace Germaniæ, ejusdemq; Executione decretâ, et ob id statuta et absolutâ Festivitate publicâ, Elector Brandenburgensis iterum invisit Ducem. Antonius-Günther Comes Oldenburgicus investituram certi Feudi per Legatos impetravit.

Mense Octobri Dux Augustus suo et Agnatorum nomine per Köhlerum Legatum in arce Viennensi investituram Ducatuum Brunsvico-Luneburgensium impetravit.

Exeunte Octobri visitatio Academiæ Juliæ, susceptæ, salaria Professorum aucta, decretq; cautum, ut ad promovendum Studium Medicum supplicio affectorum cadavera transmitterentur.

Mense

Mense Novembri Feudum Comitatus de Regenstein per Legatos suscipit Wilhelmus-Leopoldus de Tettenbach
1652 Visitatio nova Academiæ Juliæ tum ipsius, tum cæterorum Ducum nomine instituta.
1653. Iterum Director Juliæ Academiæ renunciatus est.
1654 Natalis Ducis summâ cum Festivitate celebratus rem promovente Conjuge Sophia-Elisabetha.
1656. denuò Director Academiæ Juliæ renunciatus ut et iterum anno 1659. item 1662.
Eodem anno Brandanum Dætrium Superintendentem Brunsvicensem, cui Tribuni Plebis malè volebant, Supremum Ecclesiasticarum Rerum Directorem, Consistorii Præsidem, et Riddagesh usanum Abbatem constituit.
Eodem anno in Sylva Völlingru venantis tentorium perrupit aper non sine periculo Ducis, in cujus Venationis memoriam Epigramma scripsit Conringius.
1663 Nuptiæ sunt celebratæ Mariæ-Elisabethæ cum Adolpho Wilhelmo Saxoniæ Duce.
Denig' anno 1666. d. 17. Septembris anno ætatis 88. post brevem morbum cœlestem animam cœlo reddidit, relictâ filiorum triga: Rudolpho-Augusto, Antonio-Ulrico, et Ferdinando-Alberto.
De Bibliotheca-Augusta legenda est Epistola Conringii, cujus etiam Scripta alia illustrant Historiam Augustam.

§. 53. RVDOLPHVS AVGVSTVS anno 1627. d. 16. Maji ex Dorothea Anhaltina natus, in paterna aula egregiè educatus, ac optimis Literis eruditus

Sub Ephoro Friderico de Cram ad exteras terras missus, Belgium lustravit, ac aliquandiu in aula Electoris Brandenburgici subsistens, exin reversus Freudemannum adduxit, post aliquot annos rejectum.

Ducta uxore Christina, Alberti-Friderici Comitis in Barby filia, genuit 1651. Dorotheam Sophiam, Duci Holsatiæ Ploënsis Linea, Luneburgicarum Copiarum Generali, superiori anno nuptam; et anno 1654 Christinam-Sophiam.

Vivo Patre, quod is solus sustinere vellet Imperii onus, partim literis, sed sine pompa, partim venationi, cum præmio Supremi rei Venatoriæ Præfecti, se dedit, ac multorum summa Pietatis (quo etiam structuram templi Kiisebruggensis, quod anno 1664. festo Michaëlis dedicatum, refert) Probitatis, Eruditionis, Prudentiæ, Modestiæ, Abstinentiæ Fortitudinis, Patientiæ, Specimina dedit.

Ab obitu Patris ejus Regimen inclaruit Concordia cum fratre Antonio-Ulrico, Dissidio cum Electore Brandenburgense ob Comitatum Kngrunnii, tumultu Huxario-Monasteriensi, Occupatione Brunsvici.

§. 54. Concordia Fratrum tanta, ut æquo etiam animo ferat Rudolphus-Augustus, se mascula prole non beari, quod Antonius-Ulricus frater habeat Principes, utrique et Augusto Avo dignos.

§. 55. Regensteiniana breviter ita se habent: Investitura Comitatus Kngrunnii inter Episcopos Halberstadienses, Ducesq; Brunsvico-Lüneburgenses diu fuit controversa; cumq; Elector Brandenburgicus ex pace Germanica Juribus et Potestati Episcoporū succederet,

et hunc

et hunc Comitatum, quoad eminens Dominium, sibi vindicavit. Possessio tamen Comitatus Leopoldo Wilhelmo Comiti de Tettenbach à Leopoldo-Wilhelmo Archi-Duce Austriæ in Halberstadiensem Episcopum lecto, tribata, indictæ Pace firmata: qui ut magis secura foret Possessio, tam ab Electore, quam à Duce Augusto investituram impetravit 1670. Hoc autem anno 1669 conjuratione Ungariæ, aliisq; Criminibus implicato, ac ob id vitâ et feudis privato, Rudolphus-Augustus possessionem Regensteinii adire voluit. Sed Tubicine literas negligentius habentes, cum eæ in Ministri Brandenburgici Halberstadiensis manus venirent, is Possessionem adiit Electoris nomine. Hanc cum armis repetere vellet Rudolphus-Augustus, Elector arma contrà ponere: quæ tamen intercedente Electore Saxoniæ per Henricum Frisium desolita.

§. 56. Quod ad Huxariensia attinet, Bernhardus Episcopus Monasteriensis, tanquam Abbas Corbeiensis indignè ferebat, Rudolphum-Augustum Huxariæ in Jure cereviciario turbatæ immisisse militem, et à turbante Monasteriensi relictus ablegasse. Id Jure sibi competere ob nobilem Advocatiam, et Protectionis hereditariæ Jura, asserebat Rudolphus, de quâ Advocatiâ vid. Topogr. Brunsv. sub V. Fürstenburg pag. 85. Hinc Monasteriensi armis remacturo arma opponebant conjuncti Duces Brunsvico-

Lunæb.

Luneburgenses: et jam in procinctu stabat utraq; acies, cum per Brandenburgenses, Neoburgenses, Hassos ac Hollandicos Legatos res componeretur. Legenda hac de re sequentia scripta: Manifest und Bericht, was gestalt Ihro Hertzog Rudolph-Augusti Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg durchl. die Fürstl. Corveyische Municipal-Stadt Höxter seind bisshero wegen offendirt, und mit gewaffneter Hand, in offenbahrer Rebellion erfunden die Landsfürstl. Obrigkeit commendirt. 1670.

II. Relation upon der Stad Höxter sambt ihren gravaminibus.

III. Gegen-Manifest und in Jure et facto gegründeter Bericht Ihro H. Rudolph Augusti Hertzogen zu Braunschweig u. Lüneb.

§. 57. Brunsvicum à Brunone Saxoniæ Duce et Daacquardo Fratre ejus Seculo X conditum, ab Henrico Aucupe (aucupii Henriciani Memoriam, destructo monte der Kinkelburg dicto, ut aulam domus, vulgo Mußhaus appellatæ amplificaret, sustulit Augustus) et Successoribus, imperiis ab Henrico Leone, filiisq; ac Nepotibus auctum, Libera Imperii Civitas non fuit, sed municipalis et subjecta Ducibus: qui tamen partim sponte, partim necessitate adducti, Privilegiis et immunitatibus auxerunt. In his, quia putabat Civitas se detrimentum capere, aliquoties restitit Dominis, ac obsidionem fortiter sustinuit. Cum verò Augustus, præsertim armis Brandenburgicis adjutus compescere fortassis potuisset, credo in gratam Hospitii memoriam ei pepercit, sed instar Davidis

Salomoni

Salomoni hoc est Rudolpho Augusto tantum Opus transmisit. Hic communicatis cum Cognatis Ducibus Georgio Wilhelmo, et Johanne Friderico, Consiliis, summo silentio armis contra Monasteriensem paratis usus, cùm maximè secura esset Civitas, et Ducibus magnem vim pulveris pyrii obtulisset, obsidione cingit. Post brevem adversariam, accedentibus intestinis motibus, res confecta et tam munita urbs tumultuariò potius opere, quàm statutis et firmatis Sactis dedita. Hinc facies urbis immutata, quæ et ipsa tamen, ob ingens contractus æs alienum dubiis Casibus propinqua. Sic igitur impletum toties à Rudolpho Augusto repetitum dictum: Cum Consul foret Brunsvicensis, rem in vado fore. In Castris ante Brunsvicum tùm ipsorum Ducum, tum speciatim illustrissimi Comitis Schwarzburgici Alberti-Antonii singularis virtus sese exeruit. In memoriam captæ urbis cusa Moneta, in cujus altera facie apparatus militaris expressus et Tympano impositus liber cum inscriptione: 1. Maccab. c. 15. v. 33. 34 (das Land dess einer niemand mechtig haben, ist unsere Väterliß Erbe, und gehöret sonst Niemand. Unsere Feinde aber haben vns mit Gewalt und Unrecht vnsers Erbes zu vns gezogen, darumb haben wir jetzo das unsere wieder zu vns gebracht, und niemand das seine genommen.) Pro auxiliis cessorij Jure in Brunsvicum Georgius-Wilhelmus accepit Ducatum Dannenbergicum, redditâ tamen Walkenredensi Prælatura, quæ superiori anno Ernesto Saxoniæ Duci in certos annos oppignorata.

§ 58. Hodiè summa Ducis cura in formandâ Brunsvico, ac componendis Brunsvicensium debitis, in quiete Provinciarum, in salute periclitantis Germaniæ contra Gallum et Socios Gallorum servanda, sed præcipuè in genuina et infucata Pietate, quam sub Remigio Altissimi (quod Symbolum est Ducis) sanctè colit. Sacræ Scripturæ lector est industrius, et fermè sine exemplo. Quotidiè enim 15. Capita legere solet, ut quater singulis annis absolvat Lectionem Biblicam.

§ 59. ANTONIVS-VLRICVS anno 1633. d. 4. Octobris natus, sollicitè item educatus, tantâ Pietate, morum probitate, ac Comitate, tam egregia et eleganti literatura aliquot editis libris testata, tam compositio Corporis habitu ac formæ concinnitate effloruit, ut appellari mereatur delicium generis humani. Anno ætatis decimo Coadjutor Episcopatus Halberstadiensis renunciatus, eadem postea cessit, sed inter Episcopatus Strasburgensis Canonicos vigore Pacis Germanicæ electus est.

Anno 1656 duxit Elisabetham Julianam filiam Friderici Ducis Holsatiæ in Horburg, quæ 1657 peperit Fridericum Augustum qui anno 1670 Academiam Juliam lustravit.

1658 enixa Annam Sophiam, quæ hocipso anno Mense Februario nupsit Johanni Georgio Duci Mecklenburgensi

1659. genita est Elisabetha Eleonora

1660 natus Leopoldus Antonius jam demortuus.

1663 natus Augustus Henricus, denatus 1664. d. 24 Febr.

1664 natus Augustus Carolus 4. Aug. denatus 21 xbris ejd. ao

1665. natus Augustus Franciscus 18 8br. denatus 14 xbr. 1666.

Ab obitu

Ab obitu Patris frater Rudolphus Augustus ei donavit aulam suam in arce Wolfenbüttel dem Printzen Hoff, cum omni apparatu et Bibliotheca singulari, ejusdemq; opera vicaria hactenus in regendo Ducatu usus est. Proximo mense ad certas conditiones Præfecturam ac arcem Schoeningensem cum aliis ei cessit frater Rudolphus.

§. 60. FERDINANDVS ALBERTVS ex Sophiâ Elisabetha Mecklenburgica 1636. natus nec minori cura educatus, ab ineunte pueritia magnitudinem animi spopondit. Vigore Pacis Germanicæ inter Canonicos Strasburgenses legi debuit. Antonium-Ulricum fratrem graviter lædens tantam Patris contraxit offensam, ut non salutato Patre, cum mediocri comitatu cogeretur peregrè abire. Qua in peregrinatione doctrinæ, virtutis, ac magnanimitatis specimina non pauca ostendens, peculiis quorundam nonnullis in navigatione, ni fallor, Melitensi defunctus est. Post quadriennium paternæ gratiæ restitutus vixit Wolfenbyti, donec ab obitu Patris Apanagium Præfecturæ Bevern adipisceretur. Cum uxore Catharina Friderici Hassi filia non semper ei convenisse, neq; in Brunsvici occupationem consensisse ferunt. Nuper admodum cum uxore ad aulam Cæsaream profectus, aut accepit, aut laborat de Legionis Præfectura.

DE LINEA LVNEBVRGO-CELLENSI.

§ 61. Cellensis Linea, quae hodie in Cellensem, Hannoveranam et Osnabruggensem divisa, Conditorem habet WILHELMVM Ernesto Pio 1535 natum. Hic cum Henrico fratre Provincias Lunebergenses rexit per decennium, donec is Danneberga se convertens Lunebu gensia Wilhelmo relinqueret. Hoyensibus Comitibus 1582 in Ottone extinctis, Comitatum communi cum agnatis Julio et Erico Jure adiit, sic tamen, ut Wilhelmus Sedem Comitis ac arcem Hoyam, cum praecipua Urbe Nienburgo impetraret. Diepholdensem autem Comitatum Friderico ultimo Comite mortuo 1585 solus occupavit.

Mortuus est 1592. d. 20. Augusti, ex Dorothea Christiani III. Daniae Regis filia, quam anno 1561 duxit, et quae 1617. obiit quindecim liberorum Pater factus:

1. 1562 nata Sophia Georgio Friderico Marchioni Brandenburgico-Onolsbacensi 1579. nupta
2. 1564 natus ERNESTVS.
3. 1565. nata Elisabetha Friderico Comiti Hohenlohico 1585. nupta
4. 1566. natus Christianus.
5. 1568. natus Augustus
6. 1570. nata Dorothea, Carolo Palatino Veldensi 1586. collocata
7. 1571. nata Clara, Wilhelmo Comiti Swarzburgico 1598 nupta
8. 1572. nata Anna Ursula, quam praeter illustres Personas, ex Baptismo susceptit triga Theologorum D. Martinus Chemnitius, D. Nicolai, et M. Christophorus Fiffer, ille Brunsuicensis, iste Wolferbytanus, hic Cellensis Superintendens

Decessit

Decessit Anno 1601. Kriechemii, et ibidem sepulta est.
9. 1573. nata Margaretha Johanni Casimiro Duci Saxoniæ Coburgensi 1599. nupta, quæ improlis decessit 1643.
10. 1574. natus Fridericus.
11. 1575. nata Maria Darmstadii mortua et sepulta 1601.
12. 1577. natus Magnus, qui 1591. Jenam se contulit, ubi 1592. 3 Februarii Rector designatus est.
13. 1581. natus Georgius qui 1591. cum fratre Jenam adiit
14. 1583. natus Johannes qui 1593 vixit in Academia Jenensi.
15. 1584 nata Sibylla.

Filii omnes Patre fuere superstites, quos cum Patruo Henrico, Henricus Julius successione Grubenhagiaca exclusit: undè utriusq; lineæ Brunsvicensis et Lunebur-gensis controversia, quam supra jam tactam repetemus in Historia Henrici-Julii. Cæterùm filii, suasu matris, communi pacto constituêre, ut uno solùm uxorem ducente, reliqui cœlibem ducerent vitam, quæ Sors in Georgium cecidit. Spenerus p. 164. interea primogenitus semper ditiones paternas regeret.

§. 62. Hinc igitur Patri successit ERNESTVS qui anno 1611. decedens, successorem accepit fratrem Christianum.

§. 63. CHRISTIANVS cognomento Senior Episcopus etiam Mindensis fuit. Anno 1599. ei cum Friderico-Ulrico Agnato, qui lineæ Wolferbytanæ prærogativam aliquam urgebat, de priori sede fuit controversia.

Senio fessus, Ducatu Circuli inferioris Saxoniæ (Circuli Obrisfini) abdicat, quem ambit et accepit Christianus IV. Daniæ Rex, Ferdinando II. bellum moturus. Brachel l. II. §. 87. Jussi verò à Cæsare Ordines imperium Circuli ei restaurare. Obiit 1634.

§. 64. Post illum AVGVSTVS suscepit Regimen, qui anno 1594. Rudolpho Cæsari in Vngaria militaverat, 1605. Hanseaticarum Copiarum Brunsvicensibus ab Henrico Julio obsessis suppetias ferentium Dux fuit 1610. Administrator Episcopatus Ratzeburgensis electus. Sed et hic vix biennio Regimen tenuit, siquidem anno 1635 mortalem vitam deposuit.

§. 65. Successit FRIDERICVS frater tam in administratione Episcopatus Ratzeburgensis, quam in regimine Ducatus Lüneburgensis, qui etiam Archi-Præpositus Bremensis Basilicæ fuit. Mortuus est 1648.

§ 66. Ad reliquos fratres Magnum, Georgium & Johannem, Canonicum Mindensem, Fatis præreptos, ordo successionis delatus non est.

GEORGII tamen nomen fortitudine bellica inclaruit. Tirocinia militiæ in Belgio sub Hispanis posuisset 1607, nisi induciæ supervenissent. Inde exteras Regiones peregrinatus 1611. Regi Daniæ contra Suecos bellum gerenti strato fuit ac in Calmaria & Elsburgi occupatione demonstrata virtute, Supremi Vigiliarum Præfecti locum meruit, quem anno sequenti deponens, 1616. à Fratribus Pragam

missus

missus, apud Imperatorem difficultates Causæ Grubenhagicæ tam feliciter ursit, ut in favorem Lunæburgensium Decum Sententia publicaretur.

1619. Dux Militaris Circuli Inferioris Saxoniæ constitutus, eo titulo se abdicavit 1624. et seguenti anno Cæsareas partes contra Christianum IV. Daniæ Regem, quem Friderici Ulrici orbitati imminuere ferebantur Duces Lunæburgenses, amplexus, in justi militis formam translata integra Legione, quam suis sumtibus conscripserat, Tyllio accessit. Vid Brach. l. 3. p. 110. Duxit primum duas, deindè 17 Legiones. Cum post triennium aliquot Legiones in Italiam mittendæ, à Cæsare honorificè dimittitur.

Anno 1630. Ex Lipsiensis Fœderis præscripto Copias legit, paulò post Succiæ Regi apertè accedens, ab hujus morte 1632 tertia pars Exercitus Succici ei commendata, qua cum Knipshusio per Westphaliam et ad Visurgim res ageret, Hessis junctus. Brachel. l. 4. p. 224

Anno 1633. Occupatam à Cæsareis Hameliam cum Knipshusio obsidet. Ei liberandæ cum Moguntinus, Coloniensis, aliiq; exules Coloniæ Principes exercitum instruxissent, Sunningshausii Gronsfeldiiq; supplementis auctum, apud Oldendorpium Pagum haud procul Hamelâ memorabili prælio profligatur, quo Merodius et Gronsfeldius cæsi, Hamelia vi occupata, quam Osnabrugga et alia loca sequebantur.

Anno 1634 In Circularibus Comitiis Halberstadiensibus Generalis Circuli Saxonici designatus, postquam Hassiacas suis addictissest Copias, Gelenio aliquot millibus superior, depulsis ubiq; victoribus, Hamoniam tandem Lunamq; paulo ante capta recuperat. Monasterio frustrà tentato Hildesium brevi occupat, quam Minda sub finem anni segnebatur. Vid. Brachel. lib. 5. pag. 238.

Anno 1635. Pace Pragensi Cæsari reconciliatus, et causa Brunsvicensis Successionis ab obitu Friderici Vlrici expedita, unde anno 1636. in Principatu Calenbergico à Subditis receptus est.

Anno 1637. Gallasio Suecos in Pomeraniam rejicienti adstitit, et Luneburgum aliaq; à Suecis occupata recuperat. Quod tamen Stammerius Castellum Luneburgense sine sanguine dedicerat, Stetini capite plexus est.

Anno 1638. Gallasio petenti hyberna negans ad Suecos iterum inclinavit: et anno 1640 Svecicas secutus partes, ita tamen, ut qua ejus subsidio gererentur, aliena gloriæ cederent. Spenerg pag. 166. Postumò cum Wolfenbyto iisdem, quibus olim Paderheimius, obstruendo fluvii alveo, operibus, expugnando intentus esset, jam ab aliquot annis viribus fractus decessit Anno 1641. d. 2. Aprilis. Relictis ex Anna-Eleonora Ludovici Hasso-Darmstadini filia

qua

quæ anno 1649 in Vidualitio Herzbergensi mortua, præter filiam Sophiam-Amaliam anno 1628 natam, Friderico III. tum Administratori Archi-Episcopatus Bremensis, postea Regi Daniæ, nuptam 1643, hodiè viduam, et Annam Mariam Eleonoram anno 1629. natam, 1636 mortuam, quatuor Filiis nempè:

I. Christiano Ludovico,
II. Georgio Wilhelmo,
III. Johanne Friderico
IV. Ernesto Augusto.

§. 67. Paulò ante obitum Georgius Dux Testamentum condidit, quo præter cætera de quatuor filiis ita statuit, ut si quando Ducatus Lüneburgo-Cellensis, quem tum temporis Fridericus possidebat, capite suo orbatus, sivè ad se, sivè ad Filios suos devolveretur, tum ambo Ducatus Cellensis et Calenbergicus juxta se positi, uterq; in suâ Compage hoc pacto conservarentur, ut Ducatui Cellensi Ducatus Grubenhagiacus, nec non ea pars Comitatus inferioris Hoyensis, quæ ab initio Cellense Imperium agnovit, ac præterea Comitatus Diepholdianus; Ducatui verò Calenbergico Ducatus Göttingensis, una cum Dynastiis Homburgensi et Eberstenziana, nec non partibus haud ita pridem in Comitatu Schauenburgensi apertis, perpetuò unita manerent; ac reliquum, si quid superesset,

ad adæquandum per partes Comitatus Superioris Hoyen-
sis, quas tum separata Harburgensium linea usue habat,
et reliquos fundos extra Ducatum nonnihil dissitos
compensaretur et exæquaretur. Confectâ hoc modo
adæquatione, porrò constituit, ut primogenito Christiano
Ludovico unum ex adæquatis istum in modum Ducatibus
optandi; Georgio Wilhelmo autem alterum adeundi plena
esset potestas. Quod si verò accideret utin dictorum regen-
tium filiorum linea una vel altera masculi aliquando
hæredes deficerent, et masculi sive tertio sive quarto geniti
adhuc superessent, tum Ducatum illum nequaquam divi-
dendum, sed existenti regenti linea liberam optionem re-
linquendam; alterum verò Ducatum primogenito tertio
geniti, et sic deinceps tribuendum. Verba germanica
testamenti ita habent: Wann dann sich auß begeben,
daß Wir ünsere Abgesetzter massen, regierender
Fürst Linien mit oder die andere, nach Gottes ohnver-
muthlichen willen, über Kurtz oder lang, ohne männliche
Lehens erben abgehen, und alsdann männliche Lehens Erben
seinen tertio oder quarto genito übrig seyn würden,
auff dem fall soll das also wohl Unser Fürstenthumb
gar nicht getheilet werden, und zwar der übrigen blei-
benen regierenden Linien, die Optio unter denen
also wohl Abnehmen und Hinterlassenen Fürstenthümb
und Landen stehen, das nicht Optirender aber

Zu sagen

Succession auff die Linie tertio genito nach Abgang
dessen, und so fortan, allein auff so lang die Linie die übrig
bleibenden zugehörenden Linien an die Succession nächst folgen
anfindet, auff das quarto geniti Linien, und jedesmahl nach
auff den ältesten, und Ihren denselbigen auff dessen
Sohn und Sohns Sohn, und so fortan nützig und allein
Mannsstamm.

§. 68. Decedente igitur Georgio, fratre ejus Fri-
derico autem adhuc inter vivos agente, CHRISTIAN
LVDOVICVS statim Ducatus Calenbergici regimen
suscepit, et vivo adhuc et consentiente Friderico, ad
quatuor utriusq; Ducatus anno 1684. confecta, singu-
lis filiorum non tantum Compositionis hujus Tabu-
las, sed et ipsum Parentis Testamentum, conceptis
inter se verbis Juramento confirmarunt, sic tamen
ut articulus secunda atq; ulteriori cystrensis Ducatuum
Cellensis atq; Calenbergici, facta prius à Christiano
Ludovico prima cystrense, in formula Juramenti excep-
tus ulteriori Transactioni fuerit reservatus.
Quod autem tum non satis exacte instituta fuerit
divisio, hoc posteriorum Temporum motus do-
cuerunt.

§. 69. Emigrante igitur ex hâc vitâ sub annum 1648. Friderico Duce, Christianus-Ludovicus, vi paterni Testamenti et Compositionis fraternæ apertum per Patris mortem Ducatum Cellensem una cum terris eidem annexis statim optavit: Calenbergicum verò Ducatum, et quæ ei adhærebant, fratri Georgio Wilhelmo cessit.

§. 70. Hic Christianus-Ludovicus d. 25. Februarii 1622. natus, bonis literis aliisq; dignis Principe artibus educatus, à morte Patris Georgii, sedem aulæ primo habuit Hannoveræ. Durante ibidem ejus regimine Episcopatus Hildesiensis, quem armis peperierat Georgius, restitutus est Ferdinando Coloniensi Archi-Episcopo, tanquam Episcopo Hildesiensi, per Transactionem anno 1643 Brunsvigæ initam, et ab Oldenburgero, qui se Franciscum Irenicum appellare voluit, ad Calcem Collegii Juris publici ad Instrumentum Pacis sub Titulo Hildesheimischer Haupt-Recess, repetitam. Ab Obitum Friderici Ducatum Cellensem per Optionem et titulum Ducis Circuli Inferioris Saxoniæ non sine multo Consiliariorum labore impetravit.

Anno 1651. inter ipsum et Civitatem Luneburgensem de restitutione Montis et Castelli Kalckbergensis contentione exortâ, Castellum non modo Princeps sibi vindicavit, sed et Civitatem parte mœnium privavit, ac stupendæ molis et roboris Turrem Springinsguth

à condi-

à Conditore Consule Springinsguthio ita dictam demolitus est; et majus imminere videbatur periculum, nisi in tempore secuta esset transactio

Anno 1653. Mense Octobri Matrimonio ei juncta fuit Dorothea Philippi Holsatiæ Ducis in Glucksburg filia nuptiis incredibili cum pompâ Cellensi in arce celebratis. Ferunt nonnulli (quo fundamento dubitaverim) Concordiam Serenissimorum Conjugum non semper fuisse statam. Id quidem certum Principem raro vixisse Cellis: Sed præterquam, quod profectua esset Provinciis perpetua quasi Domini in suis migratio, non raro ei Comes fuit uxor Serenissima.

Anno ..... extincto Abbate Luneburgensi ex nobili Barlebiorum familiâ, electoq; jam successore Statio Friderico Postio, ex voluntate Principis sublatâ Abbatiâ, novus Abbas redituum partem, cum titulo Præsidis Ordinis equestris ac Provinciæ (dub Candelabro Hasta Dominico) impetravit, posteâ etiam Schola Equestris, et ab anno 1660. condito Gymnasio, Directoris titulum habuit, non sine Svecorum dissensu, qui propter Verdam (Verdensi Episcopo olim subjecta Abbatia) nescio quid Juris prætendunt.

Harburgum Princeps egregiè munitum reddidit, acaliàs quoq; Hamburgensibus obstitit, usus potissimum consilio Henrici Langerbecii Cancellarii, Cui's

Hamburgensis, qui in evehendâ Domini potentiâ multum laboravit.

Tandem optimus Princeps, anno 1665. d. 15. Martii circa horam 5. vespertinam in Palatio propriè Cellam (Cassa di Disciffura) Spiritum Deo reddidit. Corpus d. 1. Novembris Cellis magnificè sepultum.

Vidua aliquot annis vixit Herzbergæ donec eam duxeret Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburgicus viduus: ac tum statim Religionem Reformatam amplexa est, Lutheranis tamen non infensa.

§. 71. At morte Ducis graves in Luneburgensi Ducatu exstitere motus. Quod enim peregrè abesset Georgius Wilhelmus, morienti autem adesset Johannes Fridericus frater, hic é vestigio possessionem Ducatus Luneburgensis apprehendit, et accedente Lagerbecii calamo ac statim armorum apparatu, sibi hoc omninò competere persuasit. Si verò sunt, quæ Helenburgerus sub persona Irenici spargit, Calenbergicorum Legatorum, qui nomine fratris Georgii Wilhelmi casum hunc ibidem exspectabant, Diplomata Cancellariæ, Curiæ et Templo affixa, sunt rejecta et propositum compositionis repudiatum. Quanquam non puto Legatos in præsentia exspectasse Casum, sed post obitum Ducis adventasse. Quod verò eandem Successionem ex Optionis jure sibi deberi judicaret Georgius Wilhelmus, id sequenti Scripto

ostensum

ostensum: Fürstlr Canzley von dem Serenissimo Herrn Georg Wilhelm Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg competirenden Jure Optionis, Kraft dessen Dr. Fürstl. Durchl. die nach dero Herrn Bruders, Herrn Hertzog Christian Ludwigs Durchl. den 15. Martii, jüngsthin erfolgten Entlassung Männlicher Leibes Lehens Erben, nachgelassene fürstliche Fürstenthümer, Graffschafften, Herrschafften, zu Optiren berechtigt, auff welch vor fundament solche Options Recht gegründet seye, und welchergestalt Sie Dr. Fürstl. Durchl. in dero zu conservirung solches Options-Rechts angetretenen Possession dero rechtmäßigen Fürstenthümern, Graff- und Herrschafften von dem Herrn Bruder Herrn Johan Friedrichs Fürstl. Durchl. widerrechtlich turbiret worden. Hannover 1665.

Huic ab altera parte oppositum: Begründeter Gegenbericht etc. Zelle 1665.

Latinè quoq; prodiit assertio Juris Successionis in Ducatus Cellensem et Grubenhagicum Domini Johannis Friderici Ducis Brunsvicensis et Luneburgensis. Cum res conductis utrinq; Copiis ad arma spectaret Reges Galliæ ac Sueciæ pluresq; Germaniæ Principes suas partes interposuisse: ac tandem Hildesia res eo deducta, ut post universalem Amnestiam, Optionis

Jure penitus sublato, novaq; instituta Provinciarum
dirigione Georgio Wilhelmo cederet Ducatus Cellensis
cum Superiori et Inferiori Comitatu Hoyensi et Co-
mitatu Diepholtensi, item Prælatura Walckerredensi
et Præfectura Schauen, ut et in eventum duc tertiæ
Oldenburgensis Præfectura Harpsted. E contrario Johanni
Friderico attribueretur Ducatus Calenbergicus et Göttin-
gensis, nec non Grubenhagensis cum metallifodinis tam
Cellerfeldensibus, quam Grubenhagiacis, ac speciatim
dub nünu naus Zeller geflösmundum Hirzgrundum Zfuld.
Præterea cautum, ut ab excessu Georgii Wilhelmi, ejus
hæres proximus Johanni-Friderico ejusve filio vel hæredi
singulis annis numeret 15000 imperialium et tria ad Albin
vectigalia Blexedense, Hitzackeranum et Schnakenbur-
gense loco hypothecæ traderet. Articuli hujus Transa-
ctionis sigillis et manu trigæ Ducum obsignati Hildesh-
mii d. 2. Septembris 1665. Mediatores autem peculiaribus
literis securitatem horum Pactorum confirmarunt.
Lubet hic subjicere die Vergleichs-Puncta Zwischen
Hertzog Georg Wilhelm und Hertzog Johan Friedrich
zu Braunschweig und Lüneburg.

P.S. Ob nun wohl beyderseits langwierigen Handlungen Vergründung schwerer difficultäten Vergleichung
und unter andern auch auf dem in anno 1648 gehaltenen
neun Churfürstlichen Haupt- und Nebentag Vergleichs, und also
dasselbe der Successorn selber recessirt und Vergliechen,

Zuletzt

Zuthat vnd vollenbringung haben, Nachdem aber sich jhrer
ab der Ihrn vnd Ihrer Liebden beliebter Ihrer vnserer Cammer
Räthen vnd Cämmeralen beschehener fleissiger perlustration
vnd vberlegung dieser Ihrer derer letzthin 9. jahren bestell
ter Zoll: alß Calenbergischen antheil keine inde extradirter
Ambts vnd Cammer Registern klärlich ersehen, daß anno
1646. die in das vorgelandt dreyßigjährigen Kriegs, Ihrer
Georgen Hertzogen zu Braunschweig vnd Lüneburg vn-
serer gnädigen vnd hochgeehrten Herrn Vaters Christ-
seligen andenkens hinterlassenen Testament pro fundamento
ernenter exequatio vnd gleiche Theilung der Fürsten-
thümer, Graf: vnd Herrschaften nicht allerdings vermöchte,
sondern darunter eine Zimliche inæqualität befunden
worden, in dem das Fürstenthumb Lüneburg vnd
Grubenhagen, sambt der halben Ober: vnd gantzen Nie-
der: grafschafft Hoya vnd dreyßig das Fürstenthumb
Calenberg an jährlichen Intraden auff viel höher vber-
kombt. Do haben wir dafern für nöthig erachtet,
allerhandt auff mehr andeutende billigmäßige gleichheit
zu setzen, gestalt wir vns dann zu dem ende vber-
mittelß vnsers auff Ihrer Liebden Ambts vnd Cammer-
Registern reflectirenden Vergleichs mehr gemeldt be-
ständigen vnd nechst vorgehenden Theilung aller Für-
stenthümer, Graf: vnd Herrschafften, für Vns, vnsere
Erben vnd Nachkommen, nachfolgender gestalt vnwider-
ruflich vereinbahret vnd verglichen:

Erstlich wollen Ihre Hertzog Georg-Wilhelm anstat
des von Ihr bißhero regierenden Fürstenthumbs Ca-
lenberg, fortan das Fürstenthumb Celle, Zusambt der
Ober- und Nieder-Grafschafft Hoya, auch Grafschafft
Diepholtz, mit allen denen pertinentien, auch allen deßen
dazu Land und Leuthen, Hohheiten Regalien, und an-
dern rechten und gerechtigkeiten, wie Gottes nahmen,
Kraafft dieses, an sich nehmen, und zu unserm antheil
stündiges behalten und beherrschen.

2. Weiter und fürs andern soll an gedachtes Fürsten-
thumb Zelle, das Ampt Lopalcknemind, und das Ambt
Hoyaum, mit allen Zubehörungen, Nutz und gerechtig-
keiten, nichts davon außgenommen, so dann hiernegst
auch die bißhero an Zelle und Calenberg gehörigen
Zutzig drittheil des Ambts Neuhaus, wan dasselbe
zufallen kombt cum omni Jure, an Hertzog Georg
Wilhelm, und unsern Successorn der Regierung
des Fürstenthumbs Lüneburg zugehören und respective
anheim fallen.

3. Hingegen und fürs dritte wollen Ihre Hertzog
Johan Friedrich das Fürstenthumb Calenberg mit
Göttingen und auß dem Fürstenthumb Grubenhagen, in-
clusive denen darzu gehörigen, so wohl Zollenfeldischen

ab

als Grubenhagischen Theyls mehr, und insbesondere auch des
Hochstifts Hildesheim, nach Tode gedachtes unsers Vetterlichen
Theils gründer gestalt mit allen dazu pertinentien, auch
darzu dependirenden Land und Leuthen, Hoheiten, Regalien
und andern Recht und Gerechtigkeiten, in Gottes Nahmen
Kraft dieses an uns nehmen und zu unserm Antheil
hinführo behalten und besitzen.

Und wir wollen Theils Calenbergische und Göttingische Ämb-
ter verpachtet, so wollen wir Herzog Georg Wilhelm
berg allen Calenbergischen und Göttingischen Ämbtern
die Inventaria, auf machen, und die, zur Zeit beste-
nte Verpachtung der Ämbter, bey jedem Ambte zu
behalten, und die die Pächter wieder zu liefern schuldig
zu übandworten, und Vermöge derselbigen gebührende
Lieferung thun lassen.

Gleichwie wollen wir beyderseits Gebrüdern 4
unter den andern Possession obspecificirter und
abtheilung der Fürstenthümer und Grafschaften,
wie auch der darin belegenen Städte und Festungen
mit allen darin befindenden Artigleric, Munition,
Magazins und andern dergleichen dem Regierenden
Landes Fürsten, wie bey diesem Fürstlichen Hause hergebracht,
gebührender Ehrerbietigkeit, gebührlich tradiren, und

auff maß der zu Anno 1648. geschehen, ubrigen Cession sonsten Landa, offnen überlaß- und gehorsamb-briefe zu gestellen, zu ausfertigen und übergeben lassen.

5. Fünfftens, über dieses, sollen nach unserm Herzog Georg Wilhelms, zu Gottes Handen stehendem, todtlichen fall, dem unserm fürstlichen Leibes-Lehns Erben und Successore in der Landes fürstlichen Regierung, oder zu mangelung deren, von unsern vielgeliebten Brüdern Herzog Ernst-Augusti, oder dero Leibes Erben und Successorn an Uns Herzog Johan Friedrich oder unsere fürstlichen und succedirende Männliche Leibes Lehns Erben Fünffzehen tausend thaler jährlichen einkommens, an unserm Capital von dreymahl hundert tausend thalern, herausgegeben, dafür aber die dreye dem fürstenthumb Zelle jetzige Erb-Zölle zu Uelzen, Hitzacker und Dannenberg sambt und sonders Kraffts dieses zu unserm ablösenden und beständigen hypothec, bis zu baarer ablage der 300000 thlr. fassen, inzwischen aber Zölle auff, so bald nach unserm Herzog Georg Wilhelms todtlichen hintritt, Uns Herzog Johan Friedrich, oder obgedachten unsern Successorn und Erben, respective angebrochen sie 3. jedes maßigen Zölle auff in ihren Land auffrichtig mit nehmen, dasselbe von denen jedesmahls verfallenden

Zollgeldern

Zollgeldern niemand, unter dem anfang, das Gravamen nicht zu weit und Verabfolgung lassen sollen, wes wollen Wir Ihm dan Vorsorg thun Herzog Johan-Fridrich, oder unsere Successores, obberührte jährliche 15000 Thlr halber Vollständig bezahlen, und die Zölner darauf Von Uns gebührend quittirt werden. Gestalt dan auf die jährliche Zoll-Rechnungen in Fürstlicher Cammer zu Zella, in beysein unser Herzogen Johan Fridrichs dazu Deputirenden gebührlich abgelegt werden sollen. Würde es sich den in einem oder andern jahre über Vermuthen begeben, das Von jetzt benannten 3. Zöllen obgesagte 15000 Thlr nicht erfolgen würden Könten, so solle solcher mangel aus dem gemeinen intrada des Amts Eisenach also bald ersetzt, und Uns Herzog Johan Fridrichs unterthänigst abgefolgt werden.

6.

Zum 6. ist unter Uns Wirken fortdauernden Etat aus Liebe und einigkeit unsers fürstl. Hauses concentrirender Ursachen halber beständig Verabredet: Obwohl in dem fürstl. Väterlichen Testament das Jus Optionis auf Verschiedene Successions-Fälle in futurum gestattet und Verordnet worden, das denen desselben in allen künftigen fällen, wen sie sich auf Zutragen würden, so wohl unsern Uns jetzlebenden dreyen Gebrüdern, als unser aller seits Descendentibus und Successoribus gänzlich aufgehoben,

und abgetheilt, solches auch von niemandem zu richtigen Zeiten prätendirt, gebraucht, oder Zugelassen werden, sondern es bey obberührter Erb- und Land-theilung jetzt und künftig so lange von und und unseren nachkommenden Mannsstammen jemand übrig seyn wird, oder einige fernere division oder option, sein beständig, nimmermehr und ewig verbleiben haben und behalten soll.

7. Damit auch zum 7. in künftig in diesem fall die nächste Agnati und Blutsverwandte ihres in eventum zufallenden successions-Rechts und desto mehr versichert seyn mögen, ist verabgeredet und beliebet, dass hinführo jederzeit die Homagial- und Lehen- als die Dienst-Leute für die jetzt und künftige Räthe, und andere vornehme Hof- und Regierungs-bediente, erst auf die hohe Königl. Officier und Commendanten, in den festen posten, dergestalt nicht nur selbe, sondern auch gedachte bediente, Lehen-Leute und Unterthanen jedes Orths zuvor dem pro tempore Regierenden Landsfürsten vorgehalten, dahernechst gleichmässig auf dessen absterben dessen Nachfolgern in der Regierung nacheinander dieses und dessen Männlichen Leibes Lehens-Erben sich gleichfalls verpflichten müssen: Gestalt dann dahingegen wir gnädigste formul jetzo verglichen und zu ende dieses Erb-Vergleichs annectiret worden.

8. Zum 8. ist nun universal Amnestia für alle und jede unsere hohe und niedrige civil- und militair-bediente, auch unsere beyderseits Land-stände und Unterthanen dergestalt Kraft dieses reciproce gnädigst ertheilet und abgeredet, dass dieselbe sambt oder sonders, einander an ihren pretensen

aber

oder ihren und der ihrigen Lands- und unterthanen gütern, geist- oder weltlichen zutritten und auch Rechten, so zu ihren
sie und gehören sein, wo sie wollen, per directum oder indirectum Rechtens nirgends nie gemeinschaft nicht gehindert, beirret, beschädiget oder beeinträchtiget werden sollen.

Zum 9. In allen übrigen, so in diesem Vergleich nicht ge- 9.
ändert worden, soll es so wohl, was unter den Fürstlichen Gebrüdern verfassung, und ihren Successoren, als unsern gesambten Land-Ständen und Unterthanen betrifft, bey der Disposition des väterlichen Testaments, und denen in anno 1646. und auch andern in unserm Fürstlichen Hause Braunschweig Lüneburg aufgerichteten Erb-Verträgen allerdings verbleiben und gelassen werden.

Und genieß wir nun durch diesen Erb-Vertrag alle absorgnis der Succession halber entstanden, und bey denen Tractaten hinc inde vorgekommene irrungen und prætensiones, wie die Nahmen haben mögen, gäntzlich und aus dem Grunde aufgehoben und vergliechen, Also verbinden uns nicht allein wir Hertzog Georg-Wilhelm und Hertzog Johan Friderich, sondern auch wir Hertzog Ernst-August, als der wir diesen beständigen immerwährenden Vergleich und Brüderlichen Erb-Vertrag nebst sorgendachter unsrer beyder Gebrüder Lbb Lbb Zuthun allerdings mit placidiret und beliebet, alle und jede obbemeldete puncten und Artickel, für uns

unsere Erben und Nachkommen, bey unsere allerseits hinfüro
repassen resouden, und an Recht stat, alles ihres inhalts,
stät, fest und unverbrüchlich zuhalten, und darwider nichts
zu thun noch gestatten Casten. Verzeichnus und beyladen
uns auf Kräftigster massen, mit rechten rechtens und
rechtem Vorbedacht aller jetzigen Exemption, und unser Land
beneficien und Privilegien, so uns auf unsern gemeinen
Gött: und Archiv: lichen Rechten, Kayserlichen und Königlichen
Rescripten, Special Verträgen, Verordnungen und
Gewohnheiten, auch sonsten einige zugutes kommen möchte.
Und renunciren allen Exceptionibus, Ausflüchten und
Behelffen, wie die Namen haben nicht allein unserer
diesen Vorgebens, sondern auch solcher Renunciation selbst
redlichen und nennen möchten, nichts andres, als wenn
solche mit nahmen allhier gesetzet, und auf Wort für Wort ge-
setzet und aufgedrücket wären, insonderheit aber
Exceptioni doli, metus, ignorantiæ, rei aliter gestæ,
læsionis ultra dimidium, et defectus sufficientis in-
formationis in facto vel Jure und der auf diesen oder
andern ersonnen Verstattung Restitution in integrum,
Ingleichen das das gemeine Verzeichnus nicht gelte, abgese-
hen Special Verzeichnus Vorgehe, also das wir und unsere
Nachkommen uns derselben, oder andern behelffs

wieder diesen Vertrag und dessen inhalt, entweder directe weg per indirectum, entweder selbst, oder durch andere in alle Ewigkeit nicht gebrauchen wollen. Alles sonder arge list und gefehrde.

Zu uhrkundt dessen und alles obstehenden, haben wir jetzgenandte 3 Fürstliche Gebrüdere, Hertzog Georg Wilhelm Hertzog Johan Friedrich, und Hertzog Ernst Augustus diesen Brüderlichen Erbvertrag und Vergleich mit eigenhändiger unterschrifft, und vorgedruckter aufgedrückter unserer Fürstlichen Insiegule, bestetiget, und haben die obbenandte zu dieser Handlung deputirte Königliche Cäys: und Fürstliche Mediatores, Kraft Ihrer gnugsamen Special Volmacht über obberührten Vergleich, Von wegen Ihrer allergnädigsten Herren Principalen die Garantie, in nimen der Ewigkeit abgesondertlich aufgerichtet. Beide Brieff Verschrieben und Versiegelt. Gegeben Hildesheim den 24. Septembris 1665.

Georg Wilhelm Hertzog zu Brl und Lünch (L.S.)

Johan Friedrich Hertzog zu Braunschweig und Lünch (L.S.)

Ernst August Hertzog zu Brl und Lünch (L.S.)

§. 72. Quod autem semel militem in promtu haberent Serenissimi Duces, nunquam ab eo plenè abdicarunt; sed eo partim in suppetiis Palatino Electori contra Lotharingum et socios; partim ad retundandas Suecorum in Bremam molitiones; partim ad expeditionem Cretensem in gratiam Venetorum; partim ad compescendos motus Monasterio-Huxarienses; partim ad occupationem Brunsvici, et nunc, quo Fas et Gloria ducunt (qua est inscriptio argentei nummi jussu Georgii Wilhelmi Ducis cusi) ad frangendas Galli in Germania vires, ac denique ad tuendam contra nova Suecorum defensionem, usui et ubuntur.

§. 73. Caterum ut speciatim de triga Fratrum non nihil asseramus, GEORGIVS WILHELMVS natus est anno 1624 d. 26. Januarii. Ab obitu Friderici Patrui, Christiano Ludovico fratri successit in Ducatu Calenbergico. Ipso Rectore Academiæ Helmstadiensis magnificentissimo Penalismus anno 1661. abrogatus est. Aliquoties Italiam invisens; libenter Venetiis moratus est, sibique non Senatum modo Venetum, sed et alios plerosque Magnates Europæ devinxire studuit. In Fœdum Regum Galliæ et Hispaniæ anno 1660. recepitum, memorat articulus 122. Eodem anno, cum Carolus II. Britanniæ restitueretur, ei Virtutes Principis significiens, cum eodem familiariter in Belgio ac Bredæ imprimis versatus est. Diar. Europ. Tom. V. p. 20.

Principem

Principem Uxorem non duxit, Justae tamen Conjugis loco habet Virginem nobilem Pictaviensem Eleonoram de Aubreuze, quae Domina de Harburg appellatur, ex quâ aliquot nati liberi in Nobilem Ordinem redigendi. Cum Ernesto Augusto fratre semper ejusdem concorditer et forte in ejus, filiorumq; gratiam Principali Matrimonio abstinet. Rebus cum Johanne Friderico fratre compositis Luneburgum homagio sibi junxit d. 14 Martii anno 1666.

§. 74. JOHANNES FRIDERICUS natus anno 1625. d. 25. Aprilis. Pontificiam anno 1651. amplexus est Religionem. Constitutis cum fratre Rebus Hannoveram elegit aulae sedem, ac ditionibus ac Fortunis auctus, in tantam venit aestimationem, ut nunc Potentissimi Reges ac status eum suspiciant, et per Legatos in partes pertrahere laborent. Haec eadem Aulae magnificentia, perpetuusq; Miles, quod grandem pecuniae vim requirat, fieri non potest, quin majoribus tributis obnoxii sint Subditi.

Anno 1668. Conjugem assumsit Benedictam Henriettam Philippinam, Eduardi Palatini et Annae Gonzagae Ducis Nivernae filiam, Reginae Poloniae ex sorore neptem, quae peperit duas Principes foemellas.

§. 75. ERNESTUS AUGUSTUS Anno 1629. d. 20 Novembris natus, magni Princeps animi, in Pace Westphalicâ

phalica designatus est Administrator Episcopatus Osnabruggensis, eamq; dignitatem et potentiam ab obitu Francisci Wilhelmi, Episcopi Osnabruggensis inspetzavit, et anno 1662 Osnabruggam magnificè ingressus, sedes ejus prima erat Iburgi, nunc autem Osnabruggæ cubito Palatio, plerumq; ibidem residet. Sæpè tamen et Fratri Comes est, ac aliquoties Luneburgi cum eodem commoratus. Jam multa de armis ejus in gratiam Cæsaris est exspectatio. Faxit modò Deus ut Monasteriensis in fide maneat Germaniæ. Conjux ejus est Sophia, Friderici V. Palatini filia, Princeps incomparabilis, quam anno 1630. natam, duxit anno 1658. Pluribus Maritum, se et Provincias beavit liberis, quos in Dei Gloriam, et Brunsvico-Luneburgensis Domus incrementum efflorescere animitus opto.

Georgius-Ludovicus natus anno 1660. d. 20 Maji
Fridericus Augustus natus aō 1661. d. 3. Octobris
Maximilianus Wilhelmus natus 1666 d. 23. xbris
Sophia Charlotta nata Iburgi d. 2. 8bris 1668.
Carolus-Philippus natus Iburgi 1669. d. 13. Octobris
Christianus natus 1671. d. 29. Septembris.
Ernestus Augustus natus 1674 d. 17. Septembris.

De Linea Brvnsvicensi Posteriore.

§. 76. Hactenus Historiam Ducum Luneburgensium ad præsentem ætatem, ea, qua debuit, fide, ea, qua decuit reverentiâ pertractavimus. Luneburgensium, inquam, Ducum. Nam hodiernæ Familiæ omnes Originis sunt Luneburgicæ à Bernhardo, Magni Torquati filio incipientis. Brunsvicensis autem Familia in ramos aliquot divisa, tandem Patruum ætate in Friderico-Ulrico exariuit. Quia autem hujus Familiæ Principes nondum consideravimus, id nunc, bono cum Deo, agemus.

§. 77. Ex Magni Torquati filiis BERNHARDVS et HENRICVS inclytum Stemma, et illeguidem Luneburgense, hic Brunsvicense propagarunt. De Bernhardo et Posteris ejus singulis dictum. Restat ut dicamus de Henrico ejusdemq; Posteris.

§. 78. HENRICVS ille primo Luneburgensia solus per annos 16. rexit. Anno 1401. cum Bernhardo Fratre in Johannem Nassovium, Moguntinum Archi-Episcopum et Henricum Comitem Waldeccianum, ad vindicandam Friderici fratris, novi Regis Germanorum, eadem, morit: Gebelhusium vi occupat, sed elapsis percussoribus Fratris. vid Cranz. Saxon. lib. 10. c. 20. Friderico tamen ab Herlingshausen postea capto et Lota fuit imposita. Quod autem Moguntinus prælium declinans tempus protraheret, fratres magno ære alieno facti sunt obnoxii.

Anno 1404 Henricus cum Bernhardo Lippiano Comite bellum gerens, praelio Oderbergensi ad Visurgin captus, et Falckenbergae annua custodiâ detentus, stipulatis centum florenorum millibus dimissus est; sed quartâ pecuniae parte vix solutâ, ei Ruperto Caesare Decretum de non amplius solvendo, et Comitum Lippianorum proscriptione, cujus hic quidem Henricus ipse executor, Sollam Ebersteinii Comitis, Hornam et Falckenburgam Lippiani, cum aliis Oppidis vastavit. Tandem tamen motus sopiti sunt. vid. Kranz. Sax. lib. 10. c. 24. Bünting. p. 423.

Anno 1412. Henricus Catharinae Sorori, Gerhardi Holsatiae Comitis a Ditmarsis occisi viduae, cum fratre Bernhardo contra Ericum Daniae Regem suppetias tulit.

Anno 1415. Episcopo Verdensi Henrico Comiti ab Hoya Rothenburgum arcem vi ereptam fecit.

Henricus tamen hic rigidus Justitiae exactor fuit, ut nec Cellensi Advocato Nobili (dem Nvigd Hon Zuller) hic sutam modo togam agricolae eripienti pepercerit, sed sua (ut non nulli volunt) manu suspenderit. Sax. lib. 10. Kranz. c. 30. Bünt. 425.

Obiit Henricus Ulzeae Anno 1416. et Brunsvici sepultus est, relictis ex prima Conjuge Sophiâ Vratislai Pomeraniae Ducis filiâ Wilhelmo Victorioso, et Catharina Friderici Bellicosi Marchionis Misniae, seniori hujus lineae Electoris Saxoniae, Uxore prudente, religiosa, ac virilis animi foemina; ex alterâ Margaretha Hermanni Hassiae Landgravii filia, Henrico

§. 79. HENRICVS ille cognomento Pacificus, et quod Bella moturus, nihil haberet ponderis, Henrich der Cap- pen-Reiny dictus, Sedem habuit Brunsvici, sed fratri Wilhelmo Wolferbytum ademit, quod, quomodo sit factum, in fratre narrabimus.

Anno 1433. Calbæ Magdeburgicæ expugnationi adfuit

Anno 1438. Brunsvicensis Civitas insignia rubri Leonis in area alba, caudam supra tergum torquentis procul dubio à Ducibus accepta, ab Alberto Cæsare fecerunt confirmari, literis Pragæ datis Bünt. p. 287

Anno 1441. Cum Ottone Lunæburgensi Henricum ab Alvensleben Arxlebii frustrà, ac iterum cum Wilhelmo fratre ac sociis Grubenhagam frustrà obsedit Bünt. p. 281

Anno 1451. Nicolaus Cusa Cardinalis, Nicolai V. Legatus autoritate Henrici Ducis per Abbates Bursfeldensem, Huisburgensem et Clausanum reformavit Monachos ad S^t. Ægidium Brunsvici & Regio-Lotharii.

Anno 1473. Postquam Henricus Claves Wolferbytanæ arcis Senatui Brunsvicensi ab obitu suo Wilhelmo fratri reddendas obtulerat, hydrope extinctus est, anno ætatis 62. Regiminis 42, Princeps bellis licet infelix, attamen divitiis colligendis, et redimendis arcibus oppignoratis felicior. Sepultus est in Cathedrali templo Brunsvicensi, Concionem funebrem habente Abbate ad S. Ægidium. Uxorem suam Margarethan Ducis Clivensis filiam anno 1436. ductam, anno 1471.

amisit

amisit, quamq; peperit filiam unicam Margarethamm
Anno 1451. à Nicolao Cusano Cardinale baptizatam 1466.
collocabit Wilhelmo V. Comiti Principali Hennebergico.

§. 80. WILHELMVS Henrici Pacifici frater, à felicitate bellicâ Victoriosus und mit den Vinden Haupt-Gefangen
item à Proverbio, nescio quo Gottes Küfe dictus est Burl. p. 285
A Patris Henrici obitu per 13. annos regit Luneburgica, ac
interea temporis præliis inclaruit 1. Bojemico anno 1421.
quo Husitas debellavit, 2. Hildesheimensi anno 1422. quo
Johanne Episcopo Hildesiense victo Gronam occupavit;
3. Danico, Rege Daniæ ad Flensburgum prostrato. Dum
autem Wilhelmus Danico bello distinetur, Otto Claudus, Dux
Luneburgensis in Wilhelmi Provincias hostilem facit inspe-
tum, quem Wilhelmus graviter ultus, Oppidum Sattenhusen
expugnat, Hallerburgum obsidet, ac latè vastat hostilia.
Quando autem alii Principes intercederent, motus hac lege
compositi, ut Otto pro Luneburgensibus Wilhelmo Brunsvicen-
sia cederet. Tum itaq; facta Ducatuum permutatio. Krantzius
Anno 1431. Wilhelmus, uxore Cæcilia, Friderici Electoris
Brandenburgensis filia (hanc anno 1427. duxerat, nuptiis
Luneburgi magnifico apparatu celebratis Krantz. libro c. 11)
cum filiolo Wilhelmo, fratri Henrico commendatis, Fride-
ricum Austriacum affinem (is Friderici Patrui Regis Ger-
maniæ filiam uxorem habuit) invisit, Cumq; Carolus
Galliæ Rex à Friderico Austriaco tum temporis contra Bi-
turicum Burgundum auxilium peteret, Wilhelmus Dux Lune-
burgicus Austriacas Copias duxit, et reportata in aliquot
præliis victoria vastatisq; non paucis Burgundicis terris,
tandem ad Fridericum affinem victor reversus est.

Sed

Sed fidem interea frangit Henricus frater, occupata dolo Wolferbyto ejectaq; cum filiolo Caecilia graviter devi que rente. Reversus autem Wilhelmus, cum amica de red dendis ablatis non profizeret, violenta adhibet remedia, et bello fratrem aggreditur, à Brunsvicensibus adjutum, qui sub lento Principe majora spirabant, quae sub Wilhelmo victorioso non fuissent ausi. Utrinq; autem vastatis Provinciis, intervenientibus eadem agnatis, ita convenére fratres, ut Henricus Wilhelmo 14000 florenis solutis, Wolferbytum retineret, Wilhelmus territoria inter Deistera et Laynam et Dynastia Homburgensi contentus viveret. Quod etiam fecit eo aequiori animo, quod à fratre imperoli omnem haereditatem, et ab Ottone coelite Göttingensem haberet expectare. Vid. Kranz l. 11. c. 19. Bünt. p. 177. Et hujus quidem Ottonis, cujus Tutor fuerat, ditiones intrà decem millibus aureorum oppignoratas, indè eo mortuo, successione haereditaria pro media parte obtinuit, alteram tamen Luneburgiis Agnatis ut cederet, compelli non potuit: unde usq; ad Mindensem transactionem Linearium Controversiae. Spener. Sylli Geneal. p. 166. Quatuor porrò Victoriis inclaruit: 1. Turcorum in Galatia; 2. Diedericum ab Erpach, Episcopum Moguntinum haud procul Homburgo, 3. Comites Hoyenses ad Wölpam, ac 4. denig; Mauritium Oldenburgicum justis praeliis profligavit. Kranz. Sax. lib. 12 cap. 2.

De bello cum Comite Spiegelbergensi vid. ib. l. II. cap. 24
De Contentione cum Luneburgensi Civitate l. IV. c. 1.
Ab Henrici fratris obitu Wolfenbytelio recepto,
ibidem consenuit, ac anno 1482 mortuus, Brunsvici
sepultus est in templo Cathedrali, ubi adhuc ejus conspi-
citur Epitaphium. Vixit juxta Cranzium annos 90.
Brunsvicense territorium insigniter auxit, Hallermundo,
Wunsdorpio, Ebersteinio, Wölpa (anno 1460 ultimo Comi-
te extincto) Comitatibus, et Homburgensi Dynastia Duca-
tui adjectis. Unde non modo quartam aream Ebersteinio et
Homburgensi insignibus distinctam reliquis adjecit, sed
et hunc assumsit titulum: Ick Hinrick de Veddre van Gades
Gnaden, to Brünszwick, vnd des Brünszwickschen Landes
offrer Vogedt, by der Luine, vnder to Lünnenborg Hartoge, to
Ebersteine, to Asseburg, to Hallermünde, to Wolpe, Gra-
ve vnder Homer to Homborg.

Ex prima Uxore Caecilia nati sunt Wilhelmus Ju-
nior et Fridericus. (De altera Conjuge vid. §. 82.)

§. 81. Et quidem Fridericus ex quo Pater Wolfen-
bytelium accepit, Hannoverana inter Deisteram et
Leinam rexit. Prima ejus uxor fuit Anna, Erici
Grubenhagiaci filia, Alberti III. Bojarici Ducis vidua
quae, relicto marito, in Bojariam ad filios secessit.
Alteram habuit uxorem Margaretham, Comitem Ret-
bergensem, quae, Marito in custodia Mundensi (mente ca-
ptum, et idcirco à fratre in vinculis habitum tradunt)

Anno

Anno 1494. mortuo, diu supervixit: quippe cui B. Lutherus anno 1519. Sermonem de Poenitentia inscripserit.

§. 82 Altera Wilhelmi Senioris Conjux fuit Mechtild Ottonis Comitis Swarzburgici filia, quae genuit Margaretham Wilhelmo Hennebergico nuptam, et Ottonem Fatum Matris subiere anno 1469 (alii volunt 1471) secutum.

§. 83. Patri Wilhelmo Seniori successit WILHELMVS Junior, qui à Wunstorfiense Comite anno 1458 ad Wildeshagen captus, gravi lytro se redemit.

Ab Excessu Patris una cum fratre Friderico Brunsvicum rexit.

Anno 1487 Ludovicum à Sünder sibi rebellem nobilem coërcuit, Hemelschenburgensi arce exusta solo aequata Bünting. pag. 288. it. 304.

Anno 1490. Ab Antonio Grimholdo Abbate Werdensi emit Helmestadium, urbem Abbati non satis morigeram. Bünting. p. 289.

Anno sequenti 1491. abdicato Regimine, et in Henricum abbatem Ericum filium ex Elisabetha Stolbergensi genitos translato, coelestia curatius meditabatur. Cum anno 1494 in templo Mündensi Sepulchrum ipsi pararetur, quotidie mortalitatis memor, ixspectavit opus, ac anno 1495. finem vivendi fecit, Relicta

viduâ Elisabethâ anno 1499. Stauffenburgi mortuâ et Gandersheimii sepultâ, et ex illâ, præter filios Henricum et Ericum, Annâ, Ludovico Hassiæ (quem Tabulæ Tübingenses pierperam Wilhelmum Seniorem vocant) anno 1488. conjunctâ.

§. 84. Henricus & Ericus Fratres Wolfenbüttelium simul occupantes, anno 1494 hæreditatem diviserunt, actum Ericus Calenbergica, Henricus Brunsvicensia accepit. Utrique stemma propagavit. Etsi autem Henricus fratrum major, quia tamen Ericæ Stirps Ducalis in filii cognomine defecit, hanc primo contemplabimur.

§. 85. ERICUS Senior Anno 1470. d. 16. Februarii natus à Maximiliano Cæsare per Legatos Sacro fonte suscitatus, Mundæ pietate primisque literis imbutus, in aulam Alberti Bojarici missus, præclaræ indolis ac virtutis documenta dedit. Anno ætatis 18. Palæstinâ visitatâ, et ex in reversus, Româ anno 1490 in Maximiliani Cæsaris aulam se recepit, Cumque anno 1493. Turcæ Croatiam invaderent, Ericus anno ætatis 24 Bellicus Dux renunciatus, hostes non sine strage dejecit. Indè meruit Matrimonium Catharinæ Sigismundi Austriaci anno 1497. mortui viduæ, Alberti

Saxonis

Saxonis, Animosi, felicis, quæ non nisi unicâ gratâ, Annâ Mariâ maritum beavit. Effigiem hujus Catharinæ in arce Calenbergica depictam Bünting. describit p. 510.

Anno 1504. Bello Palatino Ericus Maximilianum in prælio ad Ratisbonam tribulo aculeis ferreis distincto casum, ac ob id equo præcipiti lapsum erexit, vitamq; servavit, magno sui periculo acceptisq; duobus gravibus vulneribus, quam fidem summè æstimavit Cæsar ac in ejus memoriam pavoniæ caudæ in insignibus Brunsvico Luneburgensibus Stellam inseruit.

Anno 1507. Ericus in Bello Maximiliani contra Venetos res magnas, in Mundensi Palatio partim depictas gessit. Bünting. pag. 510. Chrytr. ad annū 1513 Sapl. 6. p. 177.

Anno 1511. Contentio inter Ducales Brunsvicensem et Luneburgensem familias de hæreditate Göttingensi ab Obitu Ottonis Cocliçis, in Mündensi convenbu penitus sopita iis Conditionibus, quas exposuit Bünt. p. 511.

Anno 1513. Ericus Schauenburgensem et Hoyanum Comitatus vastavit.

Anno 1514. Ericus Saxoniæ Ducem Henricum bello Frisico à Frisonibus obsessum liberavit, hostibus duas intra hebdomadas dissipatis: Græningæ obsidioni, Dammæ expugnationi interfuit, ubi acerbissimè sauciatum Bünt. p. 511.

Anno 1519. Statim ab obitu Maximiliani Hildesiense

bellum coepit, quo Johannes Episcopus adversus Saldervios Nobiles à Ducibus Brunsvicensibus magnè aestimatos, odio flagrans, bilem in Duces Brunsvicenses effudit, et primò Franciscum Episcopum Mindensem, Henrici Junioris fratrem magnâ hebdomadâ aggressus, Mindam et Petershagen occupatis, posteà in Ericiana vertit impetum, ejusq; Provincias latè vastans, Wunstorpium, Nienderam, Pattensen, Springam, exuit, Calenbergâ etiam obsessa. At Friderici III. Sapientis Electoris Saxoniae per Imperium Vicarii monitis, ne pergeret Episcopus, insuper habitis, Ericus Georgii Saxonis et Hassi suspectis auctus vim vi repellere conatus, Dasseliam occupavit et expugnavit, mox Waldensteinium diruit, ubi inter Brunsvicenses et Hassos milites summa grave periculum minabatur, nisi gratiosè fuissent missi. Inde Bekelhemio frustrà tentatâ, Peinam Civitatem expugnavit, absente occupatione dolo Episcopi retractus. Quod verò Luxburgenses Duces Episcopum adjuverant, vis in eos conversa. At cessit haec res infeliciter. Nam in agro Soltoviensi ab Episcopo contrà fidem oppressus Ericus, cum Patruele captus est eodem die, quo Carolus V. Imperator electus. Ericus Cellam, Wilhelmus Hildesiam deducti. Tandem motus à Moguntino

tino, Saxone & Brandenburgensi Electoribus sic compositi, ut Ericus ab Henrico Luneburgensi, soluto Lytrio, dimitteretur, quod factum die Martini, ac utrag; pars, donec Carolus in Germaniam veniens, dirimeret litem, quiete ageret. In Comitiis autem Wormatiensibus Anno 1521. Carolus Imperator, cum non posset omnino dirimere Controversiam, Episcopum Castrisibi tradere, cetera Iure tractari voluit; ni faceret, Proscriptionis reum fore. Sed Episcopo proscriptionem quam Germani Acht vocant, contemnente, et per ludibrium dicente: Was? Acht und abtrag! Acht und Abtrag sind Deutsch Worte; Executio Brunsvicensibus demandata: qui ope Militiae Danicae Hildesiensem Episcopatum undiq; vastarunt, Hundesrückam, Lewensteinium, Coldingam, Winzenburgum, Steinbrückam, Schladam, vi occuparunt. Reliquos Nobiles a profugo Episcopo desertos Arcium deditionem facere compulere. Ipsenerus 18. arces, praeter alias Nobilibus feudo concessas, oppida septem, et ad mille pagos Ducibus accessisse notat, pag. 173. Reinam tamen, graviter licet tormentis laceratam deserere coacti sunt. Anno 1522. Oppidulum Grünow ab exustione utcunq; restauratum, post diuturnam obsidionem, cum

cives manè diffugere parārent, iisdem passim trucidatis occuparunt, ac mox Alfeldium violenter intercepērunt; Hildesheimio tamen frustrà tentata. Cum interea Comes Schauenburgicus Episcopi partes deseruisset, Peinam regressi, in alterum mensem eam obsederunt, ac quarto denig in eam impetum facientes, etsi tormentis circumquaq quassatam, necessum habuerunt deserere. Episcopus autem collecto per Westphaliam exercitu mediocri, paulatim vi captum et exustum oppidum Sesen, parum profecit. Anno 1523. Ad Hadriani VI Pontificis decretum, ac Ferdinandi I. Ungariæ Regis voluntatem, Alberto Moguntino et Georgio Saxoni compositio horum motuum commissa, qui, Conventu Quedlinburgi indicto, his Conditionibus negotium confecēre: ut Episcopus, Wilhelmo Brunsvicensi sine lytro, ac gladio Erici, quem Soltvicensi prælio amiserat, redditis, cæteri captivi utrinq libertati restituerentur; Duces ablatorum possessione contenti, plus ultrà non progrederentur; Hildesheimum in Erici tutela permaneret; Nobiles qui bona Episcopatus pignori habuerant, cum Ducibus convenirent. Hinc igitur Johannes Episcopus, ē sex Comitatibus, pluribus oppidis et Castellis, præter Hildesiam, Steuerwaldam, Marienburgum et Peinam nihil servavit. Duces autem occupata inter se partiti, Provincias suas insigniter auxēre. Bellum hoc Hildesiense prolixè describit Bünting. à pag. 511. usq ad p. 517.

Ex eo

Exeo Ericus in locum diruti castri Hundesrück novum extruens, à suo nomine Erichsburgum nuncupavit.

Suo tamen exhaustus, alienoq; obstrictus ære etiam suppellectilem pretiosam non dubitavit vendere, quadre singularia legas apud Bünting. pag. 525.

Catharinâ Austriacâ uxore anno 1522. mortuâ, anno 1527. duxit Elisabetham, Johannis Electoris Brandeburgici filiam, Matrem

Erici Junioris,
Annæ Mariæ Alberto Prussiæ Duci,
Elisabethæ Georgio-Ernesto Hennenbergensi Comiti,
Catharinæ, Wilhelmo à Rosenberg Libero Baroni in Krumlau,
Burggravio Regni Bohemici nuptarum.

Anno 1529. cum Ericus seditionem Hannoveranam componere laboraret, grave subiit periculum, à Büntingio, pag. 524. non exactè explicatum.

Anno 1530. in Comitiis Augustanis Duces Brunsvico Luneburgenses, Locis et bonis Hildesiensibus bello occupatis, à Cæsare investiti sunt. Bünting. pag. 310.

Anno 1538. Ericus Præfecturam Ohsen Friderico Spigelbergensi Comiti ab Alberto Ebersteiniano Comite oppignoratam sibi vindicavit. Bünting. pag. 525.

Anno 1540. Paulus IV. Papa ob Hildesiensia spolii condemnavit Duces Brunsvicenses, ademta cum fructibus et damnis restituere jubens, et appellationem ad Pontificem melius informandum irritam declarans. Speier. pag. 173.

Anno 1540 in Comitiis Hagenoæ dissidia Religionis cum Ferdinando I. tollere laborans, in gravem morbum incidit, qui eum d. 26. Julii anno ætatis 71. sustulit. Sequenti anno Mündam ductus ibiq; magnificè sepultus, Panægyristam habuit Justinum Göblerum, qui inter cætera, ejus præclara duodecim, ac quod vicies vallum aggressus, non nisi 5. vulnera reportaverit, cum studio enumerat. Burchardi Mithobii Epitaphium laminæ æreæ incisum, repetit Bünting. p. 526.

§. 86. Ab obitu Erici Senioris, quod ERICVS Junior duodecennis esset, Ordines Provinciæ Elisabetham viduam Evangelium viro marito amplexam, præ Henrico Patrueli tutelæ præfectam malebant, quæ Evangelium prædicari, ac in eo filium educari fecit, usa præcipuè Urbani Regii consiliis et M. Antonii Corvini operâ. Constitutiones Principis Ecclesiasticæ ipsam habent in fronte depictam, cum monili aureo, et hâc inscriptione: Allen in Gottes Rath nimand Widerstreben

Anno autem 1545. ERICVS Junior tutelâ matris solutus, uxorem duxit Sidoniam, Henrici Saxonis filiam. Mater vero sequenti anno Popponi Hennebergico juncta, mœrore ob filii desertionem Evangelicæ Religionis contracto, Ilmenaviæ anno 1558. mortua.

Anno 1546. Ericus Bello Smalkaldico Carolo V.mo latrans adversus Bremenses missus est. Fluvii et Chri-

stophoro

stophoro Wrisbergio à Johanne Friderico Saxone oppositi Albertus Mansfeldius, et Wilhelmus à Thumshirn, à quibus Ericus d. 24. Maji memorabili prælio victus fugâ sibi consulens Vistergin tranavit captat. ejus tormentis ac reliquo apparatu. Wrisbergius tamen diverso exercitu in Hamburgenſium manum incidens, magnam vim accepit pecuniæ, unde rythmi:

Utsir Jan Jab Feld, Utsrisbrug Jab Gred,
utsir Jan Jab Land, Er sat Si Esand.

Postea Ericus in Wrisbergium rejecta culpa, locum et diem conveniendi eidem dixit. Quare inter hos pugiles res extracta, cum alter alterum perfidiæ aut meliturii imperitiæ argueret. Vid. Bünting. pag. 530. Sleid. lib. 19. Sed cum Wrisbergius anno 1557. Gallo Melitem adverſus Hiſpanum adducere vellet, diſperſis militibus, ab Henrico et Erico Ducibus captus est. Büxt. pag. 534. Interim Anno 1552. Bellum Erico fuit adverſus Patruelem Henricum, qui per Philippum filium eum vexabat, quod ſequenti anno compoſitum. Spener. pag 174. Ipſe Alberti Brandenburgici partes nihilominus tueri perrexit, et ejus causa ad Cæſarem ſuscepit iter. Spener. d. l.

Anno 1557. Conſcriptis Copiis in Belgium iturus, in itinere Chriſtophorum Archi-Epiſcopum Bremenſem ſubditos armis caſtigantem coërcet. Inde adverſus Gallos Hiſpano merens, prælio ad St. Quintinum Gallis admo-

dum

dum infesto interfuit, quod Spenerus pag. 174. paucis, Burbingius verò pag. 535. prolixius narrat.

Anno 1561. horribile incendium Arcem Mundanam cum pluribus agrestibus igni restinguendo deputatis consumsit.

Anno 1563. Cum Daniæ Rex ab Erico sibi contra Sveos oblatas Copias recusasset, hic stipendia solvere ingressus à Monasteriensi Episcopo, deindè à Dantiscanis pecuniam exturquet. Mox Prussiam invasurus erat, sed Sororius Albertus Brandenburgicus Copiis oppositis, irruptionem prohibuit. Unde Exercitus subitò dilapsus, et ipse Curiosis, quo consilio expeditionem susceperit, divinandam reliquit: Cum ipse, ut erat homo impatiens otii, et fastu ac improbâ taciturnitate variis consiliis plerumq; rapiebatur, fortassis causam ignoraret. Ob hæc Ericus pacis turbatæ in Comitiis Augustanis Anno 1566. damnatus, per Legatos, quorum caput erat Otto Schaunburgicus, veniam à Cæsare petiit. Burb. p. 537.

Anno 1573 Ericus à Philippo II. aureo donatus vellere, vid Lezner. Chr. Dasil. lib. 3. c. 73. ubi de hoc Ordine pluribus agit, eodemq; anno Neostadii ad Rubenbergum noviter Constructum Palatium vocavit Landgravius.

Anno 1575. Sidoniâ Saxonicâ Erici uxore primâ in Cœnobio Weissenfelsensi mortuâ Freibergæq; sepultâ eodem anno alteram uxorem duxit Dorotheam Lotharingicam Francisci Lotharingiæ Ducis filiam.

Anno 1582

Anno 1582 Ottone Hoyensi Comite ultimo defuncto, cum agnatis successit. Eodem anno decessit Philippus ultimus Comes Lippiæ, Spigelbergæ ac Pyrmonti, Simonis filius, ac tum Ericus Koppenbruggam occupavit, quod tamen postea Comitibus Gleichensibus, Lippiensium agnatis, cessit. Bünt. p. 549. Zeiler. Von den X Grafen p. 877. Lehnl. 3078.

Tandem anno 1584. qui extra Patriam, anteà quoq; majorem partem ætatis exegerat, vitam clausit Paviæ in Italiâ, justos liberos nullos, ex Catharina autem à Weddam concubinâ Wilhelmum de Brunswiga Baronem in Hürem et Lisfeld, ac Catharinam Andreæ Doriâ Genuensi nuptam relinquens.

§. 87. Absolutâ Ericiana Stirpe nunc ad Henricianam familiam nos convertimus.

HENRICVS Senior, ob ferociam militarem der Quade item der Böse Hennig dictus, Wilhelmo Juniori anno 1463. d. 14. Junii natus, eidem resignati anno 1491. (alii 1492.) successit, annoq; 1494. factâ cum fratre divisione, Brunsvicum Urbem cum Wolferbyto, aliisq; Brunsvicensibus locis accepit. Jam ante hanc divisionem Henrico cum Brunsvicensibus enata lites, quòd de bonis, quæ concessione Ducum acceperant, tributa dare recusarent. Undè suis militibus acvicinorum Principum ope Henricus obsessi

urbem: quam cum fame expugnatum iri crederet, eventum in Riddageshusano monasterio exspectans, quando Hildesienses commeatum Civitati afferrent, Copia ejus id prohibitura fuerit. Compositio primum per Ernestum ex Saxoniâ Ducibus Archi-Episcopum Magdeburgensem et Johannem Electorem Brandenburgensem Ernestae frustrâ, postea ab aliis felicius tentata: sic ut ex quatuor arcibus, quae Brunsvicensibus ereptae, Ducibus, tertiâ Asseburgo dirutâ, quarta Civitati in Ducum fide persistenti maneret. Vid. Bünting. p. 291. et segq.

Anno 1500. Cum Johannes Rode Civis Bremensis ex Praeposito Archi-Episcopus electus, à Frisiis & Magno Duce Lauenburgico premeretur, Christophorum Henrici Ducis ex Catharina Pomeranica filium Coadjutorem renunciavit. Et Henricus jam arma paraverat in hostes Archi Episcopi, quae tamen, compositis rebus, Johanni Daniae Regi, ejusq; fratri Friderico Holsatiae Duci in Ditmarsos moturis concessa. Sed haec expeditio Ditmarsica infeliciter cecidit.

Anno 1501. Henricus magno et suo et Sociorum exercitu aggressus Frisios, non satis felicia fata habuit. Büsch. p. 292.

Anno 1502. Inter Henricum seniorem et Henricum Iuniorem Lüneburgensem enatae lites multis Iurgiis extractae Brunsvici, sic, ut ille pacta, quibus de oppugnandis Brunsvico et Luneburgo invicem cautum, non dubitaret frodere Bünt. p. 295

Anno 1510

Anno 1510. Cum Johanne Hildesiensi Episcopo contra Nobiles Veltheimios in Harbeck propè Helmestadium moturus, fractu crure, destinata cogitur relinquere, re postea per Archi-Episcopum Magdeburgensem compositâ.

Anno 1511. Hoyensis Comitatus invasio inter Brunsvicenses ac Luneburgenses Duces decreta, ac sequenti anno confecta, nec nisi elapso septennio Comites suis restituti. Büsch. p. 298.

Anno 1514. Henricus in gratiam Henrici Saxoniæ Ducis cum aliis Principibus ducit in Frisiam, ubi in obsidione arcis Lier ort ictu tormenti caput ablatum, cum pridie Henrico, nobili à Ledebur galea candicante criste refulgens globo tormenti capite sublato. Sepultus est in templo Blasiano Brunsvici, ubi epstat ejus Epitaphium. Büsch. 299.

Præter Henricum Successorem, filios habuit

2 Christophorum Archi-Episcopum Bremensem et Episcopum Verdensem, natum 1487. mortuum Tangermundæ 1558.

3 Georgium Caroli V. in bello Smalcaldico militem, deinde Præpositum Bremensem, post Episcopum Mindensem, et ab Expraepositum Bremensem, post Archi Episcopum Bremensem. Quomodo hic paulo cessu fratris Archi Episcopum Bremensem. Quomodo hic paulo ante obitum per lectionem Augustanæ Confessionis conversus sit vid. Büsch. p. 238.

4 Franciscum Episcopum Mindensem natu 1492 mortuum 1529.

5. Ericum mortuum 1558 et

6. Wilhelmum Commendatores Ordinis Teutonici.

Et Ericus quidem captus in prælio Luneburgensi soluto lytro dimissus est. Wilhelmus autem ab Henrico fratre, cum ei in prælio Luneburgico vitam seruasset, vix ab Hildes-

heimensi Episcopo dimissus, diuturno carcere vexatus, et
ut patrimonio acceptis bis mille annuis aureis, et Iure
primogenitura approbato, renunciaret, coactus est. Spen. p. 167.
7. Catharina filia Magno Duci Saxoniæ Inferioris nupsit.

1488. HENRICVS Junior natus 1489 d. 10 Novembris
amisso Patre, regenda suscepit Brunsvicensia. Princeps
otii et quietis impatiens, totus ad rumpendam apud alios
pacem spectabat. Iuvenis cum patre in Frisia Georgio
Saxoni militavit. Inde Erico Patruo in bello Hildesiensi
adstitit, multaq; Episcopatui adempta sibi vendicavit. Bünt. 302.
Anno 1525 In bello rusticorum his compescendis strenuum
se gerens, Viderstadium occupavit, cumq; Munzerus ca-
pite plectendus adeo consternatus esset, ut orare non posset,
Henricus Symbolo Apostolico præivit.
Anno 1528. Carolo Cæsari in Mediolanensi Principatu,
Regnoq; Neapolitano contra Gallos bellum gerenti, cum
instructissimis Copiis præsto fuit. Thuan. l. 43. Bünt. 308.
Eodem anno Brunsvicensis Urbs doctrinam Evangelii recepit.
Anno 1535 inter ipsum et fratrem Wilhelmum in Comitiis
provincialibus Contentio facta, et Ius primogeniturae sanc-
citum, quod dein Carolus V. ratum esse jussit. Spener. p. 168.
Anno 1538. Cum Johannes Fridericus Elector Saxoniæ
et Philippus Hassus ad Conventum Brunsvicensem ituri essent,
illis fidem publicam negavit Henricus, qui tamen nihilo-
minus pervenere. Sequenti anno Smalcaldica fœderi

aliud

aliud à Pontificibus opponebatur, quod Sactum vocitabant, eidemq; Henricus inter primos nomen dedit. Cum verò Philippus Hassus Henrici ad Electorem Moguntinum per Stephanum Fabrium Secretarium missas intercepisset literas, Consiliorum contra Protestantes indices; initium invectivarum factum, quibus hinc Henricus, illinc Saxo et Hassus se invicem acerbissimè insectabi, quae publicè exstant. Spener. p. 168 Bünting. p. 312. 313.

Eva à Trotten

Maximam autem Famae Principis inurfit maculam divulgatae Evae à Trotten Concubinae amor. Hanc forma et genere nobilem coepit deperire Henricus, et cum persuasisset, proles aliquot ex eâ procreavit. Deinde, quo diutius consuetudine frueretur, domum quasi profecturam, in arcem abduci jussit. Hîc in Evae morbum simulantis, lectum simulacrum ligneum sufficitur, ac rumoribus de ejus obitu sparsis, funus ducitur, Wolfenbüttelii quoq; funebribus celebratis. Interim Eva, cujus mortem multi comploraverant, bene valet in arce Stauffenburgo, ubi subinde illam revisit Princeps, ab eoq; tempore liberos ex eâ sustulit ad septem. Quod cum Uxor Henrici Maria Würtenbergica resciceret, graviter indoluit, ac subinde miseriam suam deplorans, curis cancerog; confecta obiit anno 1541. et in monasterio Stetenburgensi sepulta est. Historiam hujus clandestini concubinatus scripsit Sleidanus lib. 15. et plura eo spectantia habentur in Hortlederi lib. de Caussis Belli Germanici.

518. Sequentibus annis plures, qui per Saxoniam incendia exci-
taverant, Henricum, tanquam pretio ab eodem conducti, auto-
rem indicarunt: unde publica ejus apud Cæsarem accusatio. Spec. vic.
Demum anno 1542, cum non cessaret Scriptis lacerare Smalcal-
dicos, et Brunsvicum et Goslariam vexare non desineret, con-
temtis etiam mandatis Cæsaris, Smalcaldici Wolferbytum ob-
sidēre. Postulatā deditione, cum arrogantius respon-
derent Præsidiarii, eo major vis adhibita, sic ut decimo die
ederetur, quam per triennium defensuros præsumpserant.
Reliquis etiam Ducis occupatis, ipse patria ejectus ad Ba-
varos confugit. Illi autem facti rationes ad Cæsarem per-
scribunt, eidemq; sequestrationem Principatus, in quo pecu-
liari constitutione religionem ordinaverant, offerunt.
Anno 1545. Cum frustrà in Henrici Saxonis, quem ob mu-
tatam, contrà Georgii Fratris testamentum, religionem ac-
cusaverat, ditiones immitti speraſſet, à Rege Galliæ succurſu
adjutus, ut delectus Riſebergii Anglicos in Saxonia impedi-
ret, in suos usus eam convertens, mediocrem per Verdensia
colligit exercitum, fratrisq; etiam Archi-Episcopi Bre-
mensis auxilia sperans, quæ Brema impedivit. Inde Lu-
neburgensibus subditis molestus, ad sua reversus, deducta
Steinbrückā, Brunsvico incommodabat, receptoq; milite
qui sub Ottone Kilbergio Bedenburgensem Comitem gravit.
pressérat, Wolferbytum obsidere coepit. Sed à Smalcaldi-
cis discedere coactus, cum inducias violasset, ad deditio-
nem, Mauritio Saxone intermedio cogitur. Bunt. 310.

Hinc Pater

Hinc Pater cum filio Cassellas, ac ille porrò Ziegenhayn deducti; Steinbrückā recuperatā, Johannes Schauenburgicus ac Otto Kilbergius Vasalli Landgravii, quod Henrico adhæsissent, puniuntur. Anno 1546. Smalcaldici arcem Wolfenbuttel, ne recuperata emolumento foret adversariis solo aquarunt. Sequenti autem anno, cæsto jam Electore Johanne Friderico inter conditiones Hassi reconciliandi fuit Henrici Brunsvicensis et filii dimissio. Cæterùm dimissus cum juramento ne quid contra Smalcaldicos tentaturum, lites tamen renovat, et aliis, ut paria facerent, exemplo prodit. Anno 1550. Brunsvicam obsedit, sed utring' armā deponere jussi sunt à Cæsare, qui Henricum inferiorem videbat. Hinc obsidioni Magdeburgicæ se quoq' miscuit. Mox cum Episcopis Monasteriensi et Mindensi Bremensibus et Ericonis patrueli gessit bellum attractis Mansfeldicis copiis. Saulo post à Volrathio Mansfeldico universis ferè finibus iterùm ejicitur, ut ad Cæsarem, qui Metim obsidebat, auxilii caussa proficisceretur. Anno 1553. cum Alberto Brandenburgico, novum bellum, qui militem ejus, ob stipendium non soluta, parum aberat, ad defectionē permoveret, et Brunsviga iterum obsessa. Sed ille victus, hac omissa, cum Socii pecuniam ulterius conferre negarent. Brunsvicenses tamen, præter deprecationem publicam, octoginta florenorum millia, statutis quing' terminis solvenda, promittere necessitatem habuerunt. Posteà Albertum persecutus, per Thuringiam itervenit, et Brunsviga iterum obsessa. Sed ille victus, hac omissa, facians, Johanni-Friderico Saxoni, partim ob veteres inimicitias, partim, quod favere Alberto diceretur, minitatur. Bünt. p. 330. Sed Johanne Friderico cum triga filiorum Gotham secedente, Sibylla autem uxore, Vinaria manente, per Minkuriam Carcellariam res composita, et viginti Imperialium millia à Saxone totidem ab Hasso soluta, Mansfeldii etiam reconciliati. Progressus ad Castra Lichtenfelsam Oppidulum, ac post Culmbacenses ab incolis accensum, occupavit. Plassenburgo et Swinfurto

frustrà tentatis per Thuringiam Wolferbytelium se recepit. Anno sequente ad antiqua consilia revolutus in inferiori Saxonia grassari cœpit, et plerosq' Principes, Mecklenburgicos imprimis, Anhaltinos et Mansfeldicos, ut et Civitates ad dandam pecuniam coëgit. Anno 1558 alteram duxit uxorem Sophiam Sigismundi Poloni filiam, Sigismundi Augusti Regis Sororem, qua Schöningæ, ubi ante Oppidum erexit Kesselodochium, decessit anno 1575.

Ad extremum, cum tot bellorum clad[i]bus, et domesticis ruinis sarciendis, ad Civilem administrationem animum aliquandiu applicuisset, atq' diu satis Concilii Christiani expectatione elusus esset, Augustanam Confessionem veram se judicare, publico dijplomate professus Anno 1568 d. 11. Junii vitâ excessit, et Wolferbyti sepultus est. Concionem funebrem habuit Petrus Ulrerus à Gladbach, Abbas Monasterii Bergensis. Princeps ad quietem demum compositus, antiquum Symbolum: Mein Zuit in Unruhe, commutavit sequent:

In Gottes Gnaden Hab ich's gestalt
Wer sich's gefügt, Dass mir's gnügt.

Filios habuit quatuor: 1. Carolum Victorem anno 1525 natum Patris in Episcopatu, dein in Capitanatu Socium. 2. Philippum Magnum natum 1527. Caroli V Bello Smalcaldico Militem. Linguarum, quas excoluit, ac Historiarum amans; belli à Carolo V. contra Smalcaldicos gesti Historiam ex Hispanico Scriptore Ludovico de Avila in Gallicum Sermonem transcriptam germanicè vertit, Wolferbyti 1582 impressam. Uterq' autem filiorum in prælio ad Sivershusium anno 1553. cecidit.

3. Julium Successorem.

4. Andream 1537. natum, brevi post extinctum, ac Gandersheimi sepultum.

Filiæ

Filiæ item fuere quatuor: 1. Catharina anno 1538. nata Johanni Marchioni Brandenburgensi in Custrin nupta
2. Margaretha Georgio Duci Munsterbergensi juncta.
3. Maria Abbatissa Gandersheimensis mortua anno 1539.
4. Clara nata 1532 Philippo Duci Grubenhagiaco 1560 nubens, vita excessit anno 1595.

§. 89. JULIUS natus anno 1578. d. 29. Junii; Infans per nutricis incuriam dextro pede læsus per omnem vitam vulnus circumtulit. Tempore belli Smalcaldici primum Gandersheimium, post Calenbergam deinceps Lauenburgum missus; in studiis parum profecit, donec à Patre Coloniam missus, ibi dem studiis diligenter incumberet: Hinc Galliam lustravit ac redux Lovanii commoratus, Adrianum Amerobium Svessionensem, Virum Græcas præcipuè literas egregiè doctum sibi adjunxit. Sacris primo à Patre destinatus, Coloniensi Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, indè Postulatus Episcopus Mindensis et Coadjutor Paderbornensis renunciatus est. Anno 1553. ab interitu fratrum Lovanio excitus, quod religioni Lutheranæ nomine dato Patri minus esset acceptus. Anno 1558. Ad Affinem Johannem Marchionem Brandenburgensem secessit: At Patri reconciliatus, Joachimi Brandenburgensis Electoris filiam Hedwigem anno 1560 duxit. Ab excessu Patris Religionem Pontificiam planè abolevit, usus in retanda Petri Ubreri Abbatis, Joachimi Mynsingeri à Frundeck, Cancellarii, Bartholdi Reichen Decani Blasiani, Martini Chemnitii et Jacobi Andreæ Consiliis ac operâ.

Autor etiam fuit Johanni Loebero Riddageshusani Coenobii Praesuli, ut eandem Confessionem reciperet, quod et ille fecit, et institutâ Scholâ abb. cujus exemplo et Eberhardus Hollius, Verdensis Episcopus ac Abbas Lunaeburgensis ad St. Michaëlem in totâ ditione sua Majorum cultum antiquavit, et Augustanam Confessionem recipiendam curavit. Thuan. l. 43. Cum Civitate Brunsvicensi de restantibus Controversiis ao 1569. transegit, praestitumq; ab Urbe Homagium recepit. Bünting. Anno 1570. Vicum ante Wolferbytum à Patre Henrico Stadium vocatum, perfecit adducto insigni, candidi ad stadium coronatam equi, ad cursum expediti.

Eodem anno Gymnasii Gandersheimensis dedicationi, ubi Martinus Chemnitius Concionem, Nicolaus Selneccerus Adamq; Risander et Esaias Preusserus Orationes habuere, interfuit. Anno 1574. Paedagogium Gandersheimio Helmestadium fuit translatum, ac 28 Julii publicè praelegi coeptum.

A. 1575. Wolferbytigravi supplicio affecti, qui per praestigias Alchymisticas opibus vitaq; Ducis insidiati. Bunting. p. 344.

Eodem anno Maximilianus II. Privilegia ac insignia Helmestadiensi Academiae, singulisq; facultatibus contulit. Bünting.

Anno 1576. Editum est Corpus doctrinae Julium, tria Symbola oecumenica, Augustanam Confessionem, cum ejus Apologia, Smalcaldicos Articulos, Catechesin Lutheri, compilatum.

Eodem anno d. 15. Octobris Helmestadiensis Academia solenni ritu introducta, praesentibus Julio Duce Conditore cum triga filiorum, Henrico Julio, Philippo Sigismundo

et Jouche

et Joachimo Carola, multisq; Comitibus, Dynastis, Nobilibus ac Legatis. Post Concionem a Martino Chemnitio habitam, Henricus Julius primus Academiæ Rector per Mynsingerum Cancellarium renunciatus est. Historia Introductionis seperatim prodiit Helmestadii 1579. Cumanno 1582 Otto ultimus Hoyensium Comes decederet, Julio ex ea hæreditate accrevêre sequentes Arces ac Præfecturæ: Holtzmau, Gyrnsburg, Victori Friedeburg, Friedenburg, Delmau, Varrelburg, cæteris ad Luneburgenses at Hassos devolutis. Hoyensia et Brochthausensia insignia tertiam galeam suis insignibus intulere.

Anno 1583. Dux Julius Magdeburgensi ad S. Jacobum Ecclesiæ, plumbum, quo nova turris, quæ ex illo Julius Thurm appellabatur, tecta, donavit.

Anno 1584 Ab obitu Erici Junioris cognati, Patavii mortui ejus hæreditatem occupans, Doctrinæ Pontificiæ reliquias in novo Principatu abrogavit. Büsching. p. 352.

Anno 1587. Helmestadiensem Academiam sequentes ornavêre Principes studiis ibidem operam dantes: 1. Joachimus Carolus. 2. Julius Augustus, Julii Ducis filii 3. Wilhelmus, 4. Otto, 5. Johannes 6. Fridericus Ottonis Harburgici filii 7. Ernestus Holsatiæ Comes 8. Ernestus. 9. Martinus fratres Reinsteinii Comites.

Demum cum 21 annos ditionem in summa tranquillitate rexisset, ut verus Pater Patriæ, juxta Symbolum suum, aliis inserviendo consumtus, placidè in Christo obiit

d. 3. Maji 1589. ac Wolferbyti magnificè sepultus est.
Liberos habuit sequentes: 1. Sophiam Hedwig 1561. natam, Ernesto Ludovico Pomeraniæ Duci 1577. nuptam, 1599. mortuam.
2. Henricum-Julium Successorem
3. Mariam, 1566. natam Francisco Saxo Lauenburgico 1582 nuptam
4. Elisabetham 1567. natam Adolpho Holsatiæ Comiti junctam,
5. Philippum Sigismundum proximo post avi obitum die 1568. natum Episcopum Verdensem 1586. et Osnabrugensem 1591. constitutum.
6. Margaretham natam 1571. mortuam 1580.
7. Joachimum-Carolum natum 1573. Præpositum Argentinensem
8. Sabinam Catharinam natam 1574 mortuam 1590.
9. Dorotheam Augustam natam 1577.
10. Julium Augustum natum 1578.
11. Hedwig natam 1580.

§ 90. HENRICO-JVLIO anno 1564 d. 15 Octobris nato, adhuc bimulo Canonici Halberstadenses, quo Religionem Pontificiam firmarent magis, eâdemq; operâ magno sese ære alieno levarent, hâc lege Episcopatum addixere, ut mille Joachimicis annuis contentus, reliqua vectigalia ad æs alienum dissolvendum seponerentur. Sed cum Pater Evangelicam Religionem assumsisset, spe sua excidere vid. Thuan. l. 36. Indè ex resignatione Hermanni Schaumburgici Episcopatum Mindensem impetravit, quo se in favorem Fratris Philippi Sigismundi, qui tamen spe sua frustratus, abdicavit. Anno 1589. Patri succedens cum Philippo-Sigismundo fratre omnes Præfecturas divisit. Ipse natu et ludos eidem cessit. Anno 1590. Cronenburgi in Dania, præsente Jacobo Scotiæ Rege, aliisq; Principibus Germanis, nuptias celebravit cum Elisabetha Friderici II. Daniæ Regis filia. Domiductio tantâ cum magnificentiâ Wolferbyti celebrata, ut 48. Principes utriusq; Sexus ibidem conspecti.

Anno 1592

Anno 1592 Post visitationem Academiæ Helmestadiensis decreta novi Collegii structura, cujus primis lapis à Pro Rectore posito. Anno 1593. Post obitum Ernesti ultimi Comitis Holnsteiniani Henricus Julius Lohram et Clettenbergam, Patri Julio jam tum ab Episcopatu Halberstadensi in feudum commissa, occupavit. Cum autem à Collegio Canonicorum Administrator Walkenredanus in locum Comitis Holnsteiniani renunciaretur Carolus Guntherus Comes Schwarzburgicus ei se opposuit, quod confirmationem ab Abbate Campensi Visitatore Walkenredense acceptisse prætenderet, Prædia quoq; eo spectantia ut dem Gülch, occupavit, unde lites in Camera Spirensi exantlavit.

Anno 1596 defuncto Philippo ultimo, Grubenhagiacam successionem sibi soli asseruit. Unde cum reliquis agnatis, qui se gradu propinquiores præverti fremebant, controversia gravissima orta, sed Henricus Julius ad extremum succubuit Spener. p. 170.

A. 1598. Cum Hispani in occupandis Clivensibus et Bergensibus laborarent, Henricus Julius oppressis subsidio misit Legionem quæ tamen gravissimam seditionem movit, gravibus etiam suorum Bibl. 357.

Anno 1599. Johanne Georgio ultimo Reinsteinianæ Comite demortuo, Henricus Julius Reinsteinianum & Blankenburgense Castella occupavit, horumq; Comitatuum insignia clypeo inferta.

Quod autem Brunsvicum tandiu negasset homagium, ac post publicatam 1602 rebellionis declarationem, Ducatum Dominii invasissent Cives 1605. repentina irruptione, occupatâ jam stratagemate porta Urbem intercipere tentavit Dux, cumq; consilium, rejecto à Sorte milite, eventus destituisset, obsidio secuta, cujus historia brevissimis à Spenero p. 171. protexte in magno opere Actorum Brunsvicensium describitur.

Anno 1611. Bannum contra Civitatem Brunsvicensem per

Fecialem Cæsareum Halberstadii publicatum, Henrico Julio commissâ executione

Anno 1613. Henricus Julius Pragæ placidè obiit, ac Wolfenbyti sepultus est. Princeps erat literis egregiè excultus, ac Mathematicarum Artium prolè gnarus, unde multum operæ in exstruendis magnificis structuris posuit, ceu Helmstadiensi Julæam, Halberstadensis domus Dn. Comitis, Palatium Pragense Gröningensis arx cum templo et prægrandi dolio testantur.

§. 92. Prima Henrici Julii uxor Dorothea, Augusti Electoris Saxoniæ filia eidem peperit Dorotheam Hedwigen Rudolpho Principi Anhaltino 1602. nuptam.

Ex altera uxore Elisabetha Danicâ genuit

1. Fridericum Ulricum Successorem
2. Sophiam Hedwig 1592. natam, Ernesto Comiti Nassoio nuptâ
3. Elisabetham 1593 Augusti Saxoniæ Ducis, et postea Johannis Philippi Ducis Sapo-Altenburgici uxorem.
4. Hedwigem Ulrico Pomeraniæ Duci 1609 consignatam
5. Dorotheam 1596. Christiano Wilhelmo, Marchioni Brandenburgico Administratori Magdeburgensi nuptam.
6. Henricum Julium anno 1597. natum anno 1606. mortuum
7. Christianum, 1599 n. Postulatum Episcopum Halberstadiensem
8. Rudolphum 1602 natum, postulatum Episcopum Halberstadiensem, in Collegio Principum Tubingæ 1616. mortuum sepultumq;
9. Henricum Carolum 1609 Postulatum Episcopum Halberstadiensem in Academia Julia 1615. mortuum.
10. Annam Augustam 1612. Georgio Ludovico Comiti Nassovio Dillenburgensi matrimonio junctam.

§. 92.

§. 92 FRIDERICVS VLRICVS natus 1591. d. 5. Aprilis Helmestadii ac Tubingæ bonis literis eruditus, Galliam, Angliam ac Belgium invisit. Ab excessu Patris non modo successionem in Principatu, sed et in Administratione Wallenredensi adiit. Cum Brunsvicenses arcem quidem Duci in Urbe, non verò portæ claves permittere vellent, ruptis Hannoveranis tractatibus, obsidio anno 1615 à 22. Julii ad initium usq; Septembris secuta. Subsidium Fridericus Solmensis Comes Hassicarum Civitatum nomine intulit, missо etiam ea fini Henrico-Friderico Nassovio à Batavis. Itaq; interpositione Regis Daniæ, plurium Electorum, Principum et Civitatum in Steterburgensi Monasterio pax concluſa d. 21. Decembris, ac sequentis anni 6. Februar. servatis privilegiis, à Civibus Duci homagium præstatur et proscriptio abolita, videatq; Braunschweigische Reinigung Handlung, das ist: Fürstl. Begnad: und Verzeihung deßjenigen, was bey ihr. Fürstl. Hochgebornen Fürsten, H. Herrn, H. Friedrich Ulrichen, Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg Norgenannetens Belagerung der Stad Braunschweig von dag zu tage, beyd zu gethanen Mandaten, Puncten und Artickeln die Stad abe Braunschweig sich zugetragen, anno 1615.

§. 93. In Causa autem Grubenhagicâ, adversus Patrem Henricum Julium 1609 concepta Sententia demum anno 1617 publicatâ, qua Vix Possessionem Principatus cum fructibus Luneburgicis restituere jussus. Spener p. 171.

§. 92. Anno 1618. Fridericus Ulricus Bibliothecam ab Avo Julio condi coeptam ab Henrico Julio præcipue cœntis Mathiæ Flacii libris auctam Academiæ Juliæ donavit.

§. 95. Anno 1623. Translationem Electoratus in Maximilianeum Bavarum palam improbavit, et sequenti bello Saxico, Regis avunculi Christiani IV. partes secutus est. Verum frustra adventantem Wallensteinium ingressu in Principatum conatus arcere. Vid. Brachel. l. 2. pag. 91. Quandoquidem verò Rex ipso destituto regimen Ducatus committeret Fratri Christiano, Episcopo Halberstadiensi post prælium ad Lutheram ad Cæsarem rediit. Brach. l. 3. Wolferbytum verò quod à Christiano Dani habebant, per Papenheimium Ocari inundatione domandi fuit. Cum Lipsiæ anno 1630. ob defensionem Evangelici convenissent, hujus Ducis nomine etiam Legati eo suo tempore.

§. 96. Tandem anno 1634 Fridericus Ulricus ultimus Brunsvicensis lineæ, nullis ex Anna Sophia Brandenburgica, quæ Schoeningæ postea consenuit, relictis liberis, extinctus, hæredes agnatos Luneburgicos habuit.

§. 97. Aliquot annis ante Ducis obitum, quinque Satrapæ Provinciæ Regimen involantes, ipsum Dominum ab intima publicarum rerum cognitione exclusere, Vid. Autor exemplorum, quibus Lamberti Danei Aphorismi Politici et Militares illustrati pag. 420.

§. 98. Corpus Ducis Friderici Ulrici diu inhumatum stetit Brunsvici.

§. 99. De CHRISTIANO, fratre Friderici-Ulrici, Episcopo Halberstadiensi anno 1599. nato, Ferdinandi II. hoste infensissimo, Friderici Palatini defensore, ferociâ militari inclyto, in Historia Halberstadiensi pluribus egimus.

§. 100. Atq; sic, divinâ adjuti gratiâ, absolvimus Historiam Ducum Brunsvico Luneburgensium, nondum eo modo, et quod absq; jactantia dixerim eâ fide atq; industria à quoquam pertractatam.

CAPUT XI
DE
DUCUM SAXO-LAUENBURGICORUM HISTORIA.

§ 1. Duces Saxo-Lauenburgici ad unicum hodiè Principem Julium-Franciscum rèdacti, Originem trahunt à Marchione Soltwedelensi Alberto Urso, Ottone Ballenstetensi, et Eilica, Magni Billingianæ familiæ ultimi Saxoniæ Ducis filia, nato, cui Ducatum Saxoniæ Henrico Superbo anno 1137. abjudicatum commisit Conradus III. Imp. Vid. Historiâ Bardovic. c. 6. §. 8. p. 184.

§. 2. Albertus BERNHARDUM Comitem de Anhalt genuit, qui, Henrico Leone Majestatis damnato, à Friderico I. Imperatore Ducatum accepit Saxoniæ anno 1179. Vid. p. 205. Atq; is Bernhardus est, qui primus serti rubacei insignia quæ in præsentem diem superstant familiæ Saxo-Lauenburgicæ à Friderico Cæsare accepisse dicitur V. Hist. Bard. p. 205. Condidit hic Bernhardus aut instauravit fortè Lauenburgum ad Albim, destructo Erdenburgo, quod vulgo hodiè vocatur Adenburg.

§. 3. Tres genuit filios: Albertum, et Henricos duos Henrici Junioris, cognomento Pinguis Posteritas defecit in filiis.

Henricum Seniorem Anhaltinorum Principum Satorem in Historia Anhaltina contemplabimur.

Hic de Alberto ejusq; Posteris agemus.

§. 4. ALBERTVS I. Dux Saxoniæ, Angriæ et Westphaliæ in aula Friderici II. educatus, hinc in expeditione sacra anno 1228. adstitit, et ad Pelusium fortiter se gessit. Ab Henrico Comite Swerinensi captus Lauenburgi cessione libertatem redemit. Cum Ottone puero primo Duce Brunsvico-Luneburgensi, de finibus, Titulo, & insignibus convenisse volunt. Krantz. Sax. l. 8. c. 28. Decessit Albertus anno 1260 relictis filiis ex Helena Ottonis IV. Imperatoris filia pluribus, in Historia Saxonica memoratis, potissimum autem Alberto II. Electorum Saxoniæ antiquorum Patre, & Johanne Duce Saxo-Lauenburgico, quem Diplomate 1256. à Patre Alberto proponi miror.

§. 5. JOHANNES Alberti I. filius, Bernhardi Nepos Alberti Ursi Pronepos, frater Alberti II. Electoris Saxoniæ auctor est lineæ Saxo Lauenburgicæ. Diplomate quodam 1285. dato, præter Saxoniæ Angriæ et Westphaliæ Ducem vocat etiam Burgravium Magdeburgensem. In ejus autem Genealogia non consentiunt. Quæ ante paucos annos in scripto quodam Anhaltino exhibita est Genealogia, Saxo Lauenburgicam et Anhaltinam cognationes demonstrans, statim Johanni filium subjungit Ericum I. Brotuffius verò in Anhaltino Chronico lib. 5. cap. 10. et alii Genealogici Johanni I. Johannem II. eidemq; ex Elisabetha Pomeranica Johannem III. tribuunt, quem Ericum I. genuisse volunt. Vid Brotuff. lib. 5. cap. 11.
Quod si Anhaltinos sequimur, Johannes I. tres habuit filios Johannem II. Albertum et Ericum, Nam in Diplomate

quodam

quodam Albertus II. Dux Saxoniæ Johannem et Albertum fratueles suos vocat: ubi in margine notavit Anhaltini, hos Johannis I. filios, Erici I. fuisse fratres, cum tamen Ericus I. patrem habere potuerit Johannem II. Neq; tamen repugnaverim planè, cum præsertim in diplomate, quo oppidum Möllen Lubeccensibus oppignoratum Albertus et Ericus nominentur, quamvis itidem nihil prohibeat, quo minus oppignoratio à Patruo Alberto et Erico ex Johanne fratre Nepote instituì potuerunt.

§. 6. Cæterum quoniam in Oppignorationem Möllensem incidimus, cum ea Controversia ab aliquot annis ferviliùs agitari cœpta, non incommodum fuerit de ejus Originibus hoc loco agere. Et primò quidem certum oppidum Möllen (nesciò an solum, an statim cum castro Ritzerau) anno 1359. ab Alberto et Erico Saxoniæ Ducibus Civitati Lubeccensi pro 9737½ marcis denariorum monetæ Lubeccensis oppignoratum, sic tamen ut solutio non facta marcis denariorum, sed aureis Lubeccensibus Dativis 15580. quorum valor æquavit prædictam marcarum denariorum summam. Aurei illi dicti fuerunt Liliati, à flore Lilio, quo altera facies insignita, et valorem Ducati habuerunt. Antiquatis autem, remotis et abrogatis ejusmodi aureis successere Ducati, qui loco Lilii imaginem S.t Johannis Patroni Lubeccensium, et loco nominis Floreni, ver-

bum Moneta repræsentarunt. Anno 1370. d. 7. Januar. Ericus Dux Saxoniæ mutuo accepit à Lubeccensibus 1626 marcas Lubecensium denariorum, quæ Summa iterum aureis Lubeccensibus exsoluta, pro qua oppignoratum Oppidum Bergerdorff vulgò Bardorff cum suis pertinentibus, addità hac dictâ Cautione, ne Mölna sine Bergerdorffio, nec Bergerdorffium sine Mölna restituerentur. Hæc ipsa Oppignoratio anno 1401. ab Henrico Duce ejusdemq; filiis Johanne & Erico Juniore denuò confirmata. Anno autem 1408. Contentionibus inter Ducem et Lubecam coortis, illi occuparunt Mölnam et appropinquantibus Militibus Lubeccensibus exustam deseruerunt. Vid. Kranz Vand. lib. 10. c. 14. In illo incendio quinque saltim domus maxsere superstites, ipse locus vel in præsentem diem exin vocatur Nie Hüsen i. e. Pünf Hüsen. Hunc tamen vastatum locum denuò pro 41600 ducatis recepere Lubeccenses, summaq; curâ reparârunt. In templo Mölnensi habetur inscriptio antigua docens quinquaginta octo annis Lubeccenses in structura occupatos fuisse. Verba ita habent:

Anno 1413. Do vp dessen Dach vp dem Torne
to Bebünden, ün ik daran grmüsset in de Nacht
Pöstag jagen, ün ik gebündet Hans dem rhplichen
Rade ünd den Medeborgern der Stad Lübeck
ün düsser Vlede damit bevgt, bidde Gott vor sie.

Quia

Quia etiam in Diplomate Pacificationis inter Ericum Seniorem cum filiis Johanne et Erico Iuniore, et Lubecam Anno 1410 d. Fabiani Sebastiani confecto permittit Lubecensibus restaurare Palatium Ducale dict. Brunsuiis; multa impensa ex eo in annos 1489 à Camerâ Lubecensi hoc nomine sunt facta, quo intervallo temporis etiam domus Vectigalibus recipiendis haud mediocribus sumtibus exstructa. Adeoq restaurati Oppidi, ac in melius restitutio magnis impensis Lubecae constiterunt. Et tantum de famosa illa oppignoratione, quae quomodo se habeat hodie, ad finem praesentis historiae commemorabimus.

§. 7. Ex dictis autem patet, anno 1359. quo Oppignoratio coepit duos imprimis floruisse Duces, Albertum et Ericum, hunc vero Ericum (neq; enim puto alium esse) adhuc anno 1370. vixisse: porrò anno 1400. Ericum quendam Patrem cum duobus filiis Johanne et Erico exstitisse. Jam igitur cum tempore inquirendum, quinam hi fuerint Principes? Scrupulum Genealogicum jam antea expressimus, in eo versantem: an Ericus I. sit Johannis I. (quod Anhaltini volunt) an Johannis II (quod ipse conjicio et habet Chytraeus Sax. lib. 2. pag. 62) an Johannis III. (quod Brotuffius censet) filius? Interim Johannes I. vix videtur anno 1285 decessisse, ut est in Tabulis Tubingens. et Chytr. l. c.

nisi dicere malis, eodem anno, quo Diploma, quod §. 5. laudavimus, ab ipso exhibitum, exspiravisse. Porrò Johanni I. Anhaltini tres assignant filios, Johannem II. Albertum II. et Ericum I. et istum quidem anno 1315. illum 1314. postremum 1360 decessisse volunt: quæ si rectè se habent, ab Alberto II. et Erico I. Mölnam Lubecensibus oppignoratam vix mihi fit verosimile. Alberto speculariis tribuitur linea, quam in quarta generatione Georgius Ernestus finiverit. Spener. Syll. Geneal. p. 251. Tubingenses ei assignant Albertum III. et Ericum III. anno 1401. mortuum, et Erici uxorem tradunt Catharinam, Magni Torquati Ducis Brunsvico-Luneburgensis filiam.

§. 8. ERICVS I. juxta meas Conjecturas Johannis II. filius ex Elisabetha Pomeranica ERICVM II, hic ex Agnete Gerhardi Holsatiæ Comitis filia ERICVM IV. genuit. Atq; hunc Ericum non malè putat Spenerus Lubecensibus Mölnam eripuisse, quam incensam et desertam à Ducibus, ac post Lubecensi pecunia redemtam diximus.

§. 9. ERICVS IV. ex Sophia (aliis Catharina) Brunsvicensi plures suscepit liberos de quibus vid. Brotuffius lib. V. c. 4. Fuere autem sequentes:

1. Ericus

1. Ericus.
2. Johannes, quem eundem esse reor, qui oppignoratio-
nem Mölnexsem cum Patre confirmavit
3. Magnus Episcopus Caminiensis et Hildesiensis.
4. Albertus Canonicus Hildesheimensis
5. Otto.
6. Bernhardus.

Ex his Ericus Patri successit: Bernhardus Stemma
propagavit.

§ 10. ERICVS V. in Historiis de Controversia ob Successionem in Electoratu Saxonico notissimus est. Extincta enim in Rudolpho III. et Alberto III. Saxoniæ Electorum familia, sibi conferri dignitatem cum Provinciis petiit. Verum uti ad annum 1414 non nisi Ducatus Lauenburgici feudo investitus (alias Investituræ Diploma, quod per Episcopum Passaviensem, et Conradum Winsbergensem obtentum, falsi postulabatur) ita Fridericus belliciosus Misniæ Marchio, eidem est prælatus. Nihilominus proximo tempore Duces Saxo-Lauenburgici Electoris et Archi-Mareschalli titulum sibi arrogarunt, sed et præsenti Seculo Jus sibi superesse contenderunt Mithobiano scripto. Ericus autem nullis ex Elisabetha Conradi Comitis Winsbergici filia relictis liberis Anno 1431 decedens Successorem habuit Bernhardum fratrem.

§. 11. BERNHARDVS ille ob aliquas lites cum Friderico I. Electore Brandenburgico vastavit Brigniticam, qui vi-

cissim

cisim reparatum Erdenoburgum destruxit. Krantz. Sax. l. 11. c. 22. Mortuus est anno 1464 juxta Chytraeum, Tübingenses et Spenerum; juxta Brotuffium autem lib. 5. c. 19. anno 1469. Dissensiones et Pretensiones Johanni ex Adelheide Pomeranica filio relinquens.

§. 12. JOHANNI cum Lubeccensibus ob Mölnam nova fuit contentio. Mortuus est anno 1498. juxta Brotuffium, cum Tabulae Tübingenses habeant annum 1507.
Filios habuit ex Dorothea Friderici II. Electoris Brandenb. filia:
1. Ericum Hildesiensem, eoq; Episcopatu Johannis fratri tradito, Monasteriensem Episcopum.
2. Rudolphum } in maturâ aetate extinctos
3. Fridericum }
4. Bernhardum Praepositum Colonienſem.
5. Johannem, Episcopum Hildesiensem, Belli Hildesiensis in Historia Ducum Brunsvico Luneburg. expositi Autorem.
6 Henricum in Juventute mortuum.
7. Magnum, Successorem.
De filiabus Vid. Brotuff. lib. 5. c. 20.

§ MAGNVS acris ingenii et animi Princeps anno 1599. Hadeleriam terram a Bremensi Archi-Episcopo Johanne Rhodio, quem fratri suo in electione praelatum dolebat, occupatam, implorato omnium vicinorum Principum auxilio, et solo terrore Legionis Militum ex Belgio evocatae, recepit. Chytr. Saxon. lib. 2. p. 66. quamobrem Johannes rebus suis firmandis Coadjutorem Christophorum Ducem Brunsvicensem coactus est assumere. Etiam cum Henrico Razeburgensi Episcopo Duci lites de libertatibus et Juribus Collegii, et Servitutibus, quas

praedis

prædiis Ecclesiasticis sub obtentu Advocatiæ imponebat. His adversatus Præsul, Papales impetravit inhibitiones: quibus Princeps irritatus magis Contributiones à Collegiis et Ecclesiâ subditis exigit. Unde Episcopus ad Henricum Ducem Luneburgensem Ottonis filium profectus, eidem ut Imperatoris Commissario nomine Regalium præstat Juramentum fidelitatis. Quandoquidem autem instinctu Ducis Johannes Daldorp ex Nobilitate primariâ bello indicto pagos aliquot eriperet, Episcopus vicissim armis suis utens excommunicatione totam Magni Provinciam afficit, et à Legato Pontificio Citationes et interdicta impetrat. His acceptis, Dux amicam compositionem se initurum simulans, et ad diem condictum Mense Martio 1517. veniens, armatis stipatus, Curiam Episcopi irrumpens, eidem et Canonicis custodias ponit, ac literas extorquet, quibus pro se et Successoribus Privilegiis Cæsareis et Pontificiis renunciantes, solum Ducem Saxoniæ Dominum & Patronum agnoscerent. Etiam statutum erat, ne ab his promissis superiore autoritate liberarentur, secus facientes 4000 ducatis multarentur, quorum dimidia Summa Romano Pontifici, altera Principi penderetur. Post illa Præpositus, Decanus & plerique Canonici Lubecam secedentes, ad Leonem Papam & Cæsarem rem omnem deferunt, et absolutoriam, monitoria

ac Mandata poenalia ad Ducem impetrant. Christophorus Bremensis Archi-Episcopus Ducem citat, At Sorore Episcopi eãdemq; Magni Conjuge intercedente, varia tractationes Buxtehudæ, Luneburgi et alibi frustrà instituuntur: Dux autem damnatus et excommunicatus graviora tentat, omniaq; bona Episcopatus occupat. Tandem per Commissarium Pontificis Johannem Episcopum Lubecensem, adhibitis Henrico et Alberto Mecklenburgicis Controversia anno 1519. composita, Magno Duce absolutionem coram petente, et literas vi extortas restituente, quæ omnibus inspectantibus in ignem conjectæ nonnullis litibus ad Cameræ Judicium rejectis. Historiam fusè exponit Chytræus lib. 7. Sax. p. 195. Eodem anno cum Frisii Wursatæ Archi-Episcopi Bremensis Legatos nova tributa imposituros trucidasset, Magni Ducis auxilium implorarunt, qui in Wursatiam descendens, Archiepiscopo excitatam demolitus. Quod autem Henricus Dux Mecklenburgicus in Conventu Principum Luneburgi pro Magno verba faceret, contra Christophorum Archi-Episcopum decretum tandem, ut Magnus documenta sua in Wursatiam delectis Arbitris exhiberet, qui causam intra triennium finirent Vid. Chytræ lib. 7. sax. rer. Obiit Magnus anno 1543. Uxor ejus Catharina, Henrici Senioris Ducis Brunsvicensis filia, genuit

1. Franciscum successorem.
2. Dorotheam Christiani III. Daniæ Regis.
3. Catharinam Gustavi I. Sveciæ Regis,
4. Claram Francisci Ducis Brunsvicensis
5. Sophiam Antonii Comitis Oldenburgensis

6. Ux. Julian.

6. Ursulam Henrici Ducis Mecklenburgensis Uxores, quarum postrema paulò post nuptias obiit. Brotuff. l. 8. c. 21. qui in hoc fallitur, dum Claram et Ursulam sic venerat as. sicredit extinctas.

§. 14. FRANCISCVS in Compescendis Monasterien sibus Anabaptistis anno 1535 nomen adeptus, ducta anno 1540 uxore Sibylla, Henrici Saxoniæ Ducis filia, Mauritii et Augusti Saxoniæ Electorum Sorore, anno demum 1578. senio confectus cognomini filio regimen ditionum tradidit, triennio post, anno scilicet 1581. mortuus.

§. 15. Hujus Francisci filii fuerunt:

1. Albertus, filiorum major, qui immaturus obiit.

2. Magnus instabilis et hebeti ingenii Princeps, qui anno 1568 in Svecia Gustavi Regis filiam, Erici et Johannis Regis Sororem duxit, unde filius Gustavus anno 1592 (aliis 1597) apud Matrem obiit.

3. Franciscus. Huic Provinciæ administrationem cessarat frater, cui frater Magnus bellum propterea intulit, magnum vicinis terrorem injiciens. Sed cum aream Razeburgensem muniri frustrà tentasset, nec stipendia militibus exsolvere posset, Circuli etiam Saxonici Copiis cum auxiliis Sociorum in procinctu esset, Copiæ illæ dirupto Collegio Canonicorum Razeburgensi, à Duce Magno desertæ iterum dissipatæ sunt. Magnus in Sveciam ex Germania aufugit, neq; ibi etiam diu duravit. Nam in Regis Johannis indignationem incidens, relicta Conjuge et assumta Sueciæ ejectus, paterna quoq; ditione Saxonica excidit, ac captus demum à fratre in carcere Razeburgensi obiit anno 1603. Chytr. Sax. l. 23. p. 624.

4. Henricus Archi Episcopus Bremensis, Episcopus Osnabruggensis, et Administrator Paderbornensis, qui licet Evangelicus, coelebs tamen mansit, nec publicè in Religione aliquid immutavit, vita excedens anno 1585.

5. Mauritius, qui in Belgio Johanni Casimiro Palatino militavit, eoq; in Angliam profecto, Copiis praefuit: Sed ab Hispanis in angustias redactus, discedendi tamen licentiam suis obtinuit. Spener. pag. 253. Obiit 1616.

6. Fridericus Praepositus Bremensis et Canonicus Coloniensis multa contra Gebhardum Truchsessium Archi-Episcopum egit, initio Spe Electoratus ductus; quā tamen excidit. Spener. Sylt. Geneal. pag. 253.

Praterea tres Filias habuit Franciscus 1:

1. Dorotheam, quam Wolfgango Duci Brunsvicensi nuptam tradunt Tabulae Tübingenses.

2. Ursulam, quae Henrico Duci Brunsvico Lunaburgensi in Danneberg nupta, mater fuit Augusti Nestoris Germaniae.

3. Sidoniam-Catharinam primo Wenceslao Duci Teschinensi in Silesiā, deinde Emerico Forgatio junctam.

§. 16. FRANCISCVS II. Francisci 1. Filius olim in Belgio Alexandro Farnesio operam militarem dederat anno 1579. ejusq; ope frater Mauritius postea servatus.

Uxores habuit duas, ex quibus numerosam suscepit prolem duodecim nempè Filios et septem Filias.

§. 17. Ex primo siquidem Matrimonio cum Margaretha, Philippi Pomeraniae Ducis filiā, genuit

1 Mariam natam 1575.

2 Catharinam-Ursulam natam 1578

3. Philippum anno 1580 natum 605 extinctum

4 Antoniū

4. Antonium natum et denatum 1581.
5. AVGVSTVM anno 1579. d. 17. Februarii natum, qui ditiones Saxo Lauenburgicas diu rexit. Ex prima uxore Elisabetha Sophiâ, Johannis-Adolphi Holsatiæ Ducis filia illi nati
I. Franciscus-Augustus anno 1623. sequenti anno mortuus.
II. Sophia-Margaretha 1622
III. Anna Elisabetha, 1624. (1654
IV. Sibylla-Hedwig 1625. Patrueli Francisco Erdmanno nupta
Ex altera uxore Catharina Johannis Comitis Oldenburgensis filiâ genitus Johannes-Adolphus 1626. obiit 1646.
Ipse autem Pater Augustus obiit anno 1656 d. 18. Januar.

§. 18 Ex alterâ Conjuge Maria Julii Ducis Brunsvicensis filia, quæ anno 1626. obiit Franciscus II. genuit:
1. Franciscum-Julium
2. Julium Henricum
3. Ernestum Ludovicum
4. Joachimum Sigismundum
5. Franciscum Carolum
6. Rudolphum Maximilianum
7. Franciscum-Albertum.
8. Johannem-Georgium
9. Franciscum-Henricum
10. Hedwigem Sibyllam n. 1588. 17. Octobr.
11. Julianam n. 1589. d. 25. Decembris; Friderico Duci Holsatiæ in Norburg nuptam 1630 mortuam.
12. Sabinam Catharinam anno 1591. natam et mortuam
13. Heidwigem Mariam n. 1597. Hannibalis Gonzagæ Conjugem
14. Sophiam Hedwig n. 1601. Philippi Ducis Holsatiæ in Glücksburg uxorem.

De singulis, exceptis Joachimo Sigismundo, qui anno 1593 natus ..... decessit, et Johanne Georgio qui anno 1606 genitus, sequenti anno vivere desiit, separatim dicemus.

§. 19. FRANCISCVS-IVLIVS d. 12. Septembris 1584 natus, ex Agnesa uxore, Friderici Würtenbergici filia genuit

1. Franciscam-Mariam,
2. Mariam Sibyllam,
3. Franciscum-Fridericum
4. Franciscum Julium
5. Johannam Julianam.
6. Ferdinandum Franciscum,
7. Franciscum Ludovicum,

Sed omnes intra vigesimum et trigesimum praesentis seculi annum amittens, cum ipse 1634 decederet, fratrem Julium-Henricum reliquit haeredem.

§. 20. IVLIVS HENRICVS Anno 1586. 9. Aprilis natus, Religionem Pontificiam amplexus, Caesari militavit, multasque possessiones in Bojemia ac imprimis Schlackenwerdam praenobili sorte inclytam obtinuit. Cum prima uxor Ezardi II. Comitis Ost-Frisiae filia, quae antea Friderici IV. Electoris Palatini, postea Ernesti Friderici Marchionis Badensis uxor fuerat, improlis decessisset, ex secunda Elisabetha Sophia Johannis Georgii Electoris Brandenburgici gnata, Jani Principis Radzivilii vidua, suscepit Franciscum Erdmannum. Tertiam deinde duxit uxorem Annam Magdalenam Poppeliam de Lobcowitz, viduam Nicolominaei Ducis Amalphitani, quae ante hoc triennium in Bojemia obiit. Haec peperit 1. Julium-Henricum natum 1633. sequenti anno mortuum 2. Franciscam natam et denatam 1634

3. Mariam

3. Mariam Franciscam Benignam natam 1635. Octavio Ricciominaeo Duci Amalfitano juctam.
4. Julium-Franciscum hodiè regentem Principem

§. 21. ERNESTVM LVDOVICVM d. 7. Julii 1587. natum Anno 1620 haud procul Lintzio cum Viennae militarem operam adderet Caesari vellet, Rustici tumultuantes interfecerunt, nullâ aliâ de causa, quam quod Dux forte super mensam ad temerè gloriantes dixisset: laeterentur modo, assuturos mox alios hospites, qui id iis gaudium facilè eripturi sint. Brachel. l. 1. p. 23.

§. 22. FRANCISCVS CAROLVS natus d. 2. Maii anno 1594. Cum anno 1630 pro Svecis delectis ageret Ratzeburgo, à Fratre exclusus, et à Papenheimio captus, honorata custodiâ servatus est Brachel. lib. 4. pag. 177.
Obiit Neuhusii anno 1660. Ex tribus uxoribus:
1. Agnesa Johannis Georgii Electoris Brandenburgici filiâ, Philippi Julii Ducis Pomeraniae vidua;
2. Catharinâ, Johannis Sigismundi Electoris Brandenburgici filiâ, Bethlemii Gaboris Transylvaniae Ducis vidua,
3. Comite quadam Mechaviense (Citavocat Zeilerus Nov. Ann. X. Cragius. pag. 857) nullam reliquit Prolem.

§. 23. RVDOLPHVS MAXIMILIANVS d. 19. Julii 1596. natus, Bavaricis auspiciis militavit, et ad Pontificios transiens, anno ..... obiit. Venetam Nobilem eidem uxorem fuisse reperi.

§. 24 Franciscus-Albertus natus 31. 8bris 1598. Cum relicto Cæsare se Svecis applicuisset, in prelio Lützensi Regi morituro præsto fuit, cumq; deinde Consiliis Wallensteinii participaret, à Cæsareanis captus et Viennam ductus est. Vid. Brachel. l. 5. p. 235. Tandem anno 1652. Königsmarkio fugato in Bronten-sohnium ad Schwitniciam incidens, superatusq; et captus ex vulnere decessit. Brachel. lib. 6. pag. 300 Uxor ejus fuit Christina Margaretha Johannis Alberti Mecklenburgici filia, imprölis mortua.

§. 25. Franciscus-Henricus ex Maria Juliana Comitis Nassovii filia genuit utriusq; sexus liberos. Sed anno 1658. moriens, tantum Filias reliquit, ex quibus Charlotta diu in Arce Franckhagen habitavit.

§. 26. Julium-Henricum ex priori Matrimonio FRANCISCVM ERNESTVM genuisse §. 20. dixinus, atq; is quidem d. 25. Februarii anno 1629 natus, Suecorum aliquandiu in Polonia egit Militem. Uxor ejus fuit Sibylla Hedwig Augusti Fabrui filia hodie adhuc in Ratzeburgensi arce degens. Ipse autem Princeps vivere desiit anno ..... cum vix ultra dimidium annum Provincias Lauenburgicas rexisset.

§. 27.

§. 27. Huic igitur successit ex tertio Patris matrimonio frater IVLIVS-FRANCISCVS, qui anno 1640 natus Ducatū uxore Mariā Hedwig Augustā, Christiani Augusti Palatini Sulzbacensis filiā, Sigismundo Francisco Archi-Duci Austriæ desponsatā, ex ea susceptum Principem cum filiarum una amisit, alterā adhuc superstite.

§. 28. Memorabilia sunt, nescio tamen an vera satis quæ commemorat personatus Constantinus Germanicus Itinerarii Politici pag. 346. scilicet Imperatorem gliscente Erfurtensi tumultu Duci huic Julio-Francisco Saxo-Lauenburgico concessisse insignia Saxoniæ Electoralis, nempe duos gladios transversos; quod vehementer memorderit Electorem. Postea verò Concessionem illam Saxo-Lauenburgensem ad instantiam Domini Electoris fuisse abolitam. Id quidem veronon absimile forte videtur, Constituisse Principem in Clypeo Electorales gladios recipere, jamq; etiam in ditionibus Schlackenwerdensibus Stipites terminales ejusmodi insignibus notasse. Quod autem Elector etiam immissis Militibus notam sibi adversam deduxerit, ac porrò Lipsiensibus in mandatis dederit, ut si Principis vehicula insignia gladiorum præferentia deprehenderent, in limine Urbis confringerentur, sed

550. monitum Ducem abstinuisse. Verum tamen si qua inter Electorem ac Principem intercessit via, amoris redintegratio fuit; siquidem circumfertur rumor, arctius invicem conjunctos, aegrè neguaquam ferre Ducem, si à suo obitu Elector haeres in ditionis Saxo-Lauenburgicas successerit. Et jam Conringium notis ad Lampadium observasse meminì, haereditatem eo iri devolutum; quamvis non ignorem, Principes aliös de eadem successione ex sanguinis Jure laboraturos, suaq; Jura jam certo quodam Scripto comprobare voluisse

§. 29. Aliàs hic ipse Princeps cum Civitate Lubecensi de restitutione Oppignorati Oppidi Möllen in Camera Spirensi denuò disceptat. Contra Lubeccenses Decretum prodiit, quo post solutionem Summae in literis de anno 1359 definitae, ut et melioramentorum in continenti liquidandorum (sic habet formula) Oppidum restituere jubentur. Anno autem 1671. d. 28. Martii sub iteratâ commonitione executionis, pristino Decreto obedientia qui prastaretur, indictum Lubeccensibus, qui tamen hactenùs possessione usi, nihil omisere,

sero

pro vindicando Jure suo. Scripta hac in Causa prodiere sequentia:

1. Abdruck eines Schreibens amici ad amicum die Stad Möllen betreffend, und die andurane darauß.

2. Liquidatio des auß dem Städlein Möllen seithenden Kauff- und Pfand-Schillings, sambt dem, anstat E. E. Hochweisser Raths der Kön. Kauff-Stad Lübeck über abtretung desselben illiquido ferner zu fodern hat, inhalt der Hochlöbl. Lauenburgischen Instantien in druck herauß gegangenen Triumphum antè Victoriam, ex mandato dem Amplissimi Senatus Lubeccensis publicirt in Hochlöbl. Holstein modo Hochlöbl. Lauenburg contra Lübeck Simplicis Querela.

3. Deductio Juris, sambt Beylagen, darauß zu befinden, daß der am Kayserlichen Cammer-Gericht in Hochlöbl. Holstein ietzo Hochlöbl. Lauenburg contra die Stad Lübeck erhaltene Sentenz, an Hochlöbl. Lauenburgischen Briefen, bißhanhero keine genügen gethan, und die Hochlöbl. Lauenburgische Instantien bey so gestalten Sachen die Restitution des Städleins Möllen zu suchen gar nicht befugt seyn.

552.

4. Liquidatio illiquidissima, das ist Kürtze, jedoch in Jure et facto rebellegegründete Andeutung, auf die von der Stad Lübeck in Druck gegebene so genandte Liquidation.

5. Abgenöthigte in Jure et facto rebellegegründete Demonstration das denn Herrn Herzogen von Sachsen Lauenburg und Adolphen, die Stad Lübeck nicht nur das Städtlein, sondern auch die Voigdey und ganze Herrschaft Mölln, mit allen incorporirten adelichen Gütern, Höfen und Pertinentien, und auch ausser der Lübeckischen Landstatt, zuspricht denn Stifft Ratzeburg, Fürstenthumb Holstein, Grafschaft Schauenburg, Lauenburg, Ratzeburg, und Herrschaft Hadeln, in ihren Districten und Grentzen belegen, zu restituiren schuldig, und unmittels executiv darzu anzuhalten sey.

6. Defensio praeliminaris Liquidationis liquidae, oppositae illiquidissimae Saxonicae.

7. Appendix Liquidationis illiquidissimae.

8. Kürtze Auflösung gemeiner Sächsischer neuen Amico genachbarten dubiorum die Stad Mölln betreffend.

9. Unough

9. Uncaßgaloßsche dubia der Stad Nürnberg und Ihre Paßs Möllem betreffend.

10. Übele ausgeschlagen, aber wohl defendirte Außlösung Päßischer Dubiorum, Möllem betreffend.

11. Pro Senatu Rathß der Stad Lübeck defensio Liquidationis,

§. 30. Deniq' anno 1613. Consiliarius Principis Christophorus Rüxr in suspicionem perfidiæ apud Ducem venit, forte' quod audiente Cæsareo Legato favorem in Gallos prodiderit. Undè primò Domi suæ, mox in Razeburgensi Arce asservatus, ope Custodis evadit. Neq' tamen planè effugit poenas: siquidem imago ejus in foro Razeburgensi ex statibulo suspensa pedibus, junctâ Tabula Criminis indice. Custos in quatuor partes dissectus est.

§. 31. Hodiè Princeps agit Generalem Locumtenentem in militia Imperii, cujus se cum cæteris defensorem egregium demonstrat.

CAPVT XII
DE
DVCIBVS MECKLENBVRGENSIBVS.

§ 1. Terris illis, quas hodiè tenent Duces Mecklenburgici à Mecklenburgo, antiquâ, sed nunc planè diruta Urbe, ita dicti; Obotriti olim insederunt, qui suos habuerunt Reguloſ, quorum Origines ab Alexandri Magni temporibus repetunt. Ferunt enim quendam Alexandri M. Ducum, nomine Anthyrium, navi vectum cum suis pervenisse in has Oras, ac in vexillo capite Bucephali usum, quod posteà in Mecklenburgensia insignia receptum, præcipuum locum obtinuit. Sed cum hæc nullo Autore veteri nitantur, nemo paulò doctior ejusmodi narrationibus fidem habebit. Quapropter et Genealogia horum Regulorum, ab Anthyrio incipiens nullis antiquæ Historiæ indiciis firmari potest: quod rectè fatetur Henricus Bangertus Notis ad Helmoldi Chr. Slavor. l. 1. c. 12. p. 35. Vulgata Opinione non pauca habentur in Georgii Weinrichii Oratione de Idea boni Principis, Lipsiæ anno 1605. excusâ pag. 33.

§. 2. Ipse autem Bangertus illorum Regulorum Catalogum dicto loco contexens, à Wihane incipit, qui Caroli M. ætate Obotritis præfuit, et ad Billingum, qui Ottonis II. ævo floruit, progreditur. Et Billungus quidem priore Conjuge defunctâ, ex quâ Mislavum, Sedericum et Nacconem sustulerat, ductâ Wagonis Episcopi III. Aldenburgensis Sorore, Religionem Christianam amplexus est; quam tamen, perinde ac Uxorem, repudiasse videtur. Helmold. lib. 1. c. 14. p. 43.

§. 3. Mislao, qui cum fratribus paganam Superstitionem tutatus, filios dant Mistevojum, Mindrachum et Grim. Grim Rugiorum Principum Conditor dicitur, et Pater Critonis, qui Lubecam condidisse dicitur, at Christianorum crudelis persecutor. Buthuo Principe occiso Obotritorum Regnum usurpavit, sed ab illius fratre Henrico vicissim, fraude uxoris Slavinæ occisus, successorem habuit seu filium seu agnatum Razonem, Razeburgi conditorem: Postquem Rugiis filius Jaromarus, Stralsundæ fundator et Christianæ Religionis apud suos auctor. Nepos Wizlaus, expeditionibus in Livoniam propagandæ fidei causa institutis, notus; Pronepos Jaromarus, à quo Damgartum exstructum; Abnepos Wizlavus, qui Danorum se obsequio

subtrazit

subtraxit, et Rugiam imperio suo associavit, et Atnepos Wislavus, qui improbis lineam finivit, et heredes Pomeranos, reluctantibus Danis et Mecklenburgicis, habuit, imperavêre. Hanc Grimmi Genealogiam contraximus ex Spenceri Sylloge Geneal. p. 226.

§. 4. Hæc Grimmi Progenies. Sed frater Mistevoji, qui primò Christianus, mox desertor veræ fidei, ac denuò Christianismum professus, à suis pulsus, Bardovici decessit (quæ Historia Bardow. c. 5. p. 163 ostendimus) posteritatem habuit diuturniorem. Significem Velo Mecklenburgenses, Bogislaus Pomeranos Principes, in Bogislao XIV. præsenti seculo exstinctos severunt.

§. 5. VDO, malè Christianus, et propter crudelitatem suam à quodam Saxonum transfuga transfossus. Helmold. l. 1. c. 19. genuit GOTISCHALCVM Lunæburgi Scholaribus disciplinis eruditum, cùm apud suos Christianam Religionem propagare vellet, occisum anno 1066. vid. Helmold. l. 1. c. 26. Weinrich. d. Orat. p. 37. 38.

§. 6. Gotheschalci filius fuit BVTHVE, Plönæ in Holsatia cum Sociis Bardovicensibus occisus. Helm. lib. 1. c. 26.

§. 7. Buthue filios habuit Pribislaum à Rugiis captum et in Custodia mortuum, et Nicolottum quem Henricus Leo et Albertus Ursus toto ferè Regno exuêre et in prælio occidêre. Idem Henricus Leo ex filiis Nicolotti Vratislaum captum, quod fratrem Pribislaum incitasset ad bellum, suspendit.

§. 8. PRIBISLAVS ille II. post grave cum Henrico Leone bellum tandem in Ordinem redactus, ut partè ditionum receptâ, Ducis nomine contentus esset cogitur. Spener. Syll. Gen. p. 228. Helm. Chr. Slav. lib. 2. c. 7.

" Henricus, communicato fidelium suorum consilio,
" Pribislaum Principem Slavorum, quem multis, ut supra
" dictum est, prælüs expulerat Provinciâ, admisit in gra-
" tiam, et rêddidit ei omnem hæreditatem Patris sui, terram
" scilicet Obotritorum, præter Zverin et attinentiâ
" ejus. Et fecit Pribislaus Duci et amicis ejus secu-
" ritatem fidelitatis, nullâ deinceps bellorum tempe-
" state corrumpendam, stare scilicet ad mandatum
" ejus, et observare oculos amicorum ejus absq; omni
" offensione. Idem Pribislaus baptizatus, Soberanum
" Cœnobium condidit, et Rostochium in formam Op-
" di redegit. Vid. Bangertus ad Helmold. Chron. Slav.
lib. 2. c. 14. p. 239. Weinrich. in Orat. pag. 39.

§. 9. Filius Pribislai HENRICVS cognomento Burevinus, Coenobium Sonnencampiense condidit, quod octennio post translatum, et Monasterium novum nuncupatum est. Weinrich. p. 39. Ex Mechtilde Henrici Leonis filia (vid. Arnold. Chron. Slav. l. 3. c. 4) genuit Henricum.

§. 10. Hic Henricus à Weinrichio Henricus Burevinus II. vocatur, quem in Collegii Gustrowiensis structuram quadraginta millia aureorum contulisse scribit pag. 40. Uxorem ei tribuit Sophiam Svecorum Regis filiam. Henrico huic fuerunt filii quatuor: Johannes, Nicolottus, Burevinus, Pribislaus. Hic Dominus Parchumi solus Paganismo adhæsit. Burevinus Rostochium tenuit et à filiis Henrico et Erico excoecatus est, quos tamen brevi divina Nemesis sustulit. Spener. pag. 228. Successor Burevini fuit alius filius Waldemarus, et hoc natus Nicolottus, cognomento Puer, qui à Brandenburgicis, quod Marchionis filiâ repudiatâ, duxisset Pomeranam, bello afflictus est, et ultimus suæ lineæ fuit. Post ejus mortem Rostochium se Danis submisit. Spen. d. l. Nicollottus lineam Vandalicam anno 1430 extinctam coegit; Johannes autem lineam Mecklenburgensem hodiè florentem propagavit.

§. 10 JOHANNES cognomento Theologus, nondum pubertatis annos egressus ab avo in Galliam missus totos 20 annos Parisiis operam dedit studiis, præcipuè Theologicis in quibus tantos fecit progressus, ut etiam gradu Doctoris ornaretur, cujus ipsum non puduit, licet à fratribus tituli hujus nomine derideretur, et per jocum ac ludibrium vernacula lingua Knese Janikè id est Papa Johannes appellaretur. Weinrich. p. 49. Bellica tamen etiam Virtute claruit, siquidem cum filio suo Henrico Rigam trajecit et cum Livonis bella gessit, quos ab idololatria ad fidem Christianam perduxit. Weinr. d. l. Conditor est Monasterii Virginum in Rhen.
Filii ejus ex Luitgarde Popponis Comitis Henneberg. sui filia fuere:
1. Henricus Hierosolymitanus Successor;
2. Nicolaus Canonicus Suerinensis
3. Poppo Eques Teutonicus,
4. Albertus.
5. Johannes Hildesiensis Canonicus.

§. 12 HENRICUS Hierosolymitanus dictus, quod cum Ludovico IX Galliæ Rege profectus in Palæstinam ad eripiendam Saracenis Hierosolymam, à Saracenis captus 26. annos in dura servitute exegit. Tandem verò libertate et viatico donatus, ac honorificè dimissus, iterum in

Pyrmont

Pyratarum manus incidit, et ad Suldanum reducitur, qui, quo minus periclitaretur amplius, suo ipsius navigio illum ad amitam suam Sophiam, Cypri Reginam, Johannis Theologi Sororem, et haec vicissim ad alteram amitam Magdalenam, Massiliae Principem, salvum et incolumem traduci curavit. Indè ad affines Hennebergios appulit, atq; ita domum reversus est. Redeunti Conjux Anastasia Barnimi Ducis Stetinensis filia, cum universo Gynecaeo obviam processit, et Maritum ad Lacum Sverinensem propè pagum Vichelam honorificè exceptum, cum maximo subditorum omnium applausu, domum reduxit, ubi quarto anno post placidè mortuus, et in Dobberano sepultus est, anno salutis 1301. Genuit Lucilgardem uxorem Primislai, Poloniae Ducis, mariti jussu ab ancilla suffocatum, et Henricum cognomento Leonem.

§. 13. HENRICVS Leonis cognomentum nactus, quod Patre absente contra Marchiones Brandenburgenses strenuè se defendisset. Ita Spener. p. 229. Sed aliàn rationem affert Weinrichius pag. 43. Fuit Princeps heroica virtute et fide praestantissimus, qui omnem ferè aetatem militando contrivit. Rostochium à Christophoro Daniae Rege perpetuo Jure possidendum recepit Anno 1322. Coenobium virginum in Ribnitz fundavit anno 1319.

Ex primâ Uxore Beatrice Brandenburgica, quæ dotis loco Stargardiam ipsi attulit, unicam saltim genuit filiam Mechtildem, Ottonis Lunæburgensis Ducis uxorem. Ex altera uxore Annâ Saxonicâ, Rudolphi Ducis Sorore suscepit Albertum et Johannem filios.

Sed in Johanne cœpta linea Stargardiensis non fuit diuturna, quippe cujus Filii, præter Rudolphum Episcopum Sverinensem (Tabulæ Tubingenses faciunt Episcopum Schanensem in Livoniâ) et Albertum, Episcopum Dorpatensem (vel Doezpensem) in Livonia, memorantur, Johannes alterius Johannis Pater, et Ulricus, genitor Henrici, cujus filius Ulricus ex Margaretha Brunsvicensi genitus anno 1471. familiam claussit, eidemque successit Henricus Pinguis, sivè ejus filius Magnus.

§. 14. ALBERTVS Pater in gubernatione successit, qui unâ cum Johanne fratre Stargardensis linea Conditore, Anno 1348. in Comitiis Pragensibus à Carolo IV. in Imperii Principem adscitus Ducali Dignitate ornatus est. Ope Ottonis Ducis Lunæburgensis Prædones quamplurimi magni nominis capitis supplicio affecit, arces eorum evertit, et Ericum II. Saxoniæ Inferioris Ducem Prædonum istorum receptatorem graviter mulctavit. Weiz. 4.
Cum Ludovico Romano Marchione Brandenburgico gravè bellum gessit pro dotione Stargardensi, quod tandem

conjugio

Conjugio filiæ suæ Ingelburgæ Ludovico nuptæ septentem creditur. Ob Rugiam bellum gessit contra Barnimum, Bogislaum et Vratislaum Pomeraniæ Duces, horum auxiliarem Magnum Torquatum, quem una cum Pomeranis pratio superatum cepit. Uxorem habuit Euphemiam Magni Sveciæ Regis filiam, ex quâ suscepit Albertum II. Magnum I. & Henricum.

§. 15. ALBERTVS II. cognomen Magnum Smeek Regem Sueciæ, à vinculum suum, ab Ordinibus Rex Sveciæ vocatus est, et Magnum, quem initio benevolentius habuerat, cum Exercitu venientem, profligatum cepserat (Er. Olai Hist. Suec. p. 250) ipse verò ob nimios suorum tus jam gravis subditi eorundem proditione à Margaretha Danicâ et Norvegiæ Reginâ, cum filio Erico captus, et Hafniæ totum fermè septennium in carcere detentus est. Tandem verò lytro redemtus à nobilibus feminis Mecklenburgensibus, unde etiamnum fœminæ deficiente prole masculâ, ad vitam feuda possident in ditione Mecklenburgensi. Weinrich. p. 44. Ericus autem ille Alberti II. filius ex Principe Pomeranâ, ut et frater ejus Albertus ex Margaretha Friderici Burggravii Norinbergensis, Primi hujus familiæ Electoris Brandenburgici filiâ, nullam suscepserunt prolem.

HENRICVS Alberti I. filius, cum Ingelburgam Waldemari Regis Daniæ filiam, Margarethæ Danicæ Sororem

Duxisset, ex ea, prater Marian Wratislao VII Duci Pomeraniæ nuptam, ipsi natus est Albertus III. qui Ericum Pomeranum genuit, trium Regnorum, Daniæ Sueciæ & Norvegiæ Regem.

§. 16. Magnus autem I. Alberti I. alter filius Juvenis quidem Aquisgrani mortem oppetiit anno 1384. Ex Agnete tamen Ruggiana filium post se reliquit Johannem.

§. 17 JOHANNES ille Patruo in Gubernatione successit, et cum Patruele Alberto, Alberti Regis Sueciæ filio, et Senatu Rostochiensi Academiam ejus urbis fundavit 1415. Sed anno demum 1419. introduxerunt et a Papa Martino V. confirmatam, evocatis Erfordiâ Lipsiâque professoribus. Cumq; etiam destinatus fuisset Rex Sueciæ, sed cum bella intestina et vicina domi detinerent, adire non posset, anno 1423 mortuus est, relictis ex Catharina Ottonis III. Ducis Saxo-Lauenburgici filia, filiis tribus: Henrico Pingui, Magno (qui tamen fratri Puer ante Patrem decessit) et Johanne, qui ex Anna Pomerana sobolem non suscepit.

§. 18. HENRICUS Pinguis Patri successit, ad quem Wilhelmo ultimo Vandaliæ Principe extincto Gustrowium cum Principatu Vandaliæ pervenit. Sub ejus regimine Rostochienses, ob tumultum contra Senatum excitatum, a Sigismundo Imperatore proscripti, et Academia in quinquennium translata Gryphiswaldiam. Morienti Anno 1477. ex Dorothea Brandenburgensi superfuere filii quatuor: I. Albertus, II. Johannes III. Magnus (alii III) IV. Balthasar.

Albertus nulla ex Catharina Comite Ruppinensi Wichmanni ultimi Comitis filia susceptâ prole 1491. mortuus est.

Johannes, Sponsus Sophiæ Erici II. Ducis Pomeraniæ filiæ 1475. obiit.

Magnus et Balthasar conjunctis semper viribus, et Principatum Paternum aliquandiu indivisum communibus auspiciis gubernarunt.

Cum vero

Cum verò hic Episcopatum teneret Suerinensem, quem tamen ducta uxore Margaretha Erici II. Dacis Pomeraniæ filia resignavit, Reipublicæ gubernationem Magno fratri sponte cessit.

§. 19. MAGNVS II. (aliis III) animi magnitudine et prudentia insigne nomen meritus, literarum fautor et Eruditorum Mœcenas extitit. Cum Ulrico Patruele Palæstinam invisit, quo etiam mortuo Stargardiam ditioni suæ adjecit, quod alii ad Patrem referunt. Rostochii Cathedralem Ecclesiam S. Jacobi fundavit. Comitiis Imperatorum Friderici et Maximiliani interfuit. Motus Lubecæ compositos cum aliis sedare studuit. Cumq; Rempublicam ad annos fermè triginta laudabiliter administrasset, placida morte consopitus 22. Novembr. 1503. in Doberanensi monasterio sepultus est. Epitaphium ejus affert Chytr. p. 42. Pompam verò funebrem describit Kranz. Vandal. l. 14. c. 32 et 34. Uxor Sophia Erici II. Pomerani filia, Johannis fratris quondam Sponsa reliquit illi filios tres: 1. Henricum Pacificum Successorem 2. Ericum II. qui Academiæ Rostochiensis Rector fuit, 1508. mort. 3. Albertum. Quatuor etiam filias suscepit:

1. Sophiam, Johanni Saxoniæ Electori 1500. nuptam.
2. Annam, Wilhelmo medio Hassiæ Landgravio eod. 1500 anno, et post ejus obitum Ottoni Comiti Solmensi junctam.
3. Catharinam Henrici Pii Saxoniæ Ducis uxorem.
4. Dorotheam, Monasterii Kibnicensis Abbatissam.

§. 20. HENRICVS cognomento Pacificus natus anno 1479 Principis variis virtutibus et literarum amore floruit. Huic cum semel ab anno 1508 adversus Lubecenses ex levi causa rustici cum rixosa muliere contendentis ortum fuisset bellum et toto biennio gestum, sed tandem hortatu Maximiliani Imperatoris transactione restinctum, ex eo provinciam in tranquillitate

quillitate rexit. Sed, qui historiam illius belli accuratè describit, Chytræus Sax. lib. VI. p. 145. non à rustici cum rixosa muliere jurgiis, sed à rustici falsa de Lubeccensibus Legatis, Travæ fluvium inspectantibus ad Irmgardim à Boekwald relatione, ipsiusq; Boekwaldiæ, et per eos excitatorum Nobilium Barxentinorum auspiis, bellum hoc duxerunt. Et nescio sanè an error profluxerit ex sequentibus Chytræi p. 146. Ex his initiis ab ebrio rustico, et stulta superbaq; muliere profectis longa tela calamitosi belli Megapolitanis ac Lubeccensibus funesti secuta est. Vid. Chyt. l. Hic Henricus, rejectâ Pontificiâ Evangelicam religionem amplexus, Smalcaldico foederi nomen dare solicitatus, rexuil godum reformationem aliquoties urgit in Comitiis, Spenc. p. 130. dem, nihil tamen adversus Principes hostile moliri promisit, qui hic Thuanum citat l. XI. apud quem tamen, non nisi sequentia de ejus obitu reperio ad annum 1552: Henricus Megapolitanensis Dux admodum senex, postquam ditionem suam 48 annos in pace gubernasset 8. Idus Februarii decessit. Hæc Thuan. Sepultus est in templo Suerinensi, cum superiores Duces omnes Doberani humati. Chytr. l. 17. p. 457. qui tum Juvenis ex funere Orationem recitavit. Uxores Henrico fuêre tres:

1. Ursula, Johannis Electoris Brandenburgici filia, ex quâ suscepit Magnum, Suerinensem posteà Episcopum, ante Patrem 1550. mortuum, nulla ex Elisabetha Friderici I. Daniæ Regis filia, quæ posteà Ulrico Patruelî nupsit, relictâ prole.

2. Helena, Philippi Electoris Palatini filia. Ex hâc præter Margaretham Henrico Duci Münsterbergensi et Catharinam Friderico Duci Lignicensi nuptas, genuit Philippum anno 1514 mente imbecillâ et non constante ægrum Chytr. lib. 17. p. 434 ac ob id regendis aliis non idoneum. Unde Magni ditionem ebre liquam hæreditatem universam Johannes-Albertus fratris filius occupavit. Philippus autem vivere desiit 1557.

3 Ursula filia filia Magni Ducis Saponiæ inferioris impro-
lis extincta

§. 22. JOHANNI ALBERTO, Henrici Pacifici filiorum hæ-
redi, Pater erat Albertus, Henrici Pacifici frater, quo nullus
in toto Imperio Princeps heroica Corporis proceri et robusti
majestate Augustior et pulchrior fuisse perhibetur, unde etiam
Formosi nomen nactus. Chytr. p. 415. Weinr. p. 47 proximè cum
fratre Henrico adversus Lubeccenses, inde Carolo V. in ob-
sidione Geldriæ militavit. Christiani captivi Daniæ Regis
causam et Hafniam contra Christianum III. defendit ali-
quandiu. Vid. Chytr. Sax. l. 14 p. 356. In obsidione Hafniensi
tanta Christiani Regis electi clementia erga Albertum fuit,
ut cum Conjux ejus puerpera filium Ludovicum enixa esset
ut cum Conjux ejus puerpera filium Ludovicum enixa esset
Cibaria necessaria ex castris suppeditaret. Chytr. l. 14. p 362.
Obiit Albertus anno 1547. relictis ex Anna, Joachimi I.
Electoris Brandenburgici filia sex filiis superstitibus:
1. Johanne Alberto
2. Ulrico
3. Georgio
4. Christophoro
5. Carolo
6. Ludovico.
Ita Weinrichius pag. 48. Apud Chytræum l. 16. pag. 416
omisso Ludovico, quinque tantum recensentur filii, suppo-
sito etiam (forte per errorem Typographi) in Ulrici locum
Henrico. Inter hos cum ditio angustior et tenuior tot
Principum sumtus sustinere non posset, ita convenit, ut
Johannes Albertus natu maximus solus proximo decennio
gubernationem ditionis à Patre relictæ administraret.
Chytr. d. l. it. l. 17. p. 34.

Filiam Alberti reperio unicam Annam, Gothardo Principi Curlando nuptam 1666.

§. 22. Quia autem Johannes-Albertus stemma propagavit de eodem max separatim dicemus: Nunc de reliquis fratribus nonnulla praemittemus.

ULRICVS Anno 1527. natus, Administrator Episcopatus Suerinensis, ob prudentiam, suaviloquentiam et Justitiam singularem Senatus Imperii Nestor appellari meruit. Quod Johannes-Albertus frater, accepta hereditate Patrui Henrici eam sibi soli vendicaret inter ipsum et Ulricum graves coortae lites, quae tamen, antequam in bellum erumperent, sopitae Chytr. Sax lib. 18. p. 472 quamquam postea recruduerint id. l. 22. p. 556. Idem Chytraeus de Controversiis, quas cum Rostochiensibus habuit, legendus lib. 21. pag. 558. l. 26. p. 732. Vitam produxit ad annum 1603. quo in arce Güstrowiensi exspiravit. Ex Elisabetha Friderici I. Daniae Regis filia, Ducis Magni, patruelis vidua genuit Sophiam, Friderico II. Daniae Regi junctam, ex qua Regium stemma longè latèque disseminatum. Ex Anna Pomeranica nihil Sobolis suscepit

GEORGIVS Anno 1529. natus, in bello Smalcaldico Caesari hinc Henrico Brunsvicensi adversus Brunsvicum militavit. Tum ab hoc dimissas Copias accepit, ut Magdeburgenses premeret. In ea obsidione à Civibus erumpentibus captus est, sed postea

vi pacto-

vi sacrorum dimissus. Tandem in obsidione Francofurti ad Moenum globo ictus occubuit 1552, et Suerinum tradu-
ctus ibidem humatus est. Vid. Sleid. l. 22 & 24. Chytr. l. 17. p. 438.

Christophorus Anno 1537. in obsessa Hafnia natus (ita Weinrich pag. 54) cum pubertatis annos vix attigisset à Mauritio Saxone contra Carolum V. belligerante, una cum aliis habitu puellari in Galliam Henrico Regi obsides missus, ibidemq; detentus, donec æquæ conditiones Pacis à Carolo proponerentur.

Anno 1554 Administrator Episcopatus Razeburgensis, (Chytr. lib. 18. p. 478) et posteà Coadjutor Episcopatus Rigensis constitutus. Gesta ejus in Livonia, et fortunam ejus per compendium exponit Spenerus pag. 231. Vid. etiam Thuanus lib. 21. ad annum 1558. Chytr. lib. 18. p. 479. 484. lib. 19. p. 495. 498. lib. 20. p. 519. 535. 539.

Maximiliano II. et Rudolpho filio tam charis extitit, ut pensionem illi annuam aliquot millium aureorum assignaverint, quo, bello aliquo Austriacis ingruente, suis copiis isti præsto esset.

Placidè vitam finivit Anno 1592, cum prædie antè obitum Colloquiis suavissimis de beatorum statu in vitâ alterâ sese cum suis oblectasset. Weinrich. pag. 54. 55. 56.

Cum Suerini exequiæ ducerentur Orationem habuit Chytræus Saxoniæ libro 39. insertam a pag. 839 ad 847.

Prima uxor fuit Dorothea Friderici I. Daniæ Regis

filia, soror Conjugis fratris Ulrici, quâ cum tamen vix biennium infœcundi matrimonio exegit. Altera fuit Elisabetha Gustavi Sveciæ Regis filia, ex quâ non nisi unica Suscepit gnatam Margarethan Elisabetham, Johannis Alberti Ducis Mecklenburgo-Gustrovensis uxorem.

Carolus Commendator Mirovensis, ac post Ulricum fratrem Episcopus Kazenburgensis, à Nepote Johanne liberorum tutor relictus, administravit Ducatum, et decessit anno 1610. Multus est in ipsius laudibus Weinr. p. 56.

De Ludovico nihil hactenus singulare reperi, præterquam, quod in obsidione Hasnicnsi natium asseret Chytræus, quod tamen de Christophoro narrat Weinrichius.

§ 23. Nunc ad JOHANNEM-ALBERTVM Johannis Patrem, Adolphi, Friderici & Johannis Alberti avum, quorum ille Suerinensem, hic Gustrovianam lineam condidit, revertimur. Et is quidem natus anno 1525 d. 22. Decembris Literis egregiè excultus, et excellenti ad virtutem et res gerendas indole prorsus hèroica præditus. Anno 1547. gubernationem ex pacto cum fratribus per sequens decennium solus aggressus. Anno 1551. à Mauritio Saxone Carolum V. oppugnaturo in obsidione Magdeburgensi in fœdus receptus, sequenti anno deditioni Augustæ interest. Eodem anno cum vitâ excederet. Patruus Henricus Pacificus, ejusdemq; filius Philippus mentis imbecillitate laborarut, ejus ditiones occupavit, ac universas ad normam Au-

gustanæ

gustanæ Confessionis reformavit. Vid Chytr. l. 17. p. 457. 458
Anno 1553. Ulricus frater ægrè ferens, hæreditatem Henrici
Patrui solum sibi vendicare, Johannem Albertum eundem de
communicatione gubernationis crebro sollicitabat. Quod autem
is pactum de detentio huc traheret, ac trecentos Equites
præsidii sui caussa conduceret, quos adversus se alii Ulricus
interpretabatur, tanta animorum exacerbatio inter fra-
tres exarsit, ut Ulricus apud vicinos Principes de fratris
injuriis questus, auxilium imploraret. Quod cum frustra
petere animadverteret, ad Henricum Ducem Brunsvicensem
confugit. Anno igitur 1554. irruente in ditionem Johannis
Alberti Henrici Brunsvicensis exercitu, Clientes nobilis
ad communem Patriæ defensionem evocat. Sed præcepto
neguaquam obtemperabant, fratres etiam Ulrici Vasallos
se causantes. Dum vero Bonzeburgi castra habet Brun-
svicensis, Ulricus Ordines ditionis Mecklenburgicæ
Byzarium evocat, ubi Provincialium intercessione bellum
inter fratres sic compositum, ut Ducatum à Patre et Pa-
truo relictum et Coenobia aliaq; à se occupata Johan-
nes Albertus ex æquo cum fratre dividerent, & rationes
de Patrui thesauris et Supellectile redderet, Ulricus Sueri-
nensem ditionem solus retineret. Chytr. lib. 18. p. 475. Quod au
tem mox novæ orirentur liticulæ in nuptiis Johannis Al-
berti, Annam Sophiam Alberti Prussiæ Ducis filiam ducendi
Wismariæ celebratis compositæ. Mox verò Conventu Ordinum

Gustroviæ indicto, æs alienum, quod superiori Conventu Byzovienſi Provinciales ſolvendum in ſe receperant, opinione majus indicatum eſt: ad quod expungendum acciſæ, et alia extraordinaria onera Civitatibus harum regionum hactenus ignota imponi coeperunt, ac primi anni ſecuniam delecti ex Nobilitate magno numero indies confluentes luxu Conviviorum et pabulis equorum in hoſpiciis, maximâ ſua parte inſumebant, et novæ ac fermè perpetuæ Principum offenſiones majoribus miſeriis occaſionem præbebant. Chytr. l. 20. p. 529. Anno 1565. cum, orto diſſidio inter Cives et Senatum Roſtochienſem, Maximilianus Cæſar cauſſæ diſceptionem Principi maxdaſſet, ipſe armatus in Urbem intromiſſus cum initio Senatui favere videretur, demum gravius illum habuit. Frater autem Ulricus non parum ſe oppoſuit. Undè Imperator ne hâc occaſione Ulrico ad Danos, Fratre ad Suecos reſpiciente, arma externa in Germaniam attraherentur, veritus, inhibitorium miſit diploma, terminos mandati Principem egreſſum conqueſtus; Arx tamen, quæ extrueretur deſignata, Spener. p. 232. Chytr. l. 20. pag. 555. 556. 558. 559. Anno 1573. iterum res ad bellum ſpectabat, Civibus ſummiſſis Imperatoris ſe adverſus arcem palis ligneis munientibus, Meckleburgenſibus autem, quos Dani juvabant, portum obſidentibus, donec interventu Nobilitatis res compone-

retur

retur, et ære sublata Civitas, Superiorum veniâ accepta, Principibus juraret. Spenerus p. 233. Vid. Chytr. l. 23 p. 619. 620.

Anno 1576. Johannes-Albertus 12. Febr. ex his terris excessit, relictis ex Anna Sophia Prussa duobus filiis, Johanne et Sigismundo Augusto (quam primogenitus Albertus anno 1581. decessit) quorum tutelam Patruus Ulricus, et consobrini Electores, Augustus Saxo, et Johannes Georgius Brandenburgicus susceperant. Thuan lib. 62. Epitaphium monumento in templo Cathedrali Suerinensi adscriptum recitat Chytraeus l. 23. p. 638.

§. 24. SIGISMVNDVS AVGVSTVS natus 1560 à primis incunabulis ad pietatem et humaniores literas assuefactus in latinâ linguâ non contemnendos capit profectus. Factus adultior in aulam Augusti Saxonis missus, in eâdem triennium exegit; Inde reversus, in aula Ulrici Patrui aliquandiu vixit. Eâ fuit pietate, ut nihil prius aggrederetur, quam preces solidas absolvisset. Hinc Medico aliquando matutinum pharmaca offerenti dixisse fertur: Preces meas prius absolvam necesse est, si Medicamenti vim experiri voluero. Est' in primis memorabile, quod cum aliquando Praefectus quispiam querelas Rusticis ad Principem hunc deferret, seq; boves eis ademturum diceret, quo melius in officio continerent, Princeps dixisse fertur: Si tu Rusticis boves ademeris, ego te ipsum ratio jungam. Weinrich. pag. 59.

Obiit anno 1603. nullâ ex Mariâ Clarâ Pomeranâ relicta Prole.

§. 25. JOHANNES natus 1558. ab obitu Patris in aulam Electoralem Saxonicam, inde ad Academiam Lipsiensem missus, adjuncto ipsi Aulae ac morum Magistro Joachimo à Bassewitz studiorum autem Moderatore Hiobo Magdeburgio. Annum aetatis 25. egressus gubernationem accepit, quam cum Patruo Ulrico, quem velut alterum Parentem colebat, dextrè administravit. In Judiciis publicis quater annuatim celebrari solitis, ipse praesedit; singulis diebus certum tempus lectioni Sacrorum librorum tribuit. Frequentissimè haec vox ex ipsius ore audita: Malle se quidvis agere aut perpeti, quam Subditos immoderatis exactionibus gravare. Caeterum optimus Dux in ipso flore aetatis 35 annum vix egrediens, improvisâ et gravi aegritudine oppressus emarcuit anno 1592. Ejus laudes vid. apud Chytr. lib. 29. p. 847. Weinrich. p. 61. Ex uxore Sophia Adolphi Holsatiae Ducis filiâ, unicam suscepit filiam Annam Sophiam, quae visu orbata fuit, duosque filios Adolphum Fridericum, et Johannem Albertum, quibus Pater Tutorem dedit Carolum Episcopum Lubecensem. Ab his duobus lineae duae Suerinensis et Gustroviana descendunt, de quibus separatim agemus.

DE LINEA SVERINENSI.

§. 26. Hujus Conditor ADOLPHVS-FRIDERICVS natus anno 1589. cum fratre Johanne Alberto missus Lipsiam, Mense Novembri 1604. Academiæ Rector renunciatus est, usi Aulæ Præfecto Volrathio à Waldorff Consiliario ac Præceptore Theodorico à Senden.

Anno 1628 quasi conscii Consiliorum hostilium Friderici Palatini, ac quod Danico Bello Christiano Regi faverant, à Ferdinando II. proscribuntur, ac Ducatus Wallensteinio concediti. Extat hâc de re Scriptum Cæsareum, cujus hic est titulus: Kayserliches Manifest oder ausführliche gegründete Deduction der Ursachen, warumb beyde Gebrüder Hertzog Adolph Friedrich und Hanß Albrecht von Mecklenburg ihrer Fürstenthümer und Landen privirt und entsetzet worden. At Danis, quod speraverant, præsidium istis nullum, unde etiam in Lubecensibus Tractatibus, in quibus Rex Sueciæ, eorum protectione susceptâ, rationem habere petierat, omissi. Nec destitit Suecus illorum restitutionem urgere, ad mulctam etiam se obstrens pro illis præstandam, si damnarentur, donec armatus Germaniam ingressus, Ducatum ipse, Edicto prius Subditis ad legitimorum Ducum obsequium revocatis (exemplum hujus legitur apud J. L. Gotfrid in Inventar. Suec. p. 2. p. 259)

exceptis Rostochio et Wismariâ, recuperaret, eosq; qui ad Lipsiensem Conventum paulò ante miserant Legatos, Anno 1635. d. 25. Jun. solenni Ceremoniâ Gustrovii introduceret. Solennia Introductionis habentur in Inventario Suecie p. 325. Inter alia jussit Rex Suecie, ut Matres lactantes infantes adducerent, ut in perpetuam rei memoriam, vinum publicè liberaliter expositum degustarent. Post hæc cum Cæsare in Pace Pragensi anno 1636. conciliati sunt. In tractatu Osnabrugensi, ut Wismariam Sueci cederet, Episcopatus Sverinensis et Razeburgius, una cum aliquot Commendiis domui in compensationem data. Cum Christianus filius pro Hispanis militem legeret, et Patris ditiones premeret, à Cæsare cœrcitio illius Christiano Ludovico Duci Brunsvico-Luneburgensi commissa, qui occupatâ Arce Stinxenburgensi, Principem elabi permisit, Militibus ad Dominum relinquendum adactis.

Mortuus est Adolphus Fridericus anno 1658. Ex prima uxore Anna Maria Ennonis II. Comitis Ost-Frisiæ filia anno 1634. mortuâ, reliquit filias 2 et Filios quatuor.

1. Christianum.
2. Carolum.
3. Johannem Georgium
4. Gustavum Adolphum
5. Sophiam Agnes natam 1625. quæ desponsata Erdmanno Augusto Marchioni Brandenburg. qui antè nuptias decessit.

C. Annam Sibyl.

6. Annam Mariam natam 1627 Augusto Saxoni Administratori Magdeburgico nuptam
7. Hedwig natam 1630 sequenti anno mortuam Lubecæ sepultam
8. Julianam 1633 natam sequenti anno defunctam.

Exalterò Uxore Maria Catharina Julii Ernesti Ducis Brunsvico Wannenbergensis filiâ, suscepit

1. Fridericum natum 1638.
2. Bernhardum Sigismundum natum 1641. jam demortuum.
3. Philippum Ludovicum natum 1652.
4. Henricum Wilhelmum natum 1653.

et sequentes Filias

1. Julianam Sibyllam natam 1636.
2. Christinam natam 1639.
3. Mariam Elisabetham natam 1646.
4. Annam Sophiam natam 1647.

§ 27. CHRISTIANVS Primogenitus anno 1623 natus Patri successit, Princeps Magni animi doctrinæq; quæ nescio an in majus extulerit Kirstius in dedicatione libelli, qui inscribitur Christlich Breslau Gespräch. Cum Conjuge priore Christina Margaretha, Johannis Alberti Patrui filia malè ipsi convenit, ut tandem Wolferbytum ad Sororem secesserit, vitamq; antè paucos annos ibidem finiverit. Eâ tamen adhuc vivente aliam in Gallia duxit uxorem, Principem Castilionæam, ac ad sacra Pontificia accedens in gratiam Regis Gallia ad nomen Christiani assumsit Ludovicianum, jamq; in Gallia degit: quamvis et inter ipsum ac uxorem contentiones novellæ nunciarint.

CAROLVS natus 1626. Carolo Gustavo Regi Sueciæ in Polonia militaviti; postea Mitoviæ vixit ac præsenti anno decessit.

JOHANNES-GEORGIVS natus 1629. hoc ipso anno duxit Elisabetham-Eleonoram, Antonii-Ulrici Ducis Brunsvico Luneburgensis filiam.

GVSTAVVS-ADOLPHVS natus anno 1632, ductâ uxore Saxonicâ vixit in Franckagen annos 3 1674 decessit.

FRIDERICVS Electori Brandenburgico aliquandiu militavit, uxore ductâ Grabroviæ hactenus vixit, et anno 1675 genuit Fridericum-Wilhelmum.

An Philippus-Ludovicus et
Henricus-Wilhelmus adhuc sint in vivis, ambigo.

De
LINEA GVSTROVIENSI.

§. 28. Hanc lineam ab aula Gustrovio nomen habentem auspicatus est JOHANNES-ALBERTVS, cui par cum fratre Educatio, nec impar fortuna, niri quod reformatæ Religionem amplexus, ante fratrem 1636 extinctus sit. Tres habuit uxores: 1. Margarethan Elisabetham, Christophori Ducis Meckelenburgici filiam 1626. mortuam. 2. Elisabetham Mauritio Hassiæ Landgravio natam 1625 improlem mortuam. 3. Eleonoram Mariam, Christiano Principe Anhaltino genitam.

Ex primo Matrimonio nati
Johannes-Christophorus 1611. et
Carolus-Henricus 1616. qui proximo à partu anno decesserunt. Filiæ autem
Sophia Elisabetha nata 1613. Augusto Duci Brunsvicensi 1635 juncta, et
Christina-Margaretha 1615. suscepta quæ primò nupsit Francisco Alberto Duci Lauenburgico, post Christiano Patrueli; qui eadem rejecta Gallicanam duxit Principem.

Ex postremâ nati Johannes-Christianus anno 1629. sequenti anno mortuus.
Eleonora 1630. quæ itidem sequenti anno vita excessit,
superstitibus Anna Sophia nata 1628. Ludovico Lignicensi Duci nupta,
Louisa nata 1635. et
Gustavo Adolpho nato 1632.

§. 29. Hunc GVSTAVUM-ADOLPHVM tutor Patruus invitæ Matri eripuit, ac in Religione Evangelica Educavit.

580.

Jam Razeburgensis Episcopatus Administrator creatus, quo Jure se in Pacis commodum abdicavit, duobus in Capitulis Magdeburgico et Halberstadiensi Canonicatibus acceptis, quibus etiam Argentinensis Canonicatus accessit. Cum Patruelis Christianus Rostochium homagio accipiendo ingressus esset, ipse quoq; eodem se contulit. Res vero citra majores motus composita. Uxorem habuit Magdalenam Sibyllam, Friderici Holsatiæ Ducis Filiam, quæ peperit 1655. Johannem-Albertum, 1660 mortuum.

2 Eleonoram natam et mortuam 1657.
3 Mariam n. 1659. Adolpho Friderico cognato nuptam
4 Magdalenam n. 1662
5 Christinam n. 1663 Ludovici Stolbergensis Comitis uxorem,
6 Carolum n. 1664
7. Sophiam,
8. Hedwig-Eleonoram, n. 1666
9 Louysam n. 1667.
10 Elisabetham n. 1669
11. Augustam n. 1674

CAPVT XIII.
DE COMITIBVS ET DVCIBVS WVRTENBERGENSIBVS.

§. I. Comites Wurtenbergici Ducali titulo in Eberhardo Barbato à Maximiliano I. mactati, à Dominis Beutelsbacensibus oriundi sunt. Sed in antiquioribus Genealogiæ fides dubia & gradus incerti.

§ II. Eberhardus Beutelbacensis Eberthalii vel Eberhardi, quem Carolus M. Magistrum aulæ, Belli Ducem Generumq; habuerit, filiis, Caroli Simplicis Aulæ Magister, quasi Caput Familiæ constituitur. Ab hoc Conradus quidam Stemma ducens ab Henrico IV. Imperatore Wurtenbergiæ creatus fertur Comes, sed tamen ut Würtenbergico conjunctus manserit Beutelsbacensis titulus.

§ III. Conrado aliqui filios Henricum & Ulricum Comites Würtenbergicos et Dominos Beutelsbacenses, ac Wernerum Comitem Groeningensem adscribunt. Alii Ulricum, Eberhardum et Henricum assignant, Ulrico autem Johannem propagatorem Stemmatis A Johanne, vel ut alii volunt, Ulrico Würtenburgico communiter deducunt, sed denuò gradibus variantibus. Nam Johanne Annæ Badensis marito Emmericum Henrici VI Imperatoris perpetuum Comitem,

item Ludovicum et Ulricum; Ludovico et Margarethâ Hohenbergicâ Henricum; hoc et Irmengardè Burgoviâ, Eberhardum I. natos, aliqui volunt, aliis seriem diversam nectentibus. Post hæc certior deductio.

§ IV. EBERHARDVS I. eo imprimis memoratur, quod cum Uxorem haberet Agnetem, filiam Bertholdi Ducis Zeringensis, viduam Egonis Comitis de Aurach; Bertholdus autem Junior Dux Zeringensis, sororis suæ filios Cunonem et Bertholdum Comites Auracenses ob electionem sui ad Imperium oppignorasset Electoribus, deinceps repræsentare promissa neguiret, illi in captivitate detenti votum fecerunt, si liberarentur, sacrum Ordinem suscipiendi, et liberati quidem ope Eberhardi vitrici, voto satisfecerunt. Undè Cuno Monachus Ellingensis monasterio quadam reliquit, quæ tamen permutatione ad Eberhardum delapsa. Bertholdus factus Abbas Salmensvilæ Vitricum hæredem voluit. Hæc circa Annum 1240 acta. Vid. Spener. p. 555.

§. V. ULRICVS I. Eberhardi I. filius, quod dextrum pollicem majorem haberet, cum magno pollice, dictus, ab Henrico Comite Fürstenbergico, Uracum arcem emit, et à Wilhelmo Hollando Imperatore Advocatiam Monasterii Denkendorff accepit.

§. VI. EBERHARDVS II. Ulrici filius, ex utero Matris excisus, cognomento Illustris et Rixosus, Hartmannum Comitem Gröningensem

quod in-

quod infidelius administrasset tutelam, ad mortem usq; captivum tenuit. Quod Rudolphum Imperatorem agnoscere detrectaret, tota ditio ab illo vastata 1284. donec interpositione Werneri de Falkenstein, Archi-Episcopi Moguntini res composita: Et licet denuò turbaret Eberhardus, altera tamen vice eundem in gratiam recepit, eidemq; Hohenstauffense Dominium, & alia Sveviæ interregni tempore occupata in feudum contulit. A morte Rudolphi Adolpho Nassovio restitit, ob quod Albertus I. Austriacus ei 1301. Comitatum Groningensem oppignoravit, quem Fridericus III. reluens imperio restituit. Calvensem Comitatum Eberhardus circa annum 1308. acquisivit, quo tamen titulo, incertum, cum alii à Palatinis Tubingensibus emptum, alii hæreditate oblatum, nonnulli gratia Imperatoris Alberti obtigisse velint. Vid. Joh. Georg. Estorz in der fürstl. Würtenb. Stamm- und Nahmen-Buch 1. Theil.

Mortuo Alberto Imperatori Henrico VII. Lützelburgico obsequium negans, per ejusdem Vicarium Conradum de Winsperg universâ ferè ditione exutus est, destructo castro Würtenberg. Ludovico IV. Imperatore magis prosperis usus est auspiciis adversùs Fridericum eundem restituit. Decessit 1323. vel 1325. Gottfried Hund und Altenstetten. Spen. 557.

§. VII. ULRICUS II. Eberhardi II. Filius à Conrado Comite Schlüsselburgico, cui Fridericus Imperator A. 1322. donaverat Gröningense feudum illud 1336. emit. Emptionem confirmavit Ludovicus Imperator et feudum una cum vexillo Imperii Eidem contulit. Cum 1339. ex Comitiis Metensibus rediret, à Domino Vinstingensi captus, non nisi solutis 100000 marcis argenti dimittitur. Idem 1342 Tübingam à Goezzone et Wilhelmo fratribus, Palatinis Tubingensibus vel emptionis vel pignoris jure obtinuit.

§. VIII. Filius Ulrici EBERHARDUS III. Contentiosus, Barbatus, item Rauschbart dictus, ab Alberto Sapiente Duce Austriaco bello petitus est, Ab Imperatore Carolo IV. Ulma, Heilbronna, Reutlinga, Eslinga et Wila advocatus constitutus, ab iisdem, quod nimiis expactionibus illos gravaret, bello petitus, eorum copias fudit 1372. capto Duce Ulrico Helfensteinio sed 1377. ad Reutlingam magnam Nobilitatis partem amisit. Alterum prælium ad Wilam, non felicius quo praeter filium Comites & Nobiles plurimi perierunt. Filius Ulricus dicto prælio casus 1376. Arcem Stauffensem à Nobilibus Rütheimiis quibus Austriaci oppignoraverant, emit.

§. IX. EBERHARDUS IV. Ulrici filius, cognomento Mitis, Liberalis, et Pacificus, Nobilitatis Seditionem expertus Ao 1395.

Prima ejus uxor fuit Antonia Barnabæ Vicecomitis Mediolanensis filia, Friderici verò Siciliæ Regis vidua, quæ ipsi Eberhardum V. genuit. Secundâ conjuge Beatrice, vel ut alii volunt, Judilla Friderici Ducis Teccensis Ultimi, et ultimæ Ducissæ Urslingensis filia quam duxit 1417. obtinuit Ducatum Teccensem. Splendida Eberhardi fuit aula, in quâ sex Principes, octo Comites, 5. Barones & 70. Nobiles habuit.

§. X. Filius ejus EBERHARDUS V. ab Uxore Henrica, Henrici de Montfaucon de Montbelgard, qui 1395. ad Nicopolin a Turcis cæsus, Comitatum Montispelicardensem (Montpelgard) per varias diu familias hactenùs vagum, domui acquisivit. Ea posteà Vidua utrumq; Principatum optimè rexit, donec Cratoni, Comiti Hohenloico nuberet. A duobus Eberhardi filiis Ludovico, qui superiorem Principatus partem obtinuit, et Ulrico, cui cum Stutgardia pars inferior cessit, duæ descendunt lineæ, Uracensis et Stutgardiana.

DE LINEA I. VRACENSI.

§. XI. LUDOVICUS Uraci sedem Aulæ habens, Balingam, Dutlingam, Blaubeuran, à Comitibus Helffensteinianis 40000 aureis empta 1447. ditioni suæ adjecit, primus monetam cudi fecit. Obiit 1450. Uxorem habuit Mechtildis, Ludovici Palatini filia, postea Alberto Austriaco Friderico III. fratri nupta.

§. XII. Ex hâc susceptus EBERHARDUS VI. à barba, quam promissam gerebat, Barbatus; ob eximias verò Virtutes Sapiens et Probatum respectu Patruelis, Senior dictus, natus 1445. Iter ejus in Palæstinam 1468. susceptum descripsit Joachim Mynsingerus à Frundeck. Hic Princeps, quamvis literis non instructus ipse, earum tamen fautor et Promotor maximus Tübingensem Academiam condidit 1477. Anno 1492 Aurei Velleris Equitibus adscriptus, Anno 1495. In Comitiis Wormatiensibus à Maximiliano I. Imperatore DUX Wirtenbergicus cum honorifico Virtutis ac in Imperium meritorum testimonio, et dignitatum amplissimarum elogio, creatus est. Erectionem Ducatus Wirtenbergici sub dato Worimbd den 21. Julii 1495

vid. ap.

vide apud Hortleder. tom. 1. lib. 3. cap. 1. n. 10.

Cum ad coenam á Saxonibus vocatus, reliqui varia de Principatibus suis jactarent, de hoc uno gloriatus est, quod in medio astu solus in cujusvis subditorum gremio securus audeat dormire.

Et tantus sanè fuit amor subditorum erga ipsum, ut dicere soleant, Unser herr Gott muß Gott selber, so solle ja unsere gnädigste Herr Herzog Ebersand leben. Attamen ducalis dignitatis brevis fuit fructus, nam sequenti anno 1496. cum per 45 annos patriam sapienter, justè et clementer rexisset, ex hāc vitā migravit. Illius sepulchro adstans Maximilianus Imperator, dixit: Latere in hoc tumulo talem Principem, cui sapientia et multis virtutibus par em in Imperio nullum noverit. De ejus virtutibus & navis vid. Naucler. in Chronic. vol. 3. gener. 50. p. 519. E Conjuge Barbara Gonzagaea Mantuana nullam reliquit Prolem, sed naturalem filium habuit Ludovicum á Grafenstein Juris Doctorem. Huic deindè Eberhardus II. Patruelis ex Stutgardianā lineā successit.

DE LINEA STUTGARDIANA.

§. XIII. ULRICUS Ludovici frater cognomine Adamatus vel Frotto Nissenus Stutgardiæ captâ sede á Ludovico Palatino emit dominium Heidenheim & arcem Hellenstein Anno 1450. Cum postea contra eundem Ludovicum proscriptum auxilia tulisset Friderico Imperatori, occupata, armis rursus eptorsit Ludovico. Alberto Brandenburgensi contra Svevicas Civitates adhæsit. Cum Fridericus Victoriosus Palatinus Ulricum impediret, quo minus Uxoris tertiæ Margarethæ Sabaudæ Amadei I. filiæ, Ludovici Electoris palatini vidua fuerat, dote frui posset, bellum contra hunc 1460. suscepit, quod pactis terminatum, sequenti anno rursus ortum. Eo bello 1462 ad Seckenheimium cum Episcopo Metensi et Marchione Badensi captus, brevi dimissus est. Decessit 1480. De ejus Virtutibus & defectibus agit Naucler. Vol. 3 gen. 49.

Post primam uxorem Margarethan Adolphi II. Cliviæ Ducis filiam, Wilhelmi Bavarici Ducis viduam, ex secundâ, Elisabetha, Henrici Bavariæ Ducis filiâ duos genuit filios, Eberhardum & Henricum.

§. XIV. EBERHARDUS Junior secundus Dux, Patrueli Eberhardo Barbato successit. Cum verò Status eum amotum ob multa proterve designata,

cuperent, pulsus est à Maximiliano Imperatore 1498. vel juxta alios, ipse malè sibi conscius aufugit, cimeliis & omni argento secum ad Philippum Palatinum allatis, quæ cum restituere nollet, assignati ē Ducatu 6000. aurei annui vicissim ei non defensi. Exstinctus est in arce Lindenfels (Chytræus habet Waldenfels) in Sylva Ottoniana 1504 et sepultus Heidelbergæ.

§. XV. HENRICUS Frater Eberhardi, cum in Caroli Burgundi aulâ adolescens vixisset, & postea ejortis inter Carolum & Ulricum Henrici patrem & Helvetios amicum offensionibus, à Carolo captus, eoq; ad Nanceium interfecto liberatus fuisset, sacris se primum Moguntiæ addixit, ejusdem Ecclesiæ Coadjutor factus. At morte Patris conjugem primam accepit Elisabetham Simonis Comitis Bipontini & Bitschii filiam, quæ cum Ulricum filium enixa esset, ex partus doloribus paucis post diebus fato concessit. Exin alteram Conjugem duxit, Evam Johannis Comitis Salmensis filiam, ex quâ natus Georgius Comes Wirtenbergicus & Mompelgartensis, duæq; filiæ, Maria-Jacoba Henrico Brunsvicensi, & Mechtild, Wilhelmo Hassiæ Landgravio nuptæ. Vitam finivit captivus Uraci 1519, Pater duorum filiorum Ulrici & Georgii, totidem quoq; linearum auctor exstitit.

DE LINEA DUCALI PRIMA.

§. XVI. ULRICUS Henrici & Elisabethæ Bipontinæ filius, hoc ex confirmatione Pontificia nomen sabuit, in Baptismo Ithelius Friderícus dictus. Cum Henricus Pater vidius alteram conjugem ducturus esset, Infans Ulricus ad Eberhardum Barbatum, qui prole carebat, in cuniculicho villa, ubi natus, Stutgardiam delatus Barbara Mantuanæ curâ enutritus, et studio curaq; Eberhardi ad annum ætatis decimum educatus est. Patruo Eberhardo pulso á Maximiliano Imperatore, qui tutelam gessit, ac pueri indecennis excitatam indolem probabat, Ducatui præficitur adjunctis Tutoribus et Consiliariis gravibus. Anno 1504. In bello Bavarico Palatinos aggreditur, ac Weinspergam, Meckmuhlam, Neostadium, Maulbronnam, Besigheimium & Comitatum Loewenstein occupat, cujus, impetratis literis confirmatoriis á Cæsare, non nisi partem reddit, et ut feudum Comitatus esset domus Ducalis, efficit. Ob eam hoc bello præstitam Bavaris operam, etiam in compensationem ab Alberto Bavaro, Dynastiam Heidenheim cum arce Hellenstein, avo erepta, recipit. Anno 1506. Ferdinandus Novocastrensis ei jus suum

quantum

quantum habebat in Dominiis Blamontii, Hericuria, Clemontii, Chastellotii, & Insularum Clervalli atq; Sasavantii, vendidit; Unde Ulricus paulò post arcem & Dominium Blamont, dejectis Comitibus Fürstenbergiis & Wendenbergiis, qui ea prætendebant, vi recepit. Ann. 1514 Uxorem duxit Sabinam, Alberti Bavari et Kunigundæ Sororis Maximiliani filiam. 1515. Subditorum seditio, quam den Baurenkrieg nominarunt, ob insolitas exactiones et ponderis deminuta eporiens, ab Ulrico oppressa. Cum autem Princeps, juvenis ferocior, conjugem tractaret inhumanius, aulaq; Mareschallum Johannem Hüttenum in Sylva Beblingensi interfeciset, ac paulo post ad Maximilianum Cæsarem Viennam profectus esset, Conjux et Proceres cum Cæsare egerunt ut Ulricus extra Wirtenbergica à Cæsare attineretur. Sed res minus feliciter processit. Unde Uxor vitæ timens, ad Patrem confugiebat, & Ulricus Hüttenus, cæsi agnatus, scriptis publicis Ducem impugnabat. Ab excessu Maximiliani Reütlingam obsidens à Svevici fœderis Sociis Ducatu ejicitur. Vid. Chytr. Sax. lib. 7. p. 189. At Confœderatis Carolus V. Ducatum obtinuit, et fratri Ferdinando in divisione Provinciarum concessit, eidemq; in Comitiis Augustanis investituram solennem contulit. Vid. Schleid. l. 9. p. 237. Cum restitutionem Ulrici strenuè urgeret Philippus Hassiæ

restituendi conditio pro incitamento relingvendæ religionis evangelicæ Landgravio proposita. Postea 1533. qvâ et Cæsar absens, et Svevicum foedus in annos undecim antea factum, exspirasset, Philippus Regi Galliæ Ulrici nomine Montpelicardum oppignorat, eâ lege, nisi intra tertium annum ille luat, ut tum sit Regni Galliæ hereditarius. Accepta pecunia, Philippus suscepit expeditionem qvâ victis Austriacis ad Lauffenam, omnia ad Ulricum rediere. Sleid. l. 9. f. 142. Chytr. l. 14. p. 353. Indè pacificatione Cadamica res composita per Saxonem Philippi Landgravii et Ulrici Mandatarium. Conditionem verò, qvâ sanciebatur, ut Ulrici ejusq; hæredes Masculi, Ferdinandi Regis tanqvam Austriæ Archi-Ducis beneficiarii forent, et ab Eo investituram Ducatus acciperent, ita ut illis extinctis ad Austriacos rediret, graviter tulit Ulricus. Nox Montpelicardum reliquit Sleid. l. 15. p. 241. Anno 1536. In Schmalcaldicum foedus recipitur. Religio qvoq; Evangelica ab eo in Principatum introducta. Bello Smalcaldico ipse inter primos copias eduxit. Sleid. l. 17. p. 513. Sed qvum res Smalcaldicorum inprospere cederent, Hohentwielam Supplices literas ad Cæsarem scribit. Hinc Friderico Palatino intermedio duris qvantumlibet conditionibus, et in his qvandi pecuniæ mulcta, et recepto in arces præcipuas Hispanorum præsidio Cæsari reconciliatus est. Sleid. l. 16. f. 362.

Undè posteà interimisticam formulam An. 1548 recusare non ausus, Brenzium tamen exulem Hoburgi suscepit. Interea 1547. Ferdinandus tanquàm ruptis pactis prioribus ipsi de provinciâ totâ movit litem, quâ adhuc pendente, ipse fato fungitur 1550. Ex Conjuge Sabinâ, quæ tamen anno 1515 ad suos divertit, et ex eo Ducatum nunquam, nisi dum ipse exul et post mortem ejus ad dotalitiorum bonorum possessionem reversa, dicto anno 1515. natus Patris successor Christophorus.

§. XVII. CHRISTOPHORUS optimus et laudatissimus Princeps, pulso Patre, cum Sorore Annâ 1513. natâ, quadrimus à Fœderis Svevici Sociis in arce Tubingensi obsessus, et dein ab Avunculo Wilhelmo Bavariæ Duce educatus, posteà 1522. traductus Oenipontem Ferdinandicæ ditionis oppidum, ut cum liberiùs cujusdam Medici literis imbueretur. Indè in aulâ Caroli V. inter honorarios Cæsareæ Ephebos adolevit, inq; Comitatu ejus multas lustravit provincias. Cum Cæsar domum revertente Turcâ in Italiam rediret, jam diu à suis sollicitatus divertit è Cæsaris Comitatu, inq; vicinam Bavariam ope fidissimi Præceptoris sui Tiferni elapsus est. Nam quum solus esset familiæ hæres, hoc fuisse consilium creditur, ut in Hispaniam abductus Ordini Ecclesiastico mancipareretur. Anno 1530. in Conventu Sociorum fœderis Svevici Augustano

restitutionem Patris sui ursit, cui omnium fere Saxoniæ Principum Legati adstitere, Vid. Chytr. Sax. l. 13. p. 347. Restituto Parente 1532 in aulam Gallicam se contulit & in Clientelâ Regis per octennium vixit. Auspiciis Gallicis 33. vexilla duxit in bello Sub-Alpino, cum vix 22. annum ageret. Demum cum in regno sæpe ob religionem Evangelicam videret aliquos supplicijs affici, et ipse jamdum 1538. negato Pontifici pedum osculo, se religionis fecisset suspectum, recessit in Germaniam rediit. Spen. p. 576. 1542 in Turcicam expeditionem iturus a Patre revocabatur a proposito, eoq volente Annam Mariam Brandenburgicam Georgii filiam, duxit, et exiguo contentus Mompelicardi vixit. Bello Smalcaldico securitatis ergo Basileam concessit, Interimisticam autem formulam constanter recusavit. Patri cum succederet, et religione ad libitum interim composita, & præsidijs Hispanicis liberavit Patriam. Ad restitutionem sinceræ doctrinæ usus est Johanne Brentio, quem Ecclesiæ ministerio restituit, ac præfecit Stutgardiæ. Ad Concilium Tridentinum misit Legatos et Confessionem offerri curavit, vid. Chytr. l. 17. p. 456. 1551. Fœderi adversus Cæsarem noluit participare sed unicâ tantum conductâ Legione sua præsidijs sirmavit, undè eo dein mediatore usus Cæsar. Spen. p. 577

1552. Elwangensem Praefecturam, quam pervim occuparat Wolfgangus, Equitum Ordinis Teutonici Magister recuperat, et illi praeterea unum & alterum oppidum eripit, donec sumtus in Militem facti resarcirentur. Sleid. l. 24. p. 290. Jus Provinciale Wirtenbergicum primus evulgavit. 1555. Anno 1559. destinatus est Legatus ad Regem Galliae cum Episcopo Augustano Cardinale. 1561. in Conventu Naumburgensi cum Johanne Friderico Saxone invariatam ursit confessionem Augustanam. Nec Reformatis aliàs quoq; favit, Spiritum eum agnovisse testatus. Quem autem in senectute, quam sacrorum librorum lectione oblectavit, e juvenilibus laboribus, et quod olim in Italia venenum datum, infirmior fuisset, tandem 1568 Stuttgardiae vita variâ fortunâ jactatae, in qua tamen semper eundem animum servavit, atq; it terminum Princeps omni laude superior. De Ducatu suo optime meritus eum ex pluribus partibus, quae diversas mensuras, pondera, leges, conjecturas habebant, in unum corpus unam rejusformam redegit. Arces decem exstruxit et fecit, alias restauravit. Subditorum nulli singulari veniâ licuit militarem operam ulli alii addicere excepto bello Turcico. Porro ipse linguis & aliis literis probe excultus & Literatorum Patronus Tubingensem Academiam

auxit & leges disciplinæ adstrictas esse voluit, illustri quoq; stipendio quo antea 70 alebantur, alios nonaginta adjecit; alias quoq; per ditionem suam erexit scholas. Liberorum educationi diligentissimè incubuit, ob hoc plerumq; ipsissimum solitus cœnare, ac filiis quoq; vitando otio latinam linguam discere voluit. Fuere autem ipsi filii quatuor: 1. Eberhardus, natus 1545. magnæ spei Princeps, sed qui ante Patrem in flore ætatis decessit mense Maio 1568.

2. Ludovicus, Successor Patris.

3. Maximilianus natus 1556. mortuus 1557.

4. Ulricus, natus et extinctus 1558.

Octo quoq; Filiæ splendidissimis matrimoniis elocatæ.

1. Hedwig Ludovico Seniori Landgravio Hassiæ,

2. Elisabetha primo Georgio Ernesto Principi Hennebergicæ, deinde Gustavo-Georgio Palatino,

3. Sabina Wilhelmo Hassio,

4. Emilia, Richardo Palatino Simmerano,

5. Eleonora primo Joachimo Anhaltino, post Georgio Hassio-Darmstadtino

6. Dorothea-Maria Ottoni Henrico Palatino Sulzbac.

7. Anna, Johanni Duci Lignicensi, & Friderico Duci Brigensi.

8. Sophia Friderico Wilhelmo Duci Saxo-Vinariensi; Altenburgicæ lineæ conditori, neptæ.

§. XIIX. LUDOVICUS cognomento pius, natus 1554, ex testamento Patris Tutores accepit Wolfgangum, Comitem Palatinum, Georgium

Friderici

Fridericum Marchionem Brandenburgensem, & Carolum, Marchionem Badensem, Pro: Ducem autem Henricum, Comitem Castellæ. Gubernationem Ducatus ipse suscepit 1571. Jam antè Circuli Svevici Dyp. Formulam concordiæ inter præcipuos promovit, eiq; subscripsit. In memoriam sui, cum ex utraq; Conjuge Dorothea Ursula Caroli Marchionis Badensis, & Ursula Johannis Palatini Lützelsteiniani filiabus prole careret, Collegium illustre Tübingense, primo lapide 1589 posito exstrui fecit, & ipse magnificè initiavit, impensæ 60000 aureis constitêre. Tum et quam Voluptuariam vocant domum (das Lusthaus) fixota arcem construxit, in quam tres tunnæ auri erogatæ Ludovicum Lœvensteinienſem ob aliquas controversias exuit Comitatu. Tandem 1593. ex Venatione reduc, catharro suffocatus lineam terminavit, Scripto hærede Friderico Nemselgartensi, fratris Ulrici ex Fratre Georgii Nepote.

DE LINEA MONTISPELICARDENSI, seu DUCALI SECUNDA.

§. XIX. Hæc Originem debet GEORGIO nato 1491 Eberhardi II. filio, Ulrici fratri, a quo Richovillanam ditionem obtinuerat, cui dein Christophorus Ulrici filius totum Comitatum Montispelicardensem et fructus præfecturæ Neuburg adjecit. In bello Smalcaldico inter Protestantes meruit. Unde cum frater reconciliaretur Cæsari, ipse exclusus, et bona, ut quorundam aliorum, proscripta. Sed anno 1552. cum aliis proscriptis receptus in gratiam. Triennio post monitu Christophori uxorem duxit Barbaram, Philippi Hassi filiam, quæ ipsi peperit Ulricum 1556. sed sequenti anno extinctum, Fridericum successorem, et Evam-Christinam posthumam 1558. natam 1575. nuptuam. Vidua Georgii deinde Danieli Comiti Waldeccæo nupsit.

§. XX. FRIDERICUS anno 1557. natus initio apud Matrem Richoville, deinde vocatus Studgardiam 1568. cum Ludovico Christophori filio educatus est. Adultior Germaniam, Daniam & Hungariam peragravit. 1581. formulæ concordiæ subscripsit. 1586. Legatus Principum Germanorum in Galliam missus est, cum paulo ante colloquium Montispelicardense inter Jacobum Andreæ, Lutheranum, & Theodorum Bezam

Calvinianum institutum. Inde Guisius et Mus-
sipentanus Principatum invasére, et incendiis
ac rapinis deformavere, ut Fridericus ipse stud-
gardiam secederet. Questus est apud Cæsarem tum
300. vicos incendio absumtos. Eques jam Ordinis
Regiorum S. Michaëlis in Gallia et Periscelidis
in Anglia. Anno 1592 periculoso itinere in An-
gliam profectus, in reditu per Belgium domum
concessit, cujus itineris (quod die Basil-fahrt as-
pellatur) historiam, cum aliis, quod anno 1599.
ad Jubilæum Romanum suscepit in Italiam,
ab Henrico Schickardo conscripta, et ab Erhardo
Cellario Poës. et Histor. Professore Tübing. edita 1603.
A Ludovico agnato improli scribitur hæres Duca-
tus Würtenbergici anno 1593. acceptoq; Ducatu
cum Austriacis agere cœpit, ut ab ipsorum Juris-
dictione eximeretur, ejusq; rei gratia, à fœdere
Gallicano, licet interpellatus, se excusavit.
Tandem anno 1599. Rudolphus Imperator, consen-
tientibus Austriacis cæteris, bonâ pecuniâ sum-
mâ accepta, investituram Ducatuum duorum
ad primam et immediatam formam reduxit, quæ
etiam ab illo tempore huc usq; semper observata;
reservatâ tamen Austriacis successione in casum
deficientis masculæ Sobolis, ubi tantùm religioni
cautum. Spener. pag. 583. Multa Principatui

loca adjecit, et quædam condidit, in quibus oppidum Freudenstad, ut et templum et Collegium Mompelgardense.

Obiit anno 1608. Multorum liberorum Pater tres lineas fevit: 1. Stutgardicam regentem per Fridericum primogenitum. 2. Monpelicardensem, per Ludovicum Fridericum. 3. Julianam seu Oelsensem per Julium-Fridericum.

Fuêre præterea eidem sequentes filii:

1. Georgius Fridericus 1587 natus 1591. mortuus.
2. Joachimus-Fridericus natus et extinctus 1587
3. Philippus-Fridericus natus et denatus 1589.
4. Augustus natus itidem et mortuus 1590.
5. Fridericus-Achilles natus 1591. Virtute ac literis probè excultus, Consultatione de Principatu Provinciarum Europæ in illustri Collegio Tübingensi habitâ, et per Thomam Lansium vulgata innotuit; cum per Corporis molem ei ad exteros ire non liceret, Geographicis et Historicis studiis aliisq; ingenuis artibus operam dedit. Habitandum per fraterna pacta accepit Neostadium ad Coerum, unde ob bellicos tumultus ad Fratrem Stutgardiam, hoc autem mortuo, domum reversus anno 1631. obiit.
6. Alius frater Magnus Anno 1594 natus post varia itinera militiam secutus, primò Venetorum, mox Vnionis auspiciis usus, cum pedestres pariter et equestres copias duceret, cum Marchione Durlacensi præli

ad Wimple

ad Wimpfenam à Cæsareanis victus, et duodecim vulneribus miserè lacerates, ut Corpus nudum præ squalore vix agnosceretur occubuit anno 1622.
Ei Neoburgum habitandum assignatum fuerat.
Fuerunt præterea Friderico sequentes Filiæ:
7. Sibylla Elisabetha nata 1584 Johannis Georgii Electoris Saxoniæ uxor.
8. Elisabetha, nata anno 1587.
9 Eva Christina nata 1590. Johanni Georgio Marchioni Brandenburgico Ducis Jägerndorffensis nupta.
10. Agnesa nata 1592 Francisco Julio, Duci Saxo-Lauenburgico juncta
11 Barbara n. 1593. Friderici Marchionis Badensis coniux
12. Anna nata 1597. innupta mortua anno 1650.

DE LINEA STVTGARDIANA.

§. XXI. JOHANNES-FRIDERICVS Friderici Primogenitus, Mompelicardi 1582. natus, Stutgardiæ autem et in Collegio Tübingensi educatus, animum literis, Corpus variis ad robur et agilitatem artibus imbuit. Tum Italiam, Galliam, Germaniam, Daniam Bohemiam, Hungariam lustravit. Cum Patri successisset Uxorem nempe dedit, undè in Bello Alsatico una cum Sociis contra Leopoldinos egit. Dein cum iisdem Uthenheimium destruxit.

Anno 1621. Tractatibus, quibus unio soluta, subscripsit.

Anno 1626. unà cum Lotharingiæ Duce se apud Cæsarem pro Mediatore in caussa Palatini interposuit, Undè Colmariæ Conventus celebratus, sed sinè fructu.

Demùm anno 1628. cùm Goeppingam profecturus aversurus à Legisticis imminentem Ducatui ruinam, morte inter publicas curas oppressimotus. Hæc de ipso Spenerus pag. 586.

Ex Barbara

Ex Barbara-Sophia Joachimi Friderici Electoris Brandenburgensis filia genuit filias quatuor et filios tres.

1. Henriettam anno 1610. natam, 1672 denatam
2. Antoniam anno 1613. natam Hebraea lingua et Astronomia egregie peritam
3. Annam Johannam Anno 1619. natam Mathematicis Studiis florentem
4. Sibyllam 1620. natam Leopoldo Friderico Patrueli junctam.
5. Eberhardum
6. Fridericum
7. Ulricum.

§. XXII. EBERHARDVS III. anno 1614 natus, sub Tutela Matris et Patruorum duorum acerbissimo tempore educatus, adolevit et Regiones exteras invisit, antequam ipse susciperet administrationem.

A. 1634. post Nörtlingense praelium Ducatus a Caesareis occupatur, Hohen Hurla tamen aliquoties frustra obsessa.

Anno 1635. Pragensi Paci Dux ab amnestia excluditur. Cum autem adhuc in Exilio Argentinae viveret, cum Caesare agi coeptum, et demum

reconciliatio secuta, ac ipse anno 1638 magna ditionum parti restitutus. Multa tamen durante bello ab utraq; parte Ducatus pati non desiit, donec pace Germanica anno 1648. plurima et Monasteria inprimis redderentur. Hinc pro amore, quo polluit literarium Tübingensem Academiam restauravit, et illustre Collegium renovavit. Comitiis Ratisbonensibus anno 1653. interfuit. Anno 1656 Peculiari Principum foederi, quod pro conservatione Pacis Monasteriensis ictum, nomen dedit ē praecipuis.

Anno 1664. Electorali Conventui Francofurtensi interfuit; Eodemq; Anno Episcopus Argentinensis Dynastiam Oberkirch ab eodem redemit.

Decessit tandem Sexagenarius d. 2 Julii 1674. Eidem in Academia Tübingensi Panegyrico funebri parentavit Doctor David Scheinemann Juris Professor, Gallicam item Orationem in defuncti laudem habuit Ludovicus du May, quam germanice vertit filia Antonia Sophia du May.

Ex prima uxore Anna Catharina, Johannis Casimiri Wild: et Rhein-Gravii filia anno

1655

1655. extincta genuit 14. liberos octo nempe filios et sex filias:

1. Johannem Fridericum natum 1637. in peregrinatione Londini 1659. mortuum et Stutgardiam translatum.
2. Ludovicum-Fridericum natum 1638. mortuū 1639.
3. Christianum-Eberhardum natum 1639. mortuū 1640.
4. Eberhardum natum 1640 mortuum 1641.
5. Wilhelmum Ludovicum Successorem
6. Carolum-Christophorum natum et mortuū 1650.
7. Fridericum Carolum natum anno 1652. jam Ducem Militiæ
8. Carolum Maximilianum natum 1654.
9. Sophiam Ludovicam natam anno 1642. Christiano Ernesto Marchioni Brandenburgo-Culmbacensi anno 1672. nuptam.
10. Dorotheam-Amaliam natam 1643. mortuā 1650.
11. Christinam-Fridericam natam 1644. Alberto Ernesto Comiti Oettingensi junctam.
12. Christinam-Charlottam natam 1645. Georgio Christiano Principi Ost-Frisiæ elocatam.
13. Annam Catharinam natam anno 1648.
14. Eberhardinam Catharinam natam 1651.

Ex secunda Uxore Mariâ-Dorothea-Sophiâ,

Comite

Oetlingensi Joachimi Ernesti filia, quam anno 1656. duxit, nati

1. Georgius-Fridericus 1657.
2. Ludovicus anno 1661.
3. Albertus Christianus
4.
5.
6.
7. Johannes-Fridericus 1669.
8. Emanuel-Eberhardus.
9. Sophia-Carola 1671.

§. XXIII. WILHELMVS-LVDOVICVS anno 1647. natus, in Aula Patria et Collegio illustri Tübingensi educatus, postea cum fratre Friderico-Carolo exteras invisit terras.

Anno 1674. Patre adhuc vivo uxorem duxit Mense Februario, Magdalenam-Sibyllam Ludovici, Landgravii Hassо-Darmstadini filiam, quae exeunte anno Eleonoram Dorotheam peperit.

Ab excessu Patris Regimen suscepit, ac d. 4. Augusti 1674 homagio sibi junxit Tübingenses.

DE LINEA NEOSTADIENSI.

§. XXIV. Hanc condidit FRIDERICVS Frater Eberhardi natus anno 1615. Ejus baptismalia Sacra magnâ solennitate, quam peculiaris liber descripsit, celebrata sunt. Ubi primum adoleverat in Galliam missus, Lugduni peste tentatus, Genevam concessit. Indè repetitâ Galliâ Salmuriæ aliquandiu moratus, hinc Mari Italiæ petita, ibidem in Pradones exules (Banditen) incidit, qui mortem interminabantur. Per Pedemontium tertia vice repetitâ Galliâ, mox Angliam, Belgium, Daniam lustravit. In Dania apud Christianum IV. Regem anno 1636. substitit, ejusdemq; consilio Electorem Saxoniæ, indè Imperatorem Viennæ convenit. Multus ibi ab ipso Cæsare, Archi-Duce Leopoldo, et aliis Proceribus illi habitus est honos, et integer Ducatus per Trautmansdorffium seriò oblatus si Religionem Pontificiam amplecteretur. Verùm cum offensione Dei, et fratris injuria beneficium accipere generosè negavit,

et cum pro fratris restitutione orasset, assignatis, unde vivendi media ipse acciperet, aliquibus Præfecturis, dimissus, literas Cæsareas ob hoc ad Sulzensem et Wolkensteinium Præfectos datas, nullo fructu secum tulit.
Stagæ ad Bernhardum Vinariensem in Burgundiam profectus, expugnationi Castrorum quorundam interfuit. Amisso Bernhardo, amico suo, Rosæ Batavos Hohenturiam obsidentes aggredienti Comes ivit, et gravi defunctus periculo rediit.
Anno 1642. Paulo antequam Gallo Vinariensis Suecis et Brunsvicensibus jungeretur, duas Legiones regendas accepit. Ex eo pluribus prœliis, imprimis Gulpherbytano anno 1642 Kerpesi, quo Lambrjus profligatus et captus est, interfuit. Anno 1643 Rothuriam frustra tentavit, vulnere accepto et necessariis deficientibus. Postea tamen novâ impressione captâ Rothuriâ, in eadem Friderico quoq; hospitium assignatum. At verò Tutlingâ ab hostibus recepta, Fridericus post strenuam defensionem ad deditionem Rothuriæ coactus est, profectusq; Lutetiam Regi facti rationem

nem asseruavit. Cùm in Gallia aliquandiu egisset, variisq; novis promissis diu frustrà se habitum vidisset, Anno 1646. Landgravio Hasso-Cassellano auspiciis novam militiam suscepit. In hac Wrangelio occupanti Paderbornam et Stadtbergam adfuit, et Coesfeldæ impositus Præfectus, non nisi hyemem ibi egit, æstate aliis occupatus expeditionibus.

Cùm anno 1648. ad Greffenburgam Hassiacos in fugam conjecisset Lamboius, Friderici Legiola rem restituit, tormenta prius deserta et ab hoste neglecta occupavit, et donec cæteri animos reciperent hosti profligando, ejus impetum sustinuit. Pace restitutâ, à Fratre Neostadium, ubi sedem aulæ statuit, Winsbergam et Meckmühlam accepit. Et hactenùs post gravissimos labores bellicos, otium exercitiis, curis et studiis Principe dignis condivit, quorum fidem facit insignis Bibliotheca et Cimeliorum receptaculum, quotidianis augmentis crescentia. Hæc de vita Friderici contraximus ex Speneri Sylloge Genealog. pag. 589 seqq. Ex Clara-Augustâ, Augusti Sapientis, Ducis Brunsvico-Luneburgensis filiâ, quam anno

1653. duxit novem ipsi nati sunt liberi:
1. Fridericus-Augustus 1654
2. Ulricus natus et mortuus anno 1655
3. Eberhardus, natus et mortuus anno 1656.
4. Albertus natus 1657. mortuus 1670.
5. Sophia-Dorothea Wolfenbytelii nata 1658.
6. Ferdinandus Wilhelmus natus 1659.
7. Antonius Ulricus natus 1661.
8. Carolus Rudolphus natus 1666.
9. Anna Eleonora nata 1669.

§. XXV. Ulricus alter Frater Eberhardi natus 1617. armis praecipuè inclaruit, et sub Cæsare et Electore Bavaro meruit, ad Augustam imprimis 1648. strenuè se gerens, indè in Belgio Hispanorum militiam suscepit, in Flandriâ militiam equestrem ducens; plurimumq; ei post Condæum, debuerunt illæ partes, ne omnino obterrerentur, ab his servatæ. Ibidem 1651. Pontificiam religionem amplexus erat, sed 1657. ad nostram reversus est. Tum aliquot annis auspicia Gallica sequi placuit. In nupero bello Turcico Generalis Equitatui præfectus est. Expetita conjuge Sophia-Dorothea, Henrici-Wilhelmi Comitis Solmsij filiâ in puerperio 1648 extincta Mariam Catharinam Carolam quæ illius cum matre mortua est; Ex altera Isabella Alberti Principis Barbansonti filia Comitis Hochstratensis viduâ suscepit Mariam Annam Ignatiam, quæ in Gynecæo Regio Gallicano educta fuit.

DE LINEA

De LINEA MOMPELICARDENSI.

§. XXVI. Hæc cœpit in LVDOVICO FRIDERICO, Friderici Ducis Filio Anno 1586. nato annoq; 1588. in Gallia ejecti ejectione à Patre ad agnatum fugiente, Subditis Mompelicardi Dominis relictus, eundemq; postea Principatum, cum exactis Argentorati et Tubingæ studiis, et Angliâ, Scotiâ, Belgio Italiâ, Galliâ, Germaniâ peregratis rediisset, anno 1617. pacto inter Fratres natus est. Redditus verò aliquot Subditorum onere, aliquot fodinis et fabricis ferri instar plumbi malleabilis institutis, non parum auxit. Posteà mortuo fratre Johanne Friderico, Regimen Ducatus Würtenbergici tutorio nomine suscepit, actumq; edicto restitutionis repetita sunt Ecclesiastica bona, quæ magnam Ducatus partem constituebant. Demum animi causa Mompelicardum reversus, pridem stomachi imbecillitate et catharro infestatus Anno 1631. decessit. Ex primâ Uxore Elisabetha Magdalena Ludovici Hasso-Darmstadini filia præter Christophorum anno 1610 natum sequenti anno amissum, et Henricam Ludovicam

anno 1623 natam, Alberto Marchioni Brandenburgo-Onolsbacensi junctam, genuit Leopoldum-Fridericum Successorem.
Ex altera verò Conjuge, Anna Eleonora, Johannis Casimiri Comitis Nassovio-Saregruntani filia supra Henricum et Georgium-Ludovicum in infantia extinctos, suscepit Georgium.

§ XXVII. LEOPOLDVS-FRIDERICVS natus anno 1624. à Parentis Obitu Tutores nactus est Eberhardum Familiæ Principem, et Georgium Hassiæ Landgravium, quorum nomine Gelderichiæ Principatum rexit. Cum verò Monspelicardum defensore egere videretur, Gallicana protectio Suecica anno 1635. prælata, missusque à Rege Arnajonus cum 300. Cataphractis, post quem Bourbonius aliique præfuere, Sed reversus eo Princeps Leopoldus-Fridericus, à Rege obtinuit, ut ejus auspiciis præsidio imposito præesset, assignato ex ærario ejus stipendio. Demum Pace Monasteriensi omnes ditiones, deducto Præsidio Gallicano recipiens, easdem in Pace rexit, nisi quod anno 1652 ab Exercitu Fuxtii Bellefortium obsidentis, non exigua Principatui illata damna, quæ exposuit Förstnerus Ducis Canalarius in Epist.

Cæterum

Caterum cum singulis ferè annis magno sumtu itinera in varia loca susceptisset varia, et ex Conjuge Sibylla, Johannis Friderici Patrui filia liberos non sustulisset, Anno 1662. moriens Successorem reliquit fratrem Georgium.

§. XXIIX. GEORGIVS Anno 1626. natus, Fratre vivo Harburgi [illegible]vit, et ab uxore Anna Casparis Collinii Mareschalli Franciæ filia, quæ ad Religionem Evangelicam 1662 traducta multa in Gallia bona obtinuit, ex quibus Castellione ad Lupam vendito, Collinium Dominium retinuit. Liberi ejus fuerunt:

1. Otto Fridericus natus 1650. in infantia mortuus.
2. Henrica nata anno 1654
3. Eleonora Charlotta n. 1656. Sylvio Friderico agnata nupta.
4. Conradus Ludovicus anno 1658. natus et mortuus.
5. Anna nata anno 1660.
6. Elisabetha nata 1665.
7. Hedwig nata anno 1667.
8. LEOPOLDVS-EBERHARDVS natus anno 1670.

DE LINEA IVLIANA SIVE SILESIACA APENNAGIATA.

§ XXIX. Hujus Lineæ Conditor est IVLIVS FRIDERICVS, Friderico Patre anno 1588. nato, insigni pulchritudine Princeps, qui post literas Tubingæ excultas ad longinquas peregrinationes adpulit animum. Anno 1613. ex Melita insula in Asiam trajecit, et Ephesi expugnationi interfuit. Indè anno 1616 ultimum Septentrionem Bothniam et Lappiam lustravit.
Anno 1617. in tractatu fraterno Brentiam ad ejus nominis amnem cum vicinia obtinuit. Post fratrem Ludovicum Fridericum Tutelam et administrationem Mompelicardensis Ducatus suscepit.
Lissiensi fœderi nomen declarat, sed armis Cæsareis eidem renunciare compulsus est.
Anno 1634 Delectus Provinciales Vinariensi et Horniano Exercitui jungit, qui sequenti anno prælio Nortlingensi magnam passi cladem. Patriæ Provincia tota occupata, et Heidelbergum Palatinus recepit, nec nisi pace restituta reddidit.
Ipse paulò post Argentinæ 1635. d. 24 Aprilis decessit, ex Anna-Sabina, Johannis Junioris Holsatiæ

satice Ducis filia relictis quinque filiis:
1. Roclerico Anno 1618. nato, qui initio literis et linguis (quarum vernacula ei Hispanica fuit) dedit operam, deinde militare vitæ genus sectatus, sub Svecis Stipendia fecit, anno 1651. decessit a-poplecticus.
2. Sylvio-Nimrodo
3. Manfredo
4. Julio-Peregrinatio, qui 1627. natus 1645 decessit
5. Svenone-Martiali-Edelnolpho 1629. nato Svecorum in Polonia Milite, 1656. denato.
& sequentibus Filiabus:
1. Julia Felicitate nata 1619. Johanni Duci Holsatiæ, Episcopo Lubeccensi nupta
2. Floriana Ernesta 1622 nata Friderico Crafftoni Comiti Hohenlohico in Pfedelsbach 1657. juncta.
3. Faustina-Martiana nata 1624.
4. Amadea-Fredonia nata 1631.

§. XXX. SYLVIUS-NIMROD (quod tamen posterius nomen ex consilio Theologorum Wirtenbergensium deposuit) natus 1622. In studiis Historicis præsertim et Theologicis ita profecit, ut in his etiam Meletemata quædam typis publicaverit. Demum anno 1647. ducta Elisabetha Maria, Caroli-Friderici ultimi Ducis Wirtembergensis filia, successit Socero in Ducatu Oelsensi in Silesia impetratâ Cæsareâ investiturâ. Obiit anno 1664. Ex hoc matrimonio nati sunt: 1. Ferdinandus Carolus, d. 15. Januarii 1650. Cassellis 1668 mortuus.
2. Sylvius-Fridericus n. 1651. Successor Patris Oelsnæ sedem habens

3. Christianus-Ulricus natus 1652 Perolstadii habitans, uxorem duxit Anhaltinam Principem, ex quâ jam Pater factus est Christiani-Ulrici, et Leopoldi Victoris.
4. Julius-Sigismundus natus d. 1. Augusti 1653.
Hi Principes, Patre moriente, dimissi, in illustri Collegio Tubingensi, aulaq; Altenburgicâ ad literas et Virtutes cum curâ formati sunt. Nuper etiam portionem hæreditatis Dorotheæ Altenburgicæ, Isenacensis viduæ, acceperunt. Sorores horum Principum Anna Sophia anno 1648 et Cunigunda Juliana 1655 nata jam pluseulos antè annos vivendi finem fecerunt.

§. XXXI. MANFREDUS, Sylvii Nimrodi fratris anno 1626 natus, ducta Juliana, Antonii Comitis Oldenburgici filiâ sedem Weildingæ vixit: Sed valetudine minus firmâ et perpetuo asthmaticus, cum integris sensibus valedixisset suis 1682 supremum diem obiit, relictis in tutela Ducis Eberhardi Patrueli et Marchionis Brandenburgo-Anspacensis:

1. Friderico-Ferdinando n. 1655.
2. Augusto n. 1656.
3. Manfredo n. 1658.

CAPVT XIV. DE HISTORIA COMITUM & DUCUM HOLSATIÆ

§. I. Holsatia pars veteris est Cimbriæ, cujus Incolas famosos reddiderunt migrationes & bellicæ expeditiones Romanis etiam infestæ. Olim hæc terra dicebatur Nord-Albingia, item Saxonia trans-Albiana, & habitatores Nordluci sive Nordlindi.

§. II. Holsati autem dicuntur quasi Oldesaten vel etiam Holdsaten sive saxones, à sylvis, uti Adamus Bremensis ingvit, quas accolunt. Nec audiendi sunt, qui cum germanicè dicatur Holstein, ab Holt & Stein derivent, quod Regio illa lapidicinis & lapidicinis quondam dives fuerit. Puto enim rectius dici abbreviatè Das Land Holsten, perindè ut & ex Wurfatia factum Das Land Würsten. Caspianus Danckivert tamen in descriptione Holsatiæ deducit ab Halstera sive Alstra fluvio cujus Arnoldus Lubecensis l. 4. c. 14. meminit.

§. III. Primus qui Holstenii nomen memorat est Regino Pruniensis, qui ad Annum 804. scripsit: Imperator (Carolus M.) super fluvium Albiam sedebat in loco qui dicitur Holdenstein.

§. IV. Quod ad antiquos Holsatiæ Dominos attinet, quia Saxonibus quondam computata Holsatia ad Saxonicæ quoq; regiminis modum gubernata

fuit: ut adeò non haberet Reges, sed tempore pacis Graviones sive Comites, bellicâ tempestate Duces, inter quos Albion (Albonem vocat Danckwerts) in Annalibus Francorum non ignobile habet nomen.

§. V. Postquam autem Trans-Albiani quoq; Saxones in provinciam à Carolo M. redacti, ODBNI cuidam novum Hamburgense castrum commissum, quem & nomine Caroli vicinis Holsatis jura dixisse credibile. Posteà RIDAGWN ejusq; filium LVDOLPHVM Anno 876. in Ost-Frisia casum, hinc VDONEM sive Edonem cum Brunone Saxoniæ Duce ad Ebbekesdorffium circa Annum 879 occisum munia Comitum in hac regione sustinuisse volunt. Quinam ab hoc tempore Holsatiæ præfuerit, nondum videtur liquido constare.

§. VI. Tempore autem Ottonis M. HERMANNUS BILLINGIVS Ducatum meruit Saxoniæ, et ut Adamus Bremensis loquitur, judicio & Justitiâ gubernavit provinciam, & in defensione Sanctarum Ecclesiarum studiosus usq; in finem permansit. Obiit Hermannus Anno 973.

§. VII. Ab ejus obitu BENNO & LVDERVS filii partiti sunt Provincias, & sicut Bennoni cum Ducis titulo Saxonia Cis-Albiana, ita Ludero cum Comitis elogio Trans-Albiana cessit. Uterq; autem fratrum Anno 1010. obiit, cujus vidua Emma deniq; Ao 1042 vitâ excessit.

§. VIII. Quod Luderus masculâ careret prole Bennonis filiorum alter DITMARVS Holsatiam, Stormariam & Dilmarsiam accepit, & cum fratre

Bernhardo Saxonie Duce Bremensi Ecclesiæ (ut legitur Adamus) multa bona fecit. Anno 1050. Ditmarus in duello est occisus, & quod forte impolitus esset, Successorem accepit fratrem Bernhardum Ducem, qui arcem inter Albim & Alstram Hamburgi condidit Annoq; 1062 obdormivit.

§. IX. Hinc in Ducatu Patri successit ORDULPHVS, in Comitatu autem Nord-Albingio HERMANNVS, de quo vid. Lambec. Origin. Hamburg. pag. 60 segq. Hic Hermannus in bello inter Henricum IV. & Rudolphum Anti-Cæsarem Anno 1078. captus & forte occisus.

§. X. Inde GOTFRIDVS quidam Comes ponitur, cujus Genealogia est incerta: certior cædes: siquidem à Wendis Holsatiam infestantibus Anno 1106 ex insidiis interemptus est. Vid. Lerbecii Chron. Comit. Schowenburg. p. 8. Lambec. Orig. Hamb. p. 75. 76.

§. XI. Via autem interea temporis LVDERVS post Magni, Saxoniæ Ducis, obitum ex Supplinburgensi Comite creatus esset Dux Saxoniæ, is ADOLPHO Comiti Schawenburgensi ex Sanderslebianis Nobilibus in Magdeburgensi Diœcesi oriundo Holsatiæ & Stormariæ Comitatum commisit. Eodem modo Hamburgum Comitibus Schawenburgensibus parere cœpit. Visitur etiamnum in templo cathedrali Hamburgensi monumentum ad sempiternam memoriam translationis Comitatus Nord-Albin-

gie ad Schawenburgensem familiam positum, quod repetunt Dankwert. pag. 176. Lambec. p. 78. Obiit Adolphus Anno 1128. (Albertus Stadens. refert ad A. 1133.) sepultus apud insulam Mindensem ordinis Benedicti, Lerbec. p. 9. relictis duobus filiis, Hartungo & Adolpho II. quorum ille haud multo post bello quod Imperator cum Bohemis gessit, absumtus est. Lerbec. p. 10.

§. XII. ADOLPHUS literis haud leviter exculta (nam praeter facundiam latinae & Teutonicae linguae Sclavicae nihilominus gnarus erat: teste Helmondo & Lerbec.) vivo Imperatore Lothario Comitatum Nord-Albingiae quietè possedit. Verùm ubi eo mortuo Henricus Superbus Bojariae Dux, & Generi Lotharii, atq; Albertus Ursus Marchio Brandenburgicus, uterq; Ducis Magni ex filiabus Eilicâ et Wulfilde nepos de Ducatu Saxoniae armis contendere coeperunt, eumq; Imperator Conradus III. Alberto adjudicavit; tum denique Adolphus, quod Henrici Superbi partibus cui Lotharius Ducatum illum pridem concesserat, adhaerebat, Holsatiâ atq; Stormariâ deturbatus est, ejusq; loco Albertus Henrico Comiti Badewidensi eas Regiones tradidit. Albert. Stad. ad A. 1139. Lerbec. pag. 11. qui tamen pro Badewid male habet Bardewik. Non multò tamen post Henricus Superbus auxilio Kechensae Socrus, expulso Alberto, Saxoniae Ducatum vi recuperans, Adolpho Comitatum restituit. Huic cum armis imparem se agnosceret Henricus Badewidensis, plerasq; loca munita, & in his Segebergam & arcem

Hamburg

Hamburgensem evertit, vid. Helmold. l. 1. c. 37. Adolphus verò, cum fugato Henrico Hamburgum recepisset, statim restauravit munivitq; et occupatâ Wagriâ Lubeccensem urbem inter Travam & Wakenitsam condere cœpit, Vid. Helmold. lib. 1. c. 58. Idem Geroldo Aldenburgensi Episcopo Civitatem Eutin cum trecentis mansis donavit. Cæterùm post plurima egregia facta dum Anno 1164 Henrico Leoni Duci Saxoniæ et Bojariæ contra Casimirum & Bogislaum Pomeraniæ Principes strenuam navat operam ictâ cum Reinoldo Dithmarsorum Comite in prælio periit. Vid. Alb. Stad.

§. XIII. Adolphus II. filium reliquit ADOLPHUM III. adhuc impuberem, cui Dux Henricus Leo Henricum Comitem Orlamundanum tutorem dedit, cui postea Mechtildis Adolphi III. Mater nupsit. Quod autem is Anno 1178. decederet, Mater tam diu provinciæ curam gessit, donec per se administrare posset filius, qui deinde Henrico Leoni fideliter adhæsit, usq; dum contentionibus inter illos obortis, ab eodem Holsatia, Wagria & Stormaria pelleretur, quibus tamdiu caruit, donec Henricus Leo à Friderico Imperatore proscriberetur. Tum enim Adolphus paternis Provinciis restitutus easdem ad annum 1189 quietè possedit. Cæterùm Adolpho cum Imperatore in Palestinam profecto Henricus Leo ab exilio Anglicano reversus pleraq; Holsatiæ loca subegit, ac Lubeccam quoq; et Hamburgum ad deditionem compulit. Verùm simulac Adolphus ex Palæstina rediit, ejecto Ducis præsidio Flam-

burgenses illum recepere, eundemq' in recuperandis Lubeccâ, Stadio, aliisq' locis strenuè adjuverunt. Vid. Arnoldg Lubecc. l. 4. c. 10. & l. 6. c. 13. Posteà gravius & infelicius bellum gessit cum Canuto Daniæ Rege, & fratre ejus Woldemaro. Nam fuso fugatoq' Adolphi exercitu ipse cum paucis suorum Hamburgum & mox Stadium profugit. Quumvis autem Waldemarus jam Hamburgum occupasset, eiq' Radulphum quendam præfecisset, Adolphus præterito vix dum mense integro Hamburgum reversus, Radulpho ejecto Urbem egregiè munit. Sed Waldemarus iterum eadem potitus Adolphum captivum in Daniam abduxit, qui ut liber dimitteretur perpetuo se Holsatiâ ac Stormariâ cessurum promittere necessum habuit, ubi de religiosum vitæ tempus in Schauenburgensi Comitatu quietè transegit.

§. XIV. Waldemarus autem præfecturam earum Regionum dedit Alberto Comiti Orlamundano, Adolphi Comitis fratri uterino, Vid. Arnold. Lub. l. 7. c. 13. qui supra Urbem Hamburgensem castellum condidit, cujus hodiè vestigia propè pagum Eppenbuck supersunt, ad Billam fluviolum. Alb. idem Albertus Orlamundanus à Waldemaro Hamburgensem Urbem cum omni quod in eam habebat imperio pro septingentis Argenti Marcis emit, vid. Lambec. p. 108 & segq. Reliquæ igitur Nordalbingiæ vicariâ tantùm potestate præfuit; Hamburgi autem plenum sibi emtione acquisivit dominium.

§. XV. Anno 1223. Daniæ Rex Waldemarus ab Henrico Comite Sverinensi captus & in arcem

Dannenb[illegible]

Dannenbergensem abductus fuit. Hic inopinatus casus magnorum motuum in Nord Albingia causa & origo fuit. Tum verò ADOLPHUS IV. Adolphi III. filius de recuperandis Paternis ditionibus cogitare cœpit; Cum igitur Albertus Orlamundanus gravissimum sibi ab Adolpho bellum imminere præsentiret, Hamburgenses sibi conciliare studuit, ac quicquid immunitatum, Juriumque privilegiorum Fridericus I. & II. Henricus Leo & Comites Schawenburgenses iis concesserant, largiter confirmavit 1224. Lambec. p. 116. & seq. Quandoquidem autem partes Adolphi admodum validas cerneret, vendidit Hamburgensibus, antequam adversus Adolphum copias educeret 1500 marcis argenti quicquid in eos eorumq' urbem Imperii et potestatis à Rege Waldemaro olim emerat, eâq; pecuniâ acceptâ, liberos suiq' juris declaravit. Posthæc cum Comite Adolpho congressus adeò infelici successu, ut post universi exercitus cladem vivus in potestatem victoris perveniret. Hinc omnem paternam ditionem felicissimè recepit Adolphus, ac Hamburgenses salvâ libertate sabisq' privilegiis urbem dedidere. Vid. Lambec. l. 2. p. 18. & segq. An Juramento civitas tunc se obstrinxerit Comiti, eâ de re inter Danicæ & Hamburgensis factionis Scriptores certamen fuit. Latius eâ de re disputat Lambecq & promissionem fidelitatis sine juramento factam ostendit p. 26. Receptâ Hamburgo

adortus sinè morâ Adolphus Castellum Regi Waldemari (die Burg Vor dem Eichholze) gvodam no 1216. domandæ urbis causâ infrà eam versus Oceanum posuerat, occupavit, ac unà cum Castello Schibbecensi, evertit Lambec. p. 27. Waldemarus autem Anno 1225. ex carcere Dannenbergensi dimissus, licet recuperandæ Regionis desiderium ejurasset, sequenti tamen Anno contra latam fidem in ejuratas Regiones erupit, ac debellatâ uno prælio Ditmarsiâ, deindè Rendesburgum, Segebergam aliaq; non leviter munita capit oppida. Urandogvidem autem Lubecenses se in libertatem vindicassent, & Danorum tamen Impetum timerent, Adolphum acciverunt armorumq; Ductorem constituerunt. Anno 1227 die St. Magdalenæ prælium memorabile ad Bornhöfede commissum, qvo Waldemarus ab Adolpho & Lubecensibus victus est. Prælium hoc prolixè describit Lambecius l. 2. p. 37–47. ac tum demum Adolphus trangvillam recuperatæ ditionis paternæ possessionem obtinuit, ac in memoriam Victoriæ Hamburgi Monasterii Mariæ Magdalenæ & S. Johannis condidit. Anno 1238 Adolphus, commissâ Genero Abelo Jutiæ Australis Duci, Waldemari Daniæ Regis filio regionum suarum liberorumq; curâ, assumto Sanctæ Crucis spinaculo, cum delectâ militum manu & Uxore Heilwige Livoniam mari petit, ubi tum adversùs Lituanos & Russos paganismo addictas gentes bellum sacrum fervebat. Lambec. l. 2. p. 75.

Anno 1239. Adolphus ex Livonia domum reversus Abelo Genero filiorum trium, Johannis, Gerhardi, & Lüderi regionumq; tutelâ commendata, monasticam vitam, ex voto ante pugnam Bornhöfedensem facto, amplexus, indutâ Franciscanorum cappâ, promissâq; solenniter monastica vitæ obedientiâ in monasterium St. Mariæ Magdalenæ à se olim fundatum pro Monacho fuit receptus. Eodem Anno Johannes, Adolphi primogenitus Hamburgensibus privilegium Friderici confirmavit. Lambec. l. 2. p. 79. & seqq.

Anno 1241 primum inter Hamburgum & Lubecam foedus percussum, quod Originem Hanseæ Teutonicæ dedisse putat Lambecius. Anno 1242 Abelus Gerhardo Archi-Episcopo Bremensi tutelam filiorum Soceri resignat, Lambec. p. 86. eodemq; Anno Elisabetha, Alberti II. Saxoniæ Ducis filia adhuc immatura Johanni 12 circiter annorum Juveni desponsetur. Anno 1244. Johannes & Gerhardus Comites ad Studium Parisiense proficiscuntur. Eodem Anno Adolphus IV. monachus Romam ad Innocentium IV. migrans, licentiam ad sacros Ordines majores impetrat, ac ab ipso Pontifice Subdiaconus, à Johanne Episcopo Bosnensi Diaconus, à Johanne Episcopo Lubecensi Presbyter designatus Missamq; primam in Bornhöfede, secundam sequenti Anno Hamburgi in templo S. Mariæ Magdalenæ celebravit. Interea Ericus Daniæ Rex consilium capit, quicquid olim Regno Danico captivitate Valdemari detractum, per absentiam Comitum ad

se retrahendi, annoq; 1246. Holsatiam ex improviso invadit, & plurimum procul dubio nocuisset, nisi Gerhardus Bremensis, & Abelus frater ei se opposuissent. Quo magis etiam in fide retinerentur subditi, Comites Lutetiâ domum revocati cum magno tripudio Hamburgi excepti sunt. Anno 1247. inter Johannem & Gerhardum ob inaequalem partitionem paterni dominii dissensio orta. Johannes Wagriam sibi sumserat & Kiloniam in Holsatiam. Reliquam Holsatiæ partem cum Stormaria Gerhardus frater accepit. Postquam autem Gerhardus Kilonium frustrà obsedisset per Archiepiscopum Bremensem, & Abelum amica transactio instituta, vid. Lambec. p. 102. segq. Anno 1250. inter Ericum Daniæ Regem, & Holsatiæ Comites bellum coortum ob Rendesburgum oppidum, ubi magno oppugnantium Comitum damno pugnatum est. Sed Abelus, ubi fratrem Schlesvico haud procul abesse intellexit, consilium coepit execrabile. Invitatum enim ac nihil mali suspicantem Regem benignè excepit, magnificum deindè celebrat convivium in domo Sliæ fluvio imposita. Post epulas cum Rex ludo latrunculorum oblectaretur à conscio insidiarum apprehensus obvoluto capite manibus pedibusq; vinctus naviculæ imponitur, & ab urbe conspectu hominum aliquantum spatii abvehitur, ac paulo post sive à Lapo sive à Guthmundo Nobili Dano Regi ob exilium infenso miserè trucidatur. Truncatum corpus tenui pellicula capiti adhuc adhærens additis grandioribus saxis in Sliam projicitur, Vid. Alberic. Stadens. ad Annum 1250.

Fama de cæde Regis sparsa obsidio Rensburgi sol-
vitur, quum Comites controversiam de Oppido
aliàs amicè compositum iri non diffiderent. Occiso
Erico successit in Regno Daniæ Abelus parricidii
reus, quanquam Regni Proceribus juramento in speciem
se purgasset. Ipse autem Abel anno 1252 à Stratt-
fresonibus sive Nordstrandis ex insidiis occisus est.
Annus 1262. Adolpho IV. Comiti Monacho fatalis est,
ac obiit is quidem Kilonii in Monasterio S. Franci-
sci, quod pecuniâ ostiatim mendicatâ ipse extruxerat,
ibidemq; sepultus est cum barbaro hoc Epitaphio:

Quondam nostrorum Pater et Speculum Dominorum
Fraus Holsatorum, Comes Adolph, regula morum
Hic situs est flos florum, & honos & gemma bonorum,
Cui dedimus sertum nostrorum more Minorum
Ne pravorum animæ noceat fraus Dæmoniorum
Oramus, Deus ut te receptet in alta polorum.

Hamburgi autem in templo Mariæ Magdalenæ
visitur adhuc duplex Adolphi effigies, una habitu
militari, altera habitu cubantis in monasticâ veste
Franciscanorum, cum quâ procul dubio sepultus.
Eodem anno bello inter Ericum Ducem Sclesvicense
& Ericum-Christophorum Daniæ Regis ex Margaretha
Pomeranica filium gesto Johannes & Gerhardus Comites
Duci adstitêre, et post prælium ad Sclesvicum commissum
Regina mater cum filio Rege capta Hamburgum
ablegata Comitis Gerhardi curæ commissa, sed
sequenti anno opera Alberti Ducis Brunsvicensis
in pristinam libertatem restituta est. Cæterum quia
Adolphus ille Comes monachus duos hos reliquit filios
Johannem & Gerhardum, & hi quidem stipularum
linearum auctores sunt, de posteris ab utroq; descendan-
tibus sigillatim ac primò de Johannis familiâ agen-

DE JOHANNIS I. LINCEA KILONIENSI.

§. XVI. JOHANNEM Adolphi IV. Filium in divisione hereditatis paternæ Wagriam & in Holsatia Kilonium accepisse diximus. Præterea et partem Stormariæ, quicquid scilicet ad Præfecturam Segebergensem et Trittoviensem pene usq; ad Hamburgum, nec non Krempenses agros (vid. Hutmanns Mass.) Johanni attributa fuerunt. Gerhardo autem cætera Holsatiæ, et in Stormariâ Sinnebergensia fuêre addicta. Jura verò in Hamburgum indivisa videntur mansisse. Quamvis igitur in hâc divisione acquiescere nollet Gerhardus, ac Kilonium quoq; (sicut itidem ostendit) obsideret, amicâ tamen transactione negotium finitum ac Gerhardo soli Schauenburgensis Comitatus assignatus. Johannes I. ex Mechtilde Saxonicâ genuit Adolphum V. Johannem II. & Albertum. ADOLPHVS V. ob matrimonium cum filiâ Ducis Pomerani Mistevoji cognomen Pomerani nactus Oldenburgi in Wagriâ sedem habens Anno 1308. decessisse dicitur. Albertus Præpositus Hamburgensis Hamburgo privilegium de non appellando nisi in casibus protractæ aut denegatæ Justitiæ a fratribus & notibus impetravit, Anno 1292.

§. XVII. JOHANNES II. sede Kilonii constituta primam uxorem habuit Comitis Wunstorpiani filiam, alteram Agnesam ex Marchionibus Brandenburgensibus Erici Glispingii Daniæ Regis viduam quam anno 1293. duxit. Ipse verò Johannes

Anno 1317. obiit relictis Johanne Seniore, Nicolao, Adolpho, Henrico, & Johanne III. Iuniore, ex quibus solus hic JOHANNES III. stemma propagavit. Johannes primogenitus Ploenam & Branstediam possedit; Nicolaus Oldesloam. Adolphus Segebergae aulam habens ob constupratam Hartwici Reventlovii filiam, cum filio Ao 1315. in lecto interemptus est, cui sequens positum Epitaphium:

Hic jacet Adolphus Comes una cum Filio interfectus.

Hoc Epitaphium renovari curavit Henricus Rantzovius additâ sequenti inscriptione:

Henricus Rantzovius, trium Regum Daniae Christiani III. Friderici II. & Christiani IV. per 40 annos Produx Cimbricus, & hujus arcis Segebergensis Praefectus monumentum hoc Adolphi Holsatiae Comitis ab Hadovico Reventlovio sub habitu Venatoris in hac arce, cum in lecto requiesceret, interfecti, á Monachis ordinis D. Augustini ex lapide cocto cum inscriptione olim erectum, vetustate autem collapsum, propriis sumtibus reparari & literas deaurari curavit Anno 1595. aetatis suae 70.

Historiam integram vide apud Dankwert. in descriptione Holsat. pag. 236.

Henricus (sive Henningus) ab obitu Patris á Brandenburgicis captus, uxorem habuit Catharinam Johannis Marchionis filiam.

§. XIIX. JOHANNES III. junior cognomento largus ex alterâ uxore genitus, á Christophoro II. Daniae Rege Femariam insulam in feudum, ac Scaniam pignoris loco accepit, quam Svecis vendidit, Annoq; 1359. vitâ functus, & Reinfeldii sepultus. Successorem habuit ex Anna Meklenburgica Adolphum VI.

§. XIX. ADOLPHVS VI. ultimus hujus lineae improlis decessit 1390. Uxorem habuit Annam Alberti Meklenburgici filiam, heredem Nicolaum Rendesburgensem Holsatiae Comitem.

DE LINEA RENDESBVRGENSI.

§. XX GERHARDVS I. Adolphi IV filius, Johannis I. frater qui Stormariam & Holsatiæ maximam partem accepit, Rendesburgi aulæ sedem habuit Princeps insigni fortitudine Erici Regis Daniæ victor, obiit 1281. Hamburgi in Basilica cathedrali sepultus. Uxor Adelheid, Johannis Mekelenburgici filia ei peperit Gerhardum II. Comitem Schauenburgo Pinnebergensem (de cujus familia sigillatim agemus) & Henricum I.

§. XXI. HENRICVS I. bellum cum Ditmarsis gessit infelix, vid. Dankwert. p. 296. obiit Ao. 1310. ex Florentii Comitis Bronchorstiani filiâ, fratem Johannem, qui in Ditmarsia cum fratre victus anno 1331. decessit, & ex Agnete Erici Slesvicensis filia reliquit Waldemarum III, Daniæ Regem & Schlesvicensem Ducem, genuit Gerhardum III.

§. XXII. GERHARDUS III. cognomine Magni, Henrici I. primogenitus post occisum à Reventlovio Adolphum extemplo Segebergam occupavit, nec Johanni, fratri Adolphi, resignare voluit. Quamobrem Johannes ope Adolphi Schauenburgici Gerhardo bellum indixit, sed Gerhardus adventantem Adolphum vicit, & sub ponte Bramstedensi cepit. Etiam Christophorum II. Daniæ Regem vicit, & Dux Schlesvicensis, itemq; tutor Waldemari, atq; adeò Gubernator regni Danici factus est. Anno 1340. Randrusii à Nobile Dano Nils Jeppen in cubiculo transfossus est, Vid. Lerbec. p. 37.

Ex conjuge Helena Johannis III. Saxoniæ Ducis filia, præter Elisabetham Hagvini Sveciæ Norwegiæq; Regis sponsam, qvæ repudiata in Cœnobio S. Brigittæ in Svecia obiit, suscepit Henricum II, Nicolaum & Johannem. Nicolaus cum fratribus bella gessit compotura, auctusq; post Adolphi V. obitum hereditate Holsato Kilonicnsi, imprölis decessit Anno 1400. Johannes prælio qvodam in Dania occisus Anno 1357. cujus filius forte fuit Johannes prælio inter Margaretam Danicam & Albertum Regem Sveciæ captus A. 1388.

§. XXIII. HENRICVS II. cognomento Ferreus non modo in Patriâ, sed et in Daniâ, Svecia, Anglia Gallia, Italiâ fortitudinem suam demonstravit. Ad capessendam Coronam Svecicam vocatus, recipere eam detrectavit suiq; loco commendavit Albertum Mecklenburgicum. Mortuus est Anno 1382. Ex Alberti Mecklenburgici filiâ, Alberti Sveciæ Regis Sorore oenitis Gerhardo IV. Alberto, & Henrico. Albertus, cujus uxor fuit Erici III. Ducis Saxo-Lauenburgici filia, in Ditmarsia occubuit 1404. Henricus Osnabrugensis Episcopus in cœnobio Bordesholm mortuus est Anno 1424.

§. XXIV. GERHARDVS IV. primus Dux Schlesvicensis renunciatur ab Olapi Rege Daniæ, annoq; 1404 à Ditmarsis in Ivo Vilburgham occisus est. Uxorem habuit Catharinam (alii Elisabetham vocant) Magni Torqvati Ducis Brunsvicensis filiam qvæ eidem peperit Henricum III. Adolphum Gerhardum, & Hedwigem filiam. Henricus bellum contra Ericum Daniæ Regem gessit

in annum 1427. quo in obsidione Flensburgi à Dano milite confossus est. Sponsam habuit ex domo Brunsvicensi, quæ à Sponsi obitu cœlibatum vovisse dicitur. Gerhardus navali militiâ contra Ericum decertavit, annoq; 1433. Emmericæ ad Rhenum vivere desiit. 3 Ex Annâ, Gerhardi (alii Bernhardi) Comitis Badensis filia suscepit Henricum, qui in Slia puer interiit, & Catharinam Monialem Prezensem; Dankwertus Ingetugam vocat & Abbatissam in Suecia fuisse refert p. 63.

§. XXV. ADOLPHVS bellum Schlesvicense cum Erico Daniæ Rege à fratrum obitu ope Hanseaticarum Urbium continuavit, quod hoc pacto finitum, ut quisq; occupata retineret. Tandem An. 1440 à Christophoro Daniæ Rege Schlesvicensem Ducatum in feudum accepit & ab ejus excessu in Regem Daniæ electus, seniorave Heidwige, Christianum Comitem Oldenburgicum. Heidwige enim demortuo Balthasare Principe Vandalorum in Mecklenburgensi ditione nupsit Theodorico Comiti Oldenburgensi, conditori familiæ Regum Daniæ et Ducum Holsatiæ, & ex eo quidem nato Christianus Rex Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ, Dux Schlesvicensis et Comes Holsatiæ, de quo ejusq; posteris post lineam Pinnenbergo Schawenburgicam singulari operâ agemus. Ipse autem Adolphus vivere desiit 1459. quod sequentes Rythmi Saxonici declarant.

∞ CCCC XXXXX IIIIIIIII

Do man schreff vierm vnd vefftich Jar nach vnsers leven
Hern Vnd Jungfrowen Marien klaren
Dach dysses dodes starff de vrome
Da dankt man hartog Adolffe bo
De vlogede manig ogr jamer vnd not
Arbeyd vm dat velen fürsten dot.

Ex Linea Pinn.

DE LINEA PINNEBERGO-SCHAVENBVRGICA.

§. XXVI. Hanc Lineam condidit GERHARDVS II. Gerhardi I. filius Adolphi IV. Monachi Nepos, Henrici Holsatiæ & Stormariæ Comitis Kensorgi residentis frater, qui præter integrum Schauenburgicum accepit Pinnebergensem in Holsatiæ Comitatum, annoq' 1312 decessit. Filii hujus ex Nobili Dominâ de Warberg fuere Gerhardus III. Adolphus & Henricus. Henricus mortuus anno circiter 1304. relictis Henrico & Ottone Seniore. Henricus fortè is est, qui Telonium Schauenburgense cujus dimidia pars ad Senatum Hamburgensem spectat Hamburgi cum Gerhardo & Adolpho Patruis constituit, annoq' 1335. imprölis decessit. Otto Senior (quem alii Gerhardi II. filium faciunt) ibidem imprölis decessit Anno 1369.

§. XXVII. GERHARDVS III. Gerhardi II. filius fortè Pinnebergæ habitavit, anno 1320. mortuus est. Genuit is Gerhardum IV. Hamburgensem Præpositum. Hic dimissis beneficiis Ecclesiasticis uxorem duxit Johannis II. Saxoniæ Ducis filiam, ex quâ natus Johannes 1330. finiens vitam. Successores habuit Comites Schauenburgicos ab Adolpho Patruo descendentes.

§. XXIIX. ADOLPHVS ille, quem nos primum vocabimus, ab aliis dictus VII. in Schauenburgensi Comitatu habitans dimidios Urbis Hamburgensis reditus uxori Helenæ assignavit 1307. annoq' 1315. decessit, relicto filio Adolpho II.

§. XXIX. ADOLPHVS II. á Gerhardo M. ad Darmstadium victus capturq; 1353 obiit, relicto ex Hedwige Comita Lippiensi Adolpho III. qui Ao 1356 Hamburgensibus privilegia confirmavit, in Cypro Insula Anno 1370. occisus. Vid. Chronic. Mindense á Meibom. edition pag. 118. (2.) Ottone Juniore (3.) Gerhardo Episcopo Mindensi (4.) Simone, in castro Petershagen per hastiludium occiso 1360. (5.) Bernhardo Præposito Hamburgensi.

§. XXX. OTTO cognomento Junior sive II. Fratre Adolpho mortuo etiam hereditate Ottonis Seniorisq; filii Henrici Gerhardi II. nepotis auctus est. Magnum Ducem Brunsvicensem vicit, qui eo prælio occisus est, Vid. Chron. Mindense. Postea tamen á filiis Magni victus captusq; est. Vixit etiam tum, quum Adolphus VI. ultimus Kilonienſis lineæ decederet Anno 1390. Quod tamen Nicolaus Resdesburgensis gradu esset propior, Kilonienſia solus retinuit solutis Ottoni octo marcarum millibus. Hic etiam Otto Comitatu Sternbergensem adeptus est, annoq; 1404. vivere desiit. Præter quinque filias, (de quibus vid. Lehm. p. 421.) Wilhelmum & Adolphum IV. genuit.

§. XXXI. ADOLPHUS IV. bello Schlesvicensi Cognatis contra Ericum Daniæ Regem adstitit, Danosq; ad Eggebekam fudit, mortuus est anno 1410. relicto ex filiâ Erici Comitis de Hoya Ottone III. anno 1400. genito.

§. XXXII. OTTO III. cum Anno 1459 Adolpho Gerhardi Ducis Schlesvicensis filius decederet, tanqm

proximus agnatus Successionem totius Holsatiæ postulavit, quod tamen major pars Nobilium favore Regi Daniæ Christiano, Theodorici Oldenburgici filio, acceptis 42000. florenis Rhenanis pro se & filiis hereditati renunciavit, annoq; 1464 vitam finivit. Spangenberg tamen in Chron. Schaumb. l. 4. c. 13. scribit, hanc pecuniam non esse solutam nec filios Ottonis renunciationem approbasse. Filii hujus Ottonis fuere octo: 1. Adolphus regens Schauenburgicus Comes qui decessit Anno 1473. 2. Ericus Adolphi Successor mortuus ao 1485. 3. Ernestus Episcopus Hildesiensis. 4. Otto in tertium annum regens Schauenburgi, Anno 1488 in Holsatiam concessit ac Pinneberga obiit Anno 1520. 5. Henricus Episcopus Mindensis, cujus Epitaphium legitur Mindæ in templo Cathedrali, & Crantii Encomion promeruit Metropol. l. 12. c. 19. 6. Bernhardus, de quo præter nomen nihil reperi 7. Antonius cum Johanne fratre Schauenburgensem & Pinnebergensem Comitatus rexit post obitum Ottonis, & Comitatus quidem Pinnebergicus semper mansit apud reliquos Comites Schauenburgicos. Decessit Antonius Anno 1526. 8. Johannes cognomento Strenuus Dns Oldenburgi, qui quinque præliis victoriam adeptus. Ab Antonii fratris obitu Comitatus rexit per annum tantum unicum, sigvidem Anno 1527. vitam cum morte commutavit. Hic ex Uxore Corda Ghemensi Henrici ultimi ejus familiæ Comitis filia jam quinquagenaria genuit Justum.

§. XXXIII. JUSTUS ille seu JODOCUS unicus heres Schauenburgicus præter Pinnebergica &

& Sternbergica etiam maternam hereditatem Ghemen in Monasterienſi Epiſcopatu accepit, annoq; 1532. obiit. Ex Mariâ Comite Naſſovicâ Pater factus eſt ſequentium liberorum:

1. Adolphi Archi Epiſcopi Colonienſis mortui 1556.
2. Johannis Buckeburgi Reſidentis A. 1560 mortui.
3. Ottonis qui Stadhagæ aulam habuit & vitâ exceſſit 1576.
4. Antonii Archi-Epiſcopi Colonienſis, qui Adolpho fratri ſucceſſit, ſed ſtatim Anno 1558. vivere deſiit.
5. Jodoci, qui in Gehmen aulae ſedem habuit
6. Henrici.
7. Wilhelmi Præpoſiti Hildesheimenſis.
8. Erici.
9. Ernesti qui Præfectus ſuperior fuit Hornbergi in Sveviâ, ut meminit Nicod. Frischlin

§. XXXIV. Ex his Otto & Jodocus ſtemma propagarunt, & OTTONIS quidem filii fuere

1. Hermannus Epiſcopus Mindenſis, qui dignitate ſe abdicavit.
2. Adolphus regens Comes Schauenburgicus, qui amiſſo filio Julio Ao 1601. mortuus.
3. Antonius, Epiſcopus Mindenſis.
4. ERNESTUS qui in Principalem dignitatem erectus, agre id ferente Christiano IV. Daniæ Rege, Schauenburgenſem ac Pinnebergenſem Comitatum rexit in Annum 1622. quo nullis ex Hedwige Wilhelmi Hasso-Caſſellani Landgravii filiâ auctus liberis deceſſit. Jurisprudentiæ ac Historiarum literatè fuit peritus, ac eleganti carmine pangendo cum primis felix. Vixit aliquandiu in Academiâ Juliâ, & poſito tyro-

cinio

cinio, ingenii & profectus specimina non vulgaria edidit. Academiam Rintelensem Anno 1621. condidit.

§. XXXV. JODOCUS verò ex Comite Culenburgicâ genuit 1. Henricum, qui nocte quadam coecus factus. 2. Johannem Ottonem. 3. Jodocum. 4. Hermannum 5. Georgium Hermannum.

§. XXXVI. HENRICI Caeci ex Limburgensi Comite filius JUSTUS HERMANNUS ab Ernesti obitu Princeps Schauenburgensis, & Holsato Pinnebergensis (quo tamen titulo abstinuisse illum refert Ceilerus) improlis mortuus Anno 1635.

§. XXXVII. GEORGII HERMANNI Mindae in aulâ Schauenburgicâ residentis, annoq; 1581. decedentis ex Elisabethâ Comite Lippiensi Simonis filiâ, filius fuit OTTO, ultimus omnium Comitum Schauenburgicorum & Holsaticorum, qui Anno 1640 à convivio Bannerii Hildesheimensis, ubi immodicè potui indulsit, Buckeburgum reversus 24 anno aetatis vitam cum morte commutavit.

Ab ejus obitu Christianus IV. Daniae Rex Pinnebergica occupavit, ejusq; portiones duas Pinnebergensem sc. & Hatzburgensem praefecturas retinuit, tertiam Barmstedensem Friderico Holsatiae Duci cessit, qui tamen eandem Comiti Ranzovio 1649. vendidit. Schauenburgense tamen Vectigal Hamburgi & Jura in coenobium Uetersen sibi servavit, Lud. Dankwert. p. 280 Schauenburgicam autem hereditatem Domus Hasso-Casselana accepit, eidemq; in pace Westphalicâ confirmata est.

DE DUCIBUS HOLSATIÆ EX OLDENBVRGICA FAMILIA oriundis.

§. XXXIIX. Quum Christianus I. post mortem Christophori III. Palatini ex commendatione Avunculi Adolphi Ducis Schlesvicensis & Comitis Holsatiæ Coronam Danicam impetrasset Ao 1448. accessit ab obitu avunculi Anno 1459 Schlesvicensis Ducatus, & quod Otto Schauenburgicus accepta pecuniâ juri suo cederet, Holsatiæ quoq; Comitatu, exceptis solis Pinnebergensibus, ex tantâ hereditate Schauenburgensi familiæ relictis. Cæterum Holsatiam cum Stormariâ & Ditmarsiâ (Ditmarsi de hoc moniti quod Bremensibus hactenus parui essent se submittere detrectarunt) conjunxit, ac in Christiani gratiam unum esse Ducatum jussit Friderico III. Imperator, cum 1474 Rex Romam tendens ad eum venisset. A fratre Gerhardo Oldenburgicorum Comitum ad ultimum usq; Antonium-Günntherum satore aliquoties vexatus, qui in Holsatiâ hereditatis partem petebat, ut eidem quodammodo satisfaceret 40000 florenos solvit, cumq; is nondum quiesceret, vicinorum armis pulsus est. Obiit CHRISTIANUS Anno 1481. genitus ex Dorothea Brandenburgicâ, Christophori III. Daniæ Regis Viduâ præter Margaretam Jacobi III. Scotiæ Regi nuptam, Johanne, Daniæ Rege & Friderico Schlesvici & Holsatiæ Duce, qui abdicato Christiano II. sive Christierno, Johannis filio in regno Daniæ successit.

§. XXXIX. Schlesvicensis autem Ducatus, ut & Holsatiæ inter JOHANNEM Regem & FRIDERICUM Fratrem ita divisa, ut Rex in Schlesvicensibus acciperet Præfecturas Flensburg, Sonderburg, Nordburg, Apenrade, cum Insulâ Vemariâ, in Holsaticis, Præfecturas Segeberg, Rensburg, Hanau, & Haseldorf; Fridericus verò in Schlesvicens. Ducatu Gottorp, Hüsen, Strant, Tidersted, Tilenborg sive Stapelholmam, ac præterea præfecturas Tünndern & Hadersleben: In Holsatiâ Præfecturas Kilonienſem, cum Diœceſi Krü. Münſtr, Tritau, et Trembüng, cum Civitatibus Itzehoâ, Ploenâ, Oldenburgo, Neostadio; Cœnobia verò propter jura Venationum & Advocatiæ ita divisa, ut Segeberg, Rheinfeld, Arensbeck, Pretz & Rücloster Regi, Bordesholm, Cismar, Reinbek, Uetersen & Lemcloer Duci manerent; Cætera jura Ecclesiastica, ut & in Civitatem Hamburgensem, itemq; ordo Equestris in Schlesvicensibus et Holsaticis indivisa relinquerentur. Quod tamen divisionem iniquiorem arbitraretur Fridericus, Restitutionem a' fratre Johanne ejusq; filio Christierno seu Christiano II. frustrà petiit. Cum n. Ao 1522. intendisset Christianus, ut ab ipso in feudum conferretur, hancq; mutationem Fridericus Patruo obtrudere, & Holsatiæ omni cum Vandalicis civitatibus commercio interdicere vellet, nihil actum, atq; adeò secundo conoresu Fridericus ut sibi caveret monitus, interesse ipse noluit.

640 Interim Jutlandi conventu Viburgensi Christierno obsequium renunciantes Fridericum Regem creant qui Ao 1523. à Danis recipitur, ac post octimestrem obsidionem Hafniâ ac Malmoya potitur. Cum 1532 Christiernum Regem cepisset, facti rationem publico scripto edidit, & Anno 1553. Gottorpii ēptinctus in Schlesvicensi æde sepultus est. Religionem Evangelicam publicè prædicari fecit, Episcopos tamen non desiit adhuc tueri. Ipse libertatis Danicæ, imprimis apud Nobilitatem, auctor, cui tantum eis indulserit, ut singuli, dempto tantum nomine Comites aut Barones videri possent. Spectat. Ex priore Conjuge Annâ Johannis Marchionis Brandenburgensis filiâ Fridericus genuit Dorotheam, Alberto I. Duci Prussiæ nuptam, & Christianum III. Daniæ Regem, Friderici II. Patrem, Christiani IV. avum, Friderici III. Proavum & præsentis Regis Christiani V. abavum. Sed et hic Christianus III. lineam sevit Holsato-Sonderburgicam, quæ in Sonderburgensem, Norburgensem, Glücksburgensem & Ploenensem lineas divisa, de quibus singulâ lineâ regente Ducali agemus.

Ex alterâ Conjuge Sophiâ, Bogislai Pomeraniæ Ducis filiâ, geniti, Johannes senior, Adolphus & Fridericus, item Elisabetha, primò Magni postèà Ulrici Ducum Mecklenburgensium uxor, & Dorothea Christophoro Duci Mecklenburgensi nupta.

JOHANNES Senior propter Johannem Juniorem Sonderburgensem ita dictus, octennis ab Episcopis, ut sub eo ipsi potestate fruerentur, regno adversus Christianum destinatus erat; Haderslebia arcem à se

Flansburg dictam exstruxit. Mortuus est cœlebs Anno 1580. Scholarum & Ecclesiarum nutritor insignis.

FRIDERICUS Hildesheimensis & Schlesvicensis Episcopus, itemq; Coadjutor Bremensis Ao 1556 vivere desiit. De Adolpho qui Ducalem familiam propagavit, postea dicemus.

§. XL. Cæterum inter CHRISTIANUM III. Regem, Johannem Seniorem & Adolphum Fratres Schlesvicenſis & Holſaticus Ducatus hoc modo diviſi. Christianus in Schlesvicenſibus accepit Præfecturas Sonderburg & Norburg, item Rüdkloſter & Tündern, quæ conjuncta Principatum Sonderburgicum postea constituêre. Præterea præfecturam Flensburgenſem, & propter commodum transitum (Ufftogen nagst: hindi Oblagen) ſagum Hoyerbuck, inter Gottorpium & Kensburgum. In Holſaticis autem Præfecturas Tygelburg & Steinbürg, cum Wilstrenſibus, Crempenſibus agris (Den Wilſter hindi Crempermarſch) Civitatem Itzehoam: præterea Ploenam et Heiligen Hafen, ac deniq; cœnobia Tygelburg Reinfeld et Arendsbuck. Johannes Senior ex Schlesvicenſi Ducatu accepit Præfecturam Hadersleben & Törning, Præfecturam Tündern & huic vicinum Tömkloſter; ex Ducatu Holſaticæ Præfecturam Kendsburg, cui tres ex Ducatu Schlesvicenſi Præfecturæ, Gottorpienſis pagi, Tarpſtedt, Tenbuck, & Campen adjiciebantur, ac deniq; cœnobium Lundehoſen. Adolphus accipiebat in Schlesvicenſibus præfecturam & arcem Gottorp cum vico,

sodiè Civitate Husen, & Vicinis, uti vocant, Hardis, item Stapelholmam, provinciam Eidersbet, Præfecturam Hütten, Wittensee, Monkirch, & Præfecturam Apenrade; In Holsaticis, Præfecturã Kilonienſem, cum dioeceſi Newmünster, Trittonam & Oldenburgenſem cum Civitate Neüstad, & duobus Cœnobiis Cismar & Reinbeck, illo Oldenburgenſi Præfecturæ, hoc Trittovianæ vicino.

§. XLI. ADOLPHUS, qui Holſaticam Ducalem familiam propagavit, natus est Friderico I. Daniæ Regi A. 1526. Hic demerendæ Cæſaris gratiæ ipſi in Metenſi obſidione militavit. Ab hac expeditione rediens, vindicandæ Majorum injuriæ a primã adoleſcentiã cupidus Ditmarſos tentare in animo habebat, in quos A. 1548. a Carolo V. diplomate Friderici III. Imperatoris renovato novum jus acceperat, ſed fratre Rege adverſante conſilium effectu caruit. Anno 1556. ante Friderici fratris periculoſè ægrotantis obitum ſe coadjutorem et ſucceſſorem ab eo in Schleſvicenſi Epiſcopatu eligi curat, eamq; electionem a collegio ratam haberi certis conditionibus impetrat, quas ſe ſervaturum literis ſolennibus pollicetur. Vid. Chytræi Sax. lib. 18. p. 489. Anno 1559. Chriſtiano III. Rege mortuo, antequam Fridericus II. Rex deſignatus inauguraretur, inſcio eo, primum et fratre ſuo Johanne cuncta ad bellum Ditmarſicum neceſſaria ſummo ſilentio comparat, ac eos deinde in ſocietatem belli trahit. Itaq; Ao 1559.

Johanne

Johanne Rantzovio Duce, conjunctis viribus Ditmar-
sia petitur, plura loca simul oppugnantur, &
tandem quinto praelio, non tamen sinè sanguine
Adolphō quoq; ipso vulnerato, Ditmarsi domantur.
Victoriæ conditiones hæ fuere: ut culpam deprea-
rentur superstites; Praefectis Principum posthac
parerent, in singula jugera quotannis florenū
penderent, instrumenta bellica omnia traderent &c.
Accuratè bellum hoc Ditmarsicum scripsit Chri-
stianus Cilicius, sub quo nomine Johannem Ran-
zovium latere ex Thuano colligo, qui & ipse lib.
22. satis prolixè hanc Historiam pertractat.
Breviter eam tradit Chytræus initio lib. 20.
Saxoniæ devictæ. Igitur Ditmarsia in tres
æquales portiones ita distincta, ut Fridericus
Australem partem praefecturæ Steinbergensi
viciniam, Johannes' mediam Rendesburgensi Praefe-
cturæ viciniam, Adolphus Septentrionalem
à Gottorpiensi praefectura non multum semotam
impetrarent.

Anno 1563. Adolphus suasu Cancellarii Tracigeri
literas Collegio Schlesvicensi antè septennium
datas, veluti iniquas et Majestati Principis in-
dignas repetiit, quas cum fronte non traderent
et in aliis Adolpho adversarentur, tres Senio-
capti, novæq; literæ compositæ sunt Vid. Chytr. l. 18. p. 489.

Anno 1572. Adolphus Philippo II. Regi Hispaniæ
in Belgio militavit Vid. Chytr. lib. 23. p. 616.

Anno 1579. De Schlesvicensi Ducatu inter Regem

644 et Duces diuturna controversia tandem sopita, & Feudum segventi anno à Friderico II. Rege Johanni Seniori, Adolpho, & Johanni Juniori solenni ritu commissum, vid. Chytr. l. 24. p. 665. & Dancwert. p. 64. Qvum Anno 1580. Johannes Senior Adolphi frater obiisset, ejusdem hereditas gravissimæ controversiæ inter Fridericum II. Regem & Adolphum causa fuit, qvum Adolphus eam tanqvam Fratris Germani sibi soli vindicaret, Rex autem jus feudale et ita representationem urgeret. Qvæ lis composita interpositione Augusti Electoris Saxoniæ, & Wilhelmi Landgravii Hassiæ, ut sola mobilia præcipua haberet Adolphus, ex regionum divisione præter partem Ditmarsiæ in Schlesvicensi Ducatu præfecturam Tündern & Lemelöster, item Nordstrandiam & Vöneram Insulas, in Holsatiâ autem cœnobium Bordesholm acciperet; Rex verò supra partem Ditmarsiæ, ex Schlesvicensibus Præfecturam Hadersleben & Dörning, ex Holsaticis Rendesburgensem præfecturam impetraret. vid. Dancwert. p. 5. & 64. Et ab eo tempore nova divisio Ducatuum invaluit. Rex autem Daniæ suam partem per Vicarios plerumq; regunt, in qvibus illustres fuere Johannes ejus filius Henricus, et nepos Henricus, ac nostrâ memoria Christianus Comes Rantzovii. Cancellaria, qvæ olim erat Flensburgi Glückstadium translata est.

Anno 1586. Adolphus Princeps fortis & magnanimus ex hac vitâ emigravit, ac tum Fridericus II. Daniæ Rex Schlesvicensem Episcopatum occupavit

& relaxavit

& relaxatis aliquantum Collegii Canonicorum molestiis et juribus pristinis magnâ ex parte restitutis, ipse per suos Praefectos Dioecesin deindè gubernavit. Adolphus autem ex Christinâ Philippi Hassiae Landgravii filia quatuor reliquit filios

I. Fridericum qui Anno 1587. obiit.
II. Philippum A. 1590. mortuum.
III. Johannem-Adolphum Successorem.
IV. Johannem-Fridericum Archi-Episcopum Bremensem & Episcopum Lübeccensem, qui annum hujus saeculi 34. attigit. Quintus Christianus ante Patrem decesserat Anno 1577. Quatuor etiam genuit filias: 1. Sophiam Johanni Duci Mecklenburg. nuptam. 2. Christinam Caroli Regis Sveciae uxorem Gustavi-Adolphi matrem. 3. Annam cum Johanne Adolpho fratre gemellam, Ennonis III. Comitis Ostfrisiae conjugem. 4. Agnesam, quae apud Sororem in Sveciâ obiit.

§. XLII. JOHANNES-ADOLPHUS cum Anna Sorore gemino partu Anno 1575. natus puer decennis eligitur Archi-Episcopus Bremensis, ei[us] certa sensi quotannis summa attribuitur donec reparatis Castris & praediis antè plures annos exspectoratis adultus ad gubernationem Dioeceseos admitteretur. Utramq[ue] Episcopam ab obitu Philippi fratri resignatis Successorem in iis accepit Johannem-Fridericum fratrem, ipse verò ductâ uxore Augustâ Friderici II. Daniae Regis filiâ, Ducatum Holsatiae cum laude rexit in Annum 1616. quo vitam cum morte commutavit. Reliquit 1. Fridericum, Successorem, 2. Adolphum, 3. Johannem.

Adolphus Coadjutor Lubeccensis, & Ferdinandi II. Camerarius, ejus auspicia secutus bello Austriaco 1626. Polonico 1629. Magdeburgensi 1631, cujus urbis expugnationem inter primos etiam adjuvit, eodemq; anno in prælio Lipsiensi vulneratus, et a' Rege Sveciæ captus vitâ excessit.

Johannes hic primus omissâ hereditariâ portione accepto Apanagio contentus Episcopus fuit Lubeccensis, & singulari prudentiâ œconomicâ non contemnendas opes collegit. Mortuus est anno 1655. Matrimonium ejus cum Juliâ-Felicitate, Julii Friderici Ducis Würtenbergici filia ob ejus ægritudinem incommodum fuit; sed, post Julium-Adolphum-Fridericum & Johannem-Julium-Fridericum, item Christian-Augustam-Sabinam brevis ævi Principes, suscepto Ao 1647. Johanne Augusto fœcundum. Is Studiorum causa Lipsiæ, Argentinæ & in Belgio commoratus, in tenerâ adhuc ætate indolem singularem ostendens, adultior factus, Episcopatu Lubeccensi ejectus, in ægritudinem animi incidit, hodieq; Eutini in custodiâ retinetur.

Filias etiam Johannes-Adolphus genuit sequentes:
1. Elisabetham-Sophiam, Augusti Saxo-Lauenburgici.
2. Dorotheam-Augustam, Joachimi Ernesti, Holsato-Plœnensis.
3. Hedwigem Augusti Palatini Sulzbachensis, Conjuges
4. Annam, cœlibem mortuam anno 1613.

§. XLIII. FRIDERICUS major natu filius Friderici Christiani IV. Regis Daniæ, & Patruo Johanne Friderico Archi-Episcopo Bremensi usus, Patri successit. Anno 1621 Friedrichstadium ab Arminiani

Belgis spassus est condi. Citò involutus bellis Cæsareanis, pacis causa ad Tillium profectus promissâ à partibus Regiis secessione, obtinuit ut tolerabilius sui tractarentur. Cum Ao 1640 Ultimus Schauenburgicorum Otto exstinctus esset, Friderico pars Pinnebergici Comitatus in Holsatiâ obtigit, sed indignante fratre Johanne Comiti Rantzovio vendidit. In bello Sveco-Danico neutras ferè partes sectatus, in pace Roschildensi superioritatem ratione Ducatus Schlesvicensis, et Præfecturam Svabstedium impetravit. Cum altera vice bellum recruduisset, neutralitatem à confœderatis, deditâ arce Gottorpiana magnoq; impendio coactus comparare, iisdem adhuc motibus durantibus Tönningæ, quo secesserat, obiit Ao 1659. Hic itinere Moscovitico-Persico ab ejusdem Legatis Crusio & Brugemanno instituto, notissimum inclaruit, cujus Historiam eleganti volumine scripsit Adamus Olearius. Mathematicis aliisq; artibus liberalibus deditus bibliothecam insignem instruxit Gottorpii & admirandæ magnitudinis globum, ut & alios spatiosos globos cœlestes et terrestres per Olearium confici curavit. Palodarii etiam Erckhusani exoticothaumejo (Kunstkammern) cœmpto, pluribus artis naturæq; varietatibus auxit.

Numerosam ex Mariâ-Elisabethâ Johannis Georgii Electoris Saxoniæ filiâ suscepit prolem, & Filii quidem illi fuere sequentes: 1. Johannes-Adolphus 1632. natus sequenti anno decessit. 2. Fridericus n. 1635. obiit Parisiis 1654. 3. Adolphus-Augustus natus & denatus 1637.

4. Johannes-Georgius natus 1638 designatus Episcopus Lubecensis in Italiâ vitam finivit A. 1655.
5. Christianus-Albertus, regens hodiè Princeps.
6. Augustus-Ulricus n. 1642. m. 1644.
7. Augustus-Fridericus n. 1646. postulatus Episcopus Lubecensis Svecicam militiam nuper secutus, ac iisdem cum fratre turbis ante paucas hebdomadas implicitus.
8. Adolphus cum Elisabeta-Sophia gemellg n. & m. 1647.

Filiæ ejusdem fuerunt sequentes: 1. Sophia-Augusta n. 1630. Johannis Anhaltini Conjux. 2. Magdalena Sybilla, n. 1631. Gustavo-Adolpho Duci Meklenburgensi nupta. 3. Maria-Elisabetha n. 1634. Ludovici Landgravii Hasso-Darmstatini Uxor. 4. Hedwig-Eleonora n. 1636. Carolo-Gustavo Regi Svecia juncta. 5. Anna Dorothea, nata 1640. 6. Christina-Sabina n. 1643. m. 1644. 7. Elisabetha-Sophia gemella cum Adolpho 1647. nata & demortua. 8. Augusta Maria n. 1649.

§. XLIV. CHRISTIANUS-ALBERTUS Dux

hodiè regens 13. Febr. 1641 natus, Patri Friderico flagrante adhuc sed brevi post compositio bello Svecico-Danico successit. Anno 1665. Kilonienſem Academiam condidit. Anno 1668. uxorem duxit Fridericam-Amaliam Friderici III. Daniæ Regis filiam, ex quâ jam nati aliquot liberi. Propter Burgicam successionem non modo cum Plönensi lineæ Ducibus, sed et cum Rege Daniæ turbis involutus. Antè aliquot hebdomadas à Rege Rendesburgi cum Consiliariis aliquantisper detentus rebus brevi compositis, receptoq; in munitis locis præsidiario militè regio, dimissus est. Hæc res ne majoribus motibus in posterum pandat januam, animitus voveo.

DE LINEA HOLSATO-SONDERBURGICA.

§. XLV. Hujus lineæ Conditor est JOHANNES ob Patruum Johannem dictus junior, Christiani III. Daniæ Regis filius 1545. natus, cui Frater Friderici II. huic Principatum, sed cum summâ imperii Holsatici, cum nobilitate et ordinibus nihil commercii habentem Ao 1567. commisit. Ex hoc deindè supra Sonderburgicum tres Principatus alii exiliis limitibus circumscripti prodierunt, Norburgicus sc. Glücksburgicus & Plœnensis.

Johannes autem Junior 1622. mortuus ex duabus uxoribus 23 suscepit liberos; Et ex Elisabetha quidem Ernesti Brunsvico-Grubenhagiaci filia genuit sequentes: 1. Dorotheam Friderico Lignicensi et Brigensi Duci nuptam. 2. Christianum, natum 1570. qui Arroam insulam inhabitans coelebs decessit 1633. 3. Ernestum, cum Augusto fratre in prælio Turcico ad Agriam (Erlau) occisum 1596. 4. Alexandrum Sonderburgicæ lineæ propagatorem. 5. Augustum, n. 1574. à Turcis, uti dictum, cæsum. 6. Mariam Abbatissam Schoënsem. 7. Johannem-Adolphum n. 1576. qui Norburgum inhabitavit, ubi mortuus A. 1624. 8. Annam, Bogislai XIII. Ducis Pomeraniæ uxorem. 9. Sophiam Philippo II. Duci Pomeraniæ nuptam. 10. Elisabetham, Bogislai XIV. ultimi Ducis Pomer. conjugem. 11. Fridericum Noeburgensis lineæ conditorem. 12. Margretam Johanni Kassovio-Dillinburgensi junctam. 13. Philippum Glücksburgensis lineæ fabrem. 14. Albertum n. 1585. mortuum Dresdæ 1613.

Ex alterâ autem Conjuge Agnete-Hedwig. Joachimi Ernesti Anhaltini filia Augusti Elect. Sax. viduâ nati sequentes:

15. Eleonora n. 1590. in coelibatu mortua.
16. Anna-Sabina Julio Friderico Duci Würtenbergico nupta
17. Johannes Georgius n. 1594. Tübingæ mortuus 1613.
18. Joachimus Ernestus, Plocensis lineæ conditor.
19. Dorothea-Sybilla nata & mortua 1597.
20. Dorothea-Maria nata 1599. mortua 1600.
21. Bernhardus natus & extinctus 1601.
22. Eleonora Sophia, Christiani Anhaltini Junioris conjux
23. Agnes-Magdalena nata 1607.

§. XLVI. Ex his Sonderburgicam lineam propagavit ALEXANDER natus 1573. mortuus 1627. Huic ex Dorotheâ Swartzburgicâ Johannis Guntheri filiâ nati 1. Johannes-Christianus successor. 2. Alexander-Henricus n. 1608. Hunc apostasiâ ad Pontificios, & indigno Matrimonio contracto notum tradit Spenerus p. 55.
3. Ernestus Günthérus natus 1609, qui Canonicus Bremensis & Locum-tenens Prætoriâ cohortis Christiani V. fuit. Spenerus eum ex Patrueli Augusta, Philippi sc. Holsato-Glücksburgici filiâ plurium librorum Patrem tradit, de quibus nondum certa licuit indagare.
4. Georgius Fridericus n. 1611. cœlebs mortuus.
5. Augustus, hic initio duarum Sororum Claræ & Sidoniæ Antonii Comitis Oldenburgici filiarum illius Anno 1647. hujus Anno 1650. mortuarum post Mariæ Sybillæ Kassovicæ Maritus, dui sub Hollandis stipendia fecit, & posteà Cæsari militavit in nupero bello Turcico ad Leventium strenuè se gessit.
6. Adolphus natus 1613. mortuus 1616.
7. Anna-Elisabetha n. 1615. m. 1616.

8. Wilhelmus-Antonius natus et epstinctus 1616.
9. Sophia-Catharina nata 1617. Antonio Guntheri Comiti Oldenburgico nupta 1634.
10. Eleonora-Sabina nata & mortua Anno 1619.
11. Philippus Ludovicus natus 1620. Ipse quoq; bis maritus & Generalis Vigilium Praefectus superioris bello apud Caesareanos fuit. Prima ejus Uxor fuit Catharina Christiani Comitis Waldeccciani filia, ex qua reperit Dorotheam Elisabetham, Georgii Ludovici Comitis a Sinzendorff Camerae Imperatoriae Praesidis filiam. Ex altera Anna Margaretha Friderici Hassiae Landgravii filia, nati 1. Fridericus, 2. Carolus-Ludovicus, 3. Wilhelmus. Christiana, 4. Sophia-Elisabetha 5. Eleonora-Margaretha. 6. Anna-Friderica. 7. Loysa

§. XLVII. JOHANNES-CHRISTIANUS Alexandri filius natus 1607. mortuus 1654. Ex Anna Antonii Comitis Oldenburgici filia eidem nati sequentes liberi:

1. Dorothea-Augusta nata Ao 1635.
2. Maria-Elisabetha.
3. Johannes-Fridericus n. 1639. m. 1649.
4. Christianus-Adolphus natus 1642.

Sonderburgicum hunc Principatum, ut & Norburgicum, partim propter debita Principum, partim aliis de causis occupavit Rex Daniae.

DE LINEA NORBURGICA.

§. XLIIX. Hæc à sede Norburg in Insula Alsen nomen habens in Friderico Johannis Junioris filio, Anno 1581 nato, 1658. mortuo, Johannis-Adolphi fratris successore cæpit. Huic FRIDERICO ex priore Conjuge Juliana Francisci Ducis Saxo-Lauenburgici filiâ, natus Johannes Bogislaus Ao 1629. Ex secundâ Eleonora, Rudolphi Anhaltini filiâ, geniti

1. Elisabetha-Juliana n. 1634. Antonio-Ulrico Duci Brunsvico-Luneb. juncta.
2. Dorothea-Hedwig nata 1636. Johannis-Friderici, Comitis Hohenloici uxor.
3. Christianus-Augustus n. 1639. Hic sub nomine Baronis Vindorfii cum Comite de Leske ad Portam Ottomannicam in solenni illâ Legatione profectus, plures postea Orientis terras lustravit.
4. Loysa-Amoena. n. 1642.
5. Rudolphus-Fridericus natus 1645.

DE LINEA GLÜKSBURGICA.

§. XLIX. Hæc à sede Glüxsburgo, quæ arx in locum Coenobii Ruhecloster successit (vid. Dancw. p. 202.) à Philippo Johannis junioris filio 1648. nato 1661. mortuo originem trahit.

PHILIPPUS ille ex Sophia-Hedwig Francisci II. Saxo-Lauenburgici filiâ, pater factus est sequentium liberorum.

1. Johannis, n. 1625. m. 1640.
2. Francisci-Philippi n. 1626. in Gallia mortui 1650.
3. CHRISTIANI, n. 1627. qui uxorem duxit Sybillam-Ursulam Augusti Ducis Brunsv. filiam.
4. Mariæ-Elisabethæ n. 1628. Georgio-Alberto Marchioni Brandeburgo-Culmbacensi nupta.
5. Caroli-Alberti, nati 1629. qui infans decessit.
6. Sophiæ-Hedwig n. 1630. quæ Mauritio Saxoniæ Duci juncta, in puerperio extincta 1652.
7. Adolphi n. 1631.
8. Augustæ n. 1633. Ernesto-Gunthero Duci Holsato Schauenburgico nupta.
9. Christianæ n. 1634. Conjugis Christiani Ducis Saxon.
10. DOROTHEÆ n. 1636. ab obitu prioris mariti Christiani Ludovici D. Br. & Lun. Friderico-Wilhelmo Electori Brandenburg. nupta.
11. Magdalenæ Sybillæ n. 1639. m. 1640.
12. Hedewigis n. 1640.
13. Annæ-Sabinæ n. 1641. m. 1642.
14. Annæ n. 1643. m. 1644.

DE LINEA PLOENENSI.

§. L. Hanc lineam, qvæ à Ploenâ sede in Wagria sitâ, nomen habet condidit Joachimus-Ernestus, Johannis Junioris ex altero matrimonio filius 1595. natus, Dorotheæ-Augustæ, Johannis Adolphi Holsatiæ Ducis regentis filiæ maritus.

Huic JOACHIMO-ERNESTO nati sunt sequentes liberi:

1. Johannes-Adolphus n. 1634. qvi uxorem duxit Loysam Amoenam Friderici Norburgensis Patrui filiam: qvâ mortuâ, junctus est Dorotheæ-Sophiæ Brunsvicensi.

2. Augustus Gubernator Magdeburgicus, Elisabethæ Carolæ Anhaltinæ maritus.

3. Ernestina nata 1636.

4. Joachimus-Ernestus n. 1637. prælio ad Sernesium captus 1674. sed sequenti anno libertati restitutus.

5. Georgius-Bernhardus n. 1639. m. 1676.

6. Agnesa-Hedwig nata 1640.

7. Carolus-Henricus natus 1642. Viennæ repentinâ morte non sine veneni suspicione sublatus 1655.

8. Sophia Eleonora nata 1644.

§. LI. Qvia verò hic ipse Dux Joachimus Ernestus attigit obitum Antonii-Guntheri ultimi Comitis Oldenburgici, tum ipse, tum postea filii ejus hereditatem illam sibi præ regente Ducali lineâ vindicare cœperunt, ac causam qvoq; in Judicio aulico Cæsareo obtinuerunt. An Jure ibaq; ose Regis

Daniæ eam, qvo pridem convenerunt, partem harum ditionum, an pecuniam, an alias in Holsatiâ præfecturas accepturi sint, brevi forte docebimur. Cæterum qvoniam hæc controversia variis ultro citroq; scriptis acta, qvæ ego his hactenus indagare licuit, ad calcem hujus Holsaticæ Historiæ hic recensebimus.

1. Fürstliche Refutation derjenigen so von seiten des fürstl. Hauses Holstein Gottorp in so den Oldenburg und Delmenhorst ertragen der Succession contra das fürstl. Hauß Holstein Plön und Consortes bißhero vorgebraucht worden.

2. Anmerkungen über die falsche in der sogenanten Kürtzen recapitulation enthaltene relation von denjenigen, so neulengst zu Copenhagen bey der dortigen Ihrer Königl. May. zu Dennemarck Gebrüder seine fürstl. durchl. Hr. Hertzog Christian Holstein Plön gehaltenen Vorgang staffiret seyn solle.

3. Kurtze brandenburgische Erinnerung so vor das fürstl. Hauß Holstein-Gottorp in sso Successionis Oldenburgicæ in der Recapitulation angeführet worden.

4. Oldenburg- und Delmenhorstische Successions-Sache Summarischer Inhalt vorgestellet.

5. Defension-Schrifft des Hauses Plön, worinnen verschiedene Puncta, dessen Autor die Königl. Dennemarckische u. fürstl. Gottorpische seine Zeitlang auf die fürstl. Plönische landen ratione Superioritatis & Juris Collectandi mißbräuchlich gemachte prætensiones zu justificiren sich vergeblich unternommen hat.

656

6. Summarische Information sambt ein gehörigen Responsis, worauß zu sehen, daß so lange jemand auß den regierenden Holstein-Gottorpischen Linie übrig ist, das fürstl. Hauß Holstein-Plön mit seinem recht zu der Grafschafft Oldenburg und Delmenhorst gelangen könne.

7. Vera & succincta deductio facti in Causa Successionis Oldenburgicæ.

8. Annotationes über einen unlängst in Druck publicirten Kürtzen, aber unrichtigen Bericht, wie es mit der Gräfl. Oldenbl. Succession beschaffen, betreffend die Kayserl. für das Hauß Plön gesuchte Definitiv-Sentenz.

9. Abgenöthigte Widerlegung solcher Annotationen.

10. Kürtzter, aber gründlicher Bericht, wie es mit der Gräfl. Oldenbl. Succession eine eigentliche Bewandnüß habe.

11. Epistola Amici ad Amicum, die Oldenburgische Succession und darin gegen Gottorp eingeführte Kayserl. Usurpation betreffend. etc.

CAPVT XV. DE

HISTORIA LANDGRAVIORUM HASSIÆ.

§. I. Hassiæ Landgravios à Ducibus Brabantinis suam deducere originem confessæ veritatis est. Undè autem Brabantini illi Duces oriundi, nostrum nunc non est inquirere. vid. Spener. p. 108. seq.

§. II. Diu quidem Hassiæ Thüringiæq; Landgraviatus conjuncti fuere, donec Henricus Raspo dictus, Hermanni filius, Ludovici Ferrei nepos anno 1246. in Germaniæ Regem contra Friderici cum II. Electus, sive eodem, sive sequenti anno in obsidione Ulmæ sagittâ confossus, interiret. Hinc, cum masculi heredes nulli, inter Sophiam, fratre Henrici Ludovico genitam, Henrici II. Brabantini viduam, & Henricum illustrem, Missiæ Marchionem, Diderico & Jutta, Henrici Regis sorore natum, de successione oriebatur controversia. Henricus Matris jure et à Friderico II. accepta ex spectativâ nitebatur, à Thuringorum parte etiam vocabatur. Sophia Patris Ludovici jura post Patruum Henricum Rasponem in se recidisse causabatur, et ab Hassis quoq; et aliquibus Thuringis vocata, Henricum filium trimulum in provinciam adduxit 1248, sacramento ordines ad fidem suam adstringens. Vid.

658 Auctor de Landgr. Thur. c. 54. Lis initio dilata circa Annum 1654 ad arma venit, quæ per novennium gesta, ita tandem composita, ut Sophia receptis oppidis quibusdam et septem millibus marcarum Hassiæ Landgraviatu contenta renuncia-ret Thuringia, quæ ab hoc tempore in Misnia Marchionum potestate mansit. Inita tamen inter utramq; domum de mutua successione pacta hereditaria, quæ vocant Confraternitatis, postea à Rudolpho I. ac Sigismundo Imperatoribus confirmata.

§. III. Post Sophiam matrem Henricus I. infans Brabantinus Hassiæ præfuit, qui Paderbornensibus cum damno rejectis, Wernero Moguntino 1277. capto, ac nobilibus rebellibus castigatis, tandem ab Henrico primogenito vexatus, sed ab Adolpho Cæsare servatus; cum filium immorigerum ante se extinctum vidisset, mortuus est Anno 1308. relictis ex primâ Uxore Adelheid, Henrici Mirabilis Ducis Brunsvicensis filia Ottone & Ludovico, & ex Mechtilde Clivensi, Johanne, filiis.

§. IV. Hi tres inter se hereditatem ita sunt partiti, ut OTTO Principatum ad Lanum, JOHANNES Cassellas, LUDOVICUS Episcopus Monasterienſis Suæ sustentationi Marpurgum, haberent. Sed succedente religiosis OTTO qui Anno 1311. factâ constitutione Jus primogenituræ, et ut primo tantum Imperantis Domini titulus daretur, impetravit. Obiit 1326. Susceptis ex Adelheide Comitis Ravensbergensis Henrico II. cognomento Ferreo, Ludovico, qui acceptâ arce Grebenstein dictus von Jüngsten Zu Grebenstein,

Hermanno

Hermanno, cui Nordek concessit, & Ottone Archi-Episcopo Magdeburgensi.

§. V. HENRICUS II. cognomento Ferreus sive Magnanimus, solus Paterni Principatus successor ad summam ætatem pervenit, & filios Henricum & Ottonem (hic quod in aulâ Comitis Clivensis inter Sagittarios vixit, cognomen Sagittarii tulit, ejus Comitis deindè factus gener) ante efferri conspicatus, hæredem habuit ex fratre Ludovico Nepotem Hermanni.

§. VI. HERMANNUS ille ob egestatem priùs à Parentibus Sacris destinatus, & jam Canonicq Magdeburgensis, auxilio Misnensium, cum quibus confraternitatem renovavit, Brunsvicensis Ducis (qui ob uxorem Juttam, Henrici Ferrei filiam successioni inhiabat,) hostiles conatus rejecit, Fratri autem Ottoni tantùm Grebenstein et Nordek concessit. mortuus est Anno 1413.

§. VII. Patri doctissimo successit LUDOVICUS cognomento mitis seu Pacificus, natus 1402, lite rarum omninò rudis, attamen non exigua in Imperio auctoritatis; quippè cui ab Alberti II. obitu Cæsarea dignitas oblata, quam accipere recusavit. Duodecennis à Burgundiæ Duce expulditur hæreditate Brabantiæ masculâ stirpe deficiente. Titulum Comitis Ligenhainæ & Kiddæ primus sumsit ultimo Comite Johanne 1354 exstincto, & contradicentibus licet Hohenlocicis possessionem adiit. Filii ejus ex Anna Friderici bellicosi Saxoniæ Electoris filiâ præter Friderieum primâ Juventâ mortuum, et Hermannum Archi-Episcopum Coloniensem, fuerunt Ludovicus III. successor, et Henricus.

Et hic quidem Henricus 1440. natus Marpurgensem ditionem accepit, siquidem instivantibus religiosis Fratribus Ludovicum ad divisionem adegit. Uxorem duxit Annam, Philippi Senioris, ultimi Comitis Catimelleboccensis filiam, cui sine masculâ prole extincto, in Comitatu hoc etiam successit. Hereditatem hanc 1483 moriens Wilhelmo III. Juniori vel Divite transmisit, qui in venatione equo lapsus improlis occubuit Ao 1500. Quum igitur Sorores Mechtild Johanni Duci Cliviæ et Elisabeta, Johanni Comiti Nassovio Dillenburgico nupta Catimelibocensia sibi deberi asererent, successionem solus sibi vindicavit Wilhelmus Medius, Ludovici III. filius.

§. VIII. LUDOVICUS III. dictus der Strengmüthige natus Anno 1428. Cassellas tenuit, Hermannum fratrem primò ad Hildesiensem Episcopatum frustrà conatus promovere eidem in adipiscendo Colonienſi Episcopatu adjutor, et contra rejectum à Canonicis Palatinum quique ejus causam tuebatur, Carolum Audacem, defensor fuit. Decessit 1471. relictis ex Mechtilde Ludovici Comitis Würtenbergici filia duobus Wilhelmis qui Senioris et Medii gessere cognomina.

§. IX. WILHELMUS Senior sive I. natus 1466. cum fratre sub Patrui Henrici tutelâ (quam hic non satis ex fide administrasse fertur) adolevit. Ex Palæstinâ redux accepto in Italiâ phthisi ad regimen redditus inhabilis, in Wilhelmo fratri cedere coactus est, retentâ Spangenbergâ & 1200 aureis annuis.

§. X. WILHELMUS medius seu II. natus 1468 in aulâ Würtenbergicâ educatus, inde ad Patruum

Hermannum Archiepiscopū missus est, ut sacris initiare-
tur. Haec vita cum displiceret, redux Provinciam
à Fratre dividi petit, impetrat eam rem Maximiliani
Regis Romani mandatum fratri asserit. Rebus pro
tempore compositis tandem 1493. pro Fratre per phil-
trum aegro regimen accepit. Accessit Ao 1500. Wil-
helmi furiosi hereditas, ut unus iterum totam obti-
neret Hassiam. Gessit cum Erico Brunsvicensi, cum
Palatinis, quibus nonnulla eripuit, bellis, demum 1509
mortuus, relictis ex Annā Meklenburgicā, Philippo
filio, & Elisabethā Johanni Saxoniae Ducī nupta.
Hoc igitur mortuo Wilhelmi Senioris Conjux Anna
Wilhelmi Brunsvicensis Ducis filia pro marito aegro
sperabat regimen obtinere posse, jamq; à nonnullis
Urbibus sacramentum impetraverat. Sed vis opposita
conatus inhibuit, ut Wormatiam ac demum Coloniam
fugere cogeretur Wilhelmus. Nam Maximilia-
nus Caesar ditiones Philippo adjudicans hoc tanti
adjunxit, ut Patruum in aulam receptum pro di-
gnitate aleret, qui dein 1515. relictis non nisi filia-
bus, obiit.

§. XI. PHILIPPUS Wilhelmi Medii filius, 1504
natus, cognomento Magnanimus, ex motibus ob tu-
telam suam, itemq; à Patrui uxore excitatis, ex bello
Sickingensi, ex repressis seditiosis rusticis, receptā
religione Evangelicā, fundatione Marpurgensis A-
cademiae, Packiano tumultu, restitutione Ulrici Ducis
Würtenbergici, compositione turbarum anabaptisticarū
Monasterii, victo captoq; Henrico Duce Brunsvicensi;
foedere bellog; Schmalcaldico, ac imprimis quingennali
captivitate, in gravi contra datam fidem devenerat,

ex liberatione, aliisq; pluribus rebus gestis, quarum pleni omnes Historici, ac imprimis Sekleidanus, Cyraeus, Thuanus, Hodlederus, celeberrimus est. Per compendium ejus Historiam tradit Spenerg p. 216. Obiit Anno 1567. Ex Margareta à Sala, praeter Margaretham Johanni Bernhardo Comiti Eberstei-nio nuptam plures suscepit filios, qui Comites Dicti dicti, sed omnes Coelibes mansere. Ex Christina Georgii Ducis Saxoniae filia, praeter Filias 1. Agnetem Mauritio Electori Saponiae, dein Johanni Friderico Medio Duci Saxoniae infelici, 2. Annam Wolfgango Comiti Palatino ad Rhenum, 3. Barbaram Georgio Duci Wirtenbergico, post Danieli Comiti Waldecciano. 4. Elisabetham Ludovico V. Electori Palatino. 5. Christinam Adolpho Duci Holsatiae nuptas, & Philippum Ludovicum in pueritia extinctum; reliquit quatuor filios, 1. Wilhelmum, Cassellanae Lineae Conditorem, 2. Ludovicum, 3. Philippum, 4. Georgium Darmstatina Lineae autorem.

§. XII. Inter hos quatuor Philippus Pater ita Provincias partitus, ut primogenitus semissem, nempe totum inferiorem Principatum & Comitatus Zigenheimii superiora, Ludovicus Principatum Hidanum, & Comitatum Niddanum, atq; ita quadrantem. Philippus dimidium quadrantis inferiorem sc. Comitatum Catthenellibocce[n]sem, Georgius itidem quadrantis dimidium, Superiorem nempe Comitatum Catthenellibocce[n]sem obtineret. Ex his Ludovicus, qui Marpurgi habitaverat religioni Lutheranae testamento caverat 1604. decessit, nullis ex Hedwige Christophori Würtenbergici Ducis filia et Mariâ Marchionissa relictis liberis. Philippus quoq; qui Reinfelsam incoluit, ductâ Annâ Elisabethâ Friderici III. Palatini filia 1582. impro[l]is decessit.

De Linea Hes

DE LINEA HASSO-CASSELLANA

§. XIII. WILHELMUS IV. Philippi Magnanimi Filius natus 1532. literis egregiè imbutus; Patre captivo administrationem orsus, multum laboravit, ut Pater libertati restitueret. Ab ejus obitu Cassellas maximè munivit, et, ut erat Architectonices peritus, multa alia in ditione de novo exstruxit, auxit, munivit, ornavit. Baronatum Plessiacum familiâ extincta 1571, quedam et ex Hoyensium Comitum, & demum 1583. dimidium Urbis & Praefecturae Schmalcaldicae ex Hennebergicâ hereditate obtinuit, Suisq; adjecit. Magnâ praeterea auctoritate polluit, & multas vicinorum Controversias expedivit. In religione olim ad formulam interimisticam se adigi non passus, postea libro concordiae non parum se opposuit. Decessit Anno 1592. Ex Sabina Christophori Ducis Würtenbergici filiâ, quae Patriae mater & Pauperum nutrix dicta complures genuit filias, ex quibus X. Anna-Maria Ludovico Comiti Nassovio, 2. Hedwig Ernesto Comiti Holsato-Schauenburgico 3. Christina, Johanni Ernesto Duci Saxoniae, nuptae; Reliquae autem, Elisabetha, Agnes Sabina, Juliana, Sidonia, Sophia, perindè ac Christianus filius aetate immaturâ decesserunt, superstite filio unico Mauritio.

§. XIV. MAURITIUS Princeps exquisitâ doctrinâ, et variarum linguarum accuratâ

notitiâ excellens, Summo Zelo reformatæ religioni
deditus fuit. Ei cum Hasso-Darmstatinâ de-
mo ob successionem Patrui Ludovici controversiâ
intercessit, multiz motus Marpurgi facti, cum
religio cui Ludovicus testamento additis dizis
sedulo caverat, mutaretur, & Theologi ortodoxi
ejicerentur. Anno 1599. unà cum Henrico
Julio, Duce Brunsvicensi de pellendis germanico
limite Hispanis consilia conjunxerat, conscriptis
in eum finem copiis; nec tamen res ex voto gesta
1603. primo foederi, quo unioni præludebatur,
tum ipsi unioni nomen dedit, sed postea inter
primos iterum cum Spinola pactus est. Ex eo
nova cum Ludovico patruali expostulatio, quod
Christiano Brunsvicensi Hassiam 1621 perrumpen-
ti favisse arqueretur. 1622 in causa Waldeccia-
ob Civitatem Corbacum adversus Mauritium a Fer-
dinando Cæsare pronunciatum. 1623. in Comitiis
Ratisbonensibus Cæsar Principatum Marpurgensem
jam diu inter Mauritium et Ludovicum Patruelem
controversum Ludovico attribuit, Mauritio, quod
testamentum Patrui violasset in omnes litis expen-
sas, et refusionem fructuum perceptorum conde-
mnato, Brachel. l. 2. p. 68. Eodem anno Tyllius
in Hassia hybernavit, inulto quidem Principe, sed
Ordinibus, quod integrum non esset obviis, indulgen-
tibus. Anno 1626 iterum Tyllius misso in Hispa-
niam Grönsfeldio, jubet Mauritium Cassellis obsidere,
nec aliter componi res potuit, quam ut Mauritius
translato in filium

in filium Wilhelmum regimine, sese quieti daret
vid. Brachel l. 3. p. 109. Hoc facto, demum Mau-
ritius satis concessit 1632. Ex primâ conjuge Agne
Johannis Georgii Comitis Solmensis filiâ, praeter
Elisabetham Johanni-Alberto Duci Mecklenburgen-
si nuptam, nati, Wilhelmus successor, Otto et Mau-
ritius. Et Otto quidem 1594 natus, Abbas Hirsch-
feldensis decessit 1617. nullâ ex duabus uxoribus
Catharinâ-Ursulâ, Georgii-Friderici Marchionis
Badensis filiâ, & Agnesâ-Magdalenâ, Joachimi
Ernesti Principis Anhaltini grata, relictâ prole
Mauritius verò 1600. natus, 1632 mortuus.
Ex secundâ uxore Juliana Johannis Medii, Co-
mitis Nassovio Dillenburgensis filiâ, nati
1. Philippus 2. Hermannus, 3. Fridericus,
4. Christianus. 5. Ernestus, 6 Philippus.
Et sequentes filiae: 1. Agnes nata 1606. Johanni
Casimiro, Principi Anhaltino nupta.
2. Juliana nata 1608. mortua 1628.
3. Sabina n. 1610. m.
4. Magdalena n. 1611. Erico-Adolpho Comiti Solmensi nupta.
5. Mauritia n. 1614. m. 1633.
6. Sophia, n. 1615. Philippo Comiti Lippiae juncta.
7. Christina n. 1626. m. 1626.
8. Elisabeth n. 1628. m. 1633.
Caeterum Philippus 1604 natus Christiano IV.
Daniae Regi militans in praelio ad Lutheram casu
occubuit 1626.
Hermannus natus 1607. Rhodenburgi habitans, nu-
lo ex duabus uxoribus, Sophiâ Julianâ, Christi-

ani Comitis Waldecciani filia, & Kunigunda Juliana Johannis Georgii Principis Anhaltini filia, masculo superstite 1658. extinctus est.

Fridericus 1617. natus, qui Eschwegam tenuit sub Carolo Gustavo Svecie Rege in Polonia stipendia faciens, in oppido Cöstin à Polonis frustulatim concisus est 1655. Ex Eleonora Catharina, Johannis Casimiri Palatini Bipontini filia, Caroli Gustavi Regis Svecie Sorore, suscepit 1. Margaretham 1647 natam et extinctam. 2. Christinam 1648. natam Ferdinando. Alberto Duci Brunsvicensi nuptam.

Christianus, natus 1622 vivendi finem fecit Anno 1640.

Ernestus natus 1623. cum pro Matre arma gereret, à Lambojo captus, dein 1651. cum Uxore Eleonora Maria, Philippi Reinhardi Comitis Solmensis filia, Religionem Pontificiam amplexus est Coloniæ. Brachy ex scriptis cum Wipando Jesuita agitavit. Duas habet filios, Wilhelmum 1648 natum, qui 1669. uxorem duxit Mariam Annam, Ferdinandi Caroli Comitis Lowensteinio Wertheimiani filiam, & Carolum Philippum 1627. natus, mortuus est 1629.

§. XV. WILHELMUS V.

à suis Constans dictus natus 1602 post Ottonem fratrem primo Hirschfeldam tenuit, indè à Patre traditam regimen 1627. suscepit, quo et cum fratribus de Arenapio, indè cum Darmstatinis de causse Marpurgensi transegit. Cum verò hæc domus

varia pertulisset á Cæsareo milite, per Legatu
Rex Sveciæ, qui vix Germaniam ingressus erat sal
tatus ac invocatus, fœdusq; certis conditionibus iotu
quod utrinq; confirmatum. Spen. p. 690. Ex Lipsi
ensi conventu cui 1631. aderat, ipsum abstraxit
Fuggerus in Hassiam á Tyllio missus. Post
Lipsiense felix prælium Regi suas junxit copias,
qua Rege ad Lucam occiso, varia egere. Pace
Pragensi 1635. penè solus in Germaniâ noluit
comprehendi, vid. Brach. l. 5. p. 249. & repentinâ
expeditione Hanoviam á Cæsareis ad extrema
penè redactam, liberavit, vid. Brach. l. 5. p. 255.
nec desiit posteà quoq; partes eas contra Cæsa-
rem tueri, donec 1638. in Frisiâ morerentur.
Ex Amelia Elisabetha, Philippi Comitis
Hannoviani filiâ genuit 1. Mauritium
natum et extinctum 1621. 2. Wilhelmum na
tum 1625. mortuum 1626. 3. Wilhelmum VI.
Successorem. 4. Philippum natum 1630. m. 1637.
5. Adolphum natum 1631. mortuum 1632.
6. Carolum natum 1633. m. 1635.
Et sequentes Filias:
1. Agnes natam 1620 mortuam 1626
2. Elisabetham n. 1623. m. 1624.
3. Ameliam n. 1626. Ludovico Duci Tremolli-
ano Principi de Tarante nuptam.
4. Charlottam, n. 1627 Carolo Ludovico Elect.
Palatino junctam, & ab eodem disjunctam.

5. Elisabetham natam a 634.
6. Ludovicam natam a 636 m. a 638.

§. XVI. A Morte autem Mariti Wilhelmi V. Amelia-Elisabetha Vidua, Virilis animi Princeps & Seculi nostri Hervina bellum anti-Caesareanū fortiter ac feliciter prosegvebatur, ejusq; copiae nonnunqvam cum Lunebvrgicis simul, aliqvando separatim egere. Imprimus duae Clades Lamboi a 642 in agro Cempensi (vid. Brach. l. 6. p. 295.) et a 648 ad Grevenbruggam ejus auspiciis Eberstei-nii & Geisii ductu illatae (vid. Brach. l. 6. p. 341.) celebres sunt. Tum a 645. Marpurgensi contra versiā resumtā, ad versus Darmstatinos bellum gessit. Haec acta nomine filii, qvi Wilhelmus VI. dictus a 626. natus à Matre administrationem suscepit. Huic WILHELMO VI. pace Ger-manicā Abbatiā Hirschfeldensis, & Jus directi ac utilis dominii in Praefecturas Schauenburg, Bück-burg, Stadhagen, et Saxenhagen ex hereditate Schauenburgicā Episcopatui Mindano ante hac asserta et adjudicata concedebantur. Tum pro satisfactione ex Archi-Episcopatibus Moguntino et Coloniensi Episcopatibus item Paderbornensi, Monasteriensi, & Abbatiā Fuldensi Species cen-tena millia Imperialium soluta. Ulterius qvae inter utramq; domum Hassiacam ex arbitrio Ernesti Saxoniae Ducis in causā Marpurgensi

inita transactio, qvâ Wilhelmo Marpurgensis ditio & Academia attributa, ut et alia Transactio cum Comitibus Waldeccensibus; ac porrò qvoq; Jus primogenitura in utraq; lineâ introductum, per hanc pacem diserte verbis confirmata sunt. Repentinâ morte hic Princeps sublatus est 1663 relictis ex Hedwige Sophiâ Georgii Wilhelmi Electoris Brandenburgensis filiâ 1. Wilhelmo, 2. Carolo 3. Philippo, 4. Georgio, ut et Charlotta 1650. nata, præsente Reginâ Daniæ, & Louisa qvæ 1652 nata sed sequenti anno obiit.

§. XVII. Ex his Wilhelmus primogenitus maxima spei Princeps natus 1651. peregratis Germaniâ, Belgio, Angliâ, ac Galliæ parte non exiguâ, Parisiis vivendi finem fecit 1670.

Georgius qvoq; natus 1657. ante paucas hebdomadas hoc ipso anno 1674. Genevæ mortuus est.

Adeoq; præter Philippum 1655. natum superest CAROLUS natus 1654, qvi sub tutelâ matris adolevit, ac licet jam annum ætatis 22. agat, nondum tamen regimen suscepit. Uxorem duxit Mariam Ameliam, Jacobi Ducis Curlandiæ filiam, Wilhelmi fratris demortui Sponsam Anno 1673.

DE LINEA HASSO-DARMSTATINA.

§ XIIX. Hac autorem habuit GEORGIUM filiorum Philippi Minimum 1547. natum, cui Pii cognomen à nonnullis tribuitur. Huic, ut supra diximus, ex hereditate Patris superior Cattimelleboccensis Comitatus obtigit. Obiit 1596. Duas habuit Uxores, priorem Magdalenam Bernhardi Comitis Lippiensis filiam, posteriorem Eleonoram Christophori Ducis Würtenbergici filiam, Joachimi Ernesti Principis Anhaltini viduam. Ex hac non nisi unicus filius Henricus 1590. natus abortivus obiit. Ex priori, nati 1. Philippus-Wilhelmus 1576 natus, eodem anno mortuus.

2. Ludovicus V. Successor.

3. Philippus 1581. natus, qui Buxbaci habitans in balneo ambustus, miserâ morte interiit 1643. nullâ ex Margarethâ Friderici Comitis Diepholtiani, nec ex Christinâ-Sophiâ Erronis III. Comitis Ostfrisiæ filiâ, conjugibus relicta prole.

4. Fridericus Homburgiana lineæ auctor, de qua infrà regente separatim agemus.

5. Johannes natus & mortuus 1587.

Ut & sequentes filiæ: 1. Christina, Friderico-Magno, Comiti in Erpach,

2. Elisabetha Johanni Casimiro Comiti Nassovio Sarbruccensi nupta.

3. Mariâ-Hedwig nata 1580. mortua 1582.

4. Anna Alberto Ottoni Comiti Solmensi juncta.

5. Magdalena n. e. m. 1586.

§. XIX. LUDOVICUS V. 1577. natus, Patris Georgii post reditum ex itinere Successor, singulari in Cæsarem fide Fidelis cognomen obtinuit vid. Brach. l. 3. p. 117. Hic per pactum cum fratribus primogenituram pace Germanicâ posteà confirmatam in hanc quoq; lineam introduxit. Eidem ob hereditatem Ludovici Patrui cum Patruele Mauritio multa controversia, cumq; is Marpurgensem Academiam, secus ac à Ludovico cautum reformatis commisisset, novam Gissensem 1607. condidit. Idem durante regiminis tempore in Italiam & Hispaniam profectus à Pontifice et Rege in honore habitus est. Sgen. p. 693. Anno 1621. Unioni dissolvendæ cum Electore Moguntino arbiter fuit Brachel. l. 1. p. 35. 1622. à Mansfeldio captus Manheimium in custodiam mittitur Brach. l. 2. p. 95. Sed eodem anno occupato per Tyllium Manheimio liberatur. Eodem anno communi cum Saxone & Brandenburgensi suffragio translationem Electoratus in Bavarum, Palatini cum aliqvâ conditione restitutionem urgens, improbavit. Sgen. d. l. Brach. l. 2. p. 68. Idem tamen posteà ad placandum Saxoniæ Electorem missus, effecit, ut Saxo dein & Brandenburgensis in translationem consentirent, Brach. p. 69. Obiit 1626. Ex Magdalenâ Uxore, Johannis Georgii Electoris Brandenburgensis filia, relictis 1. Georgio V. Successore. 2. Johanne, qvi Breudacum incoluit militaris virtutis ac œconomicæ prudentiæ laude clarus, sed improlis vita functus 1651.

3. Henrico gvi 1629. Senis in Italia extinctus.
4. Friderico 1616. natv. Et hic quidem Friderici in Italico itinere Pontificiam religionem amplexus 1636. Melitensi Ordini operam addicens aliqvot expeditionibus laudem fortitudinis reportavit. Quamobrem ejus ordinis prior constitutus Heitersheimium accepit. 1654 Cardinalis creatus est, et ante paucos Annos Episcopus Vratislaviensis. Caesaris negotia, qvod ante hac negligentius factum, solicite in aula Romana promovit.

Porrò Ludovico fuerunt filiae sequentes, 1. Elisabetha Magdalena Ludovico Friderico Duci Wirtenbergensi nupta.
2. Anna Eleonora Georgio Duci Brunsv. nupta.
3. Maria nata 1602. mortua 1610.
4. Sophia-Agnes Johannis Friderici Palatini Sulzbac. uxor.
5. Juliana Ulrici Comitis Ost-Frisiae uxor.
6. Amalia nata 1607. m. 1617.
7. Hedwig nata 1613. m. 1616.

§. XX. GEORGIUS II. 1605. natus a Ferdinando Caesare privilegium impetravit, ut decimo octavo aetatis anno administrationis capax haberetur. 1627. de causa Marpurgensi cum agnatis transegit, sed postea Wilhelmi V. viduae eidem bellum movit, ac tandem 1648. per Ernestum Saxoniae Ducem transactio nona sequebris, qvae confirmata in pace Germanica. Anno 1661. repentina morte oppressus ex Sophia Eleonora Johannis Georgii Saxoniae Electoris filia suscep-

sorem reliqvit Ludovicum VI. & alium filium Georgium, & hic Anno 1632. natus à patre Ithe-
zam habitandam accepit, Svecorum auspiciis in bello Danico militavit: Dein Dorotheam Augustam Johannis Christiani Holsatiæ Ducis filiam duxit, qvâ amissâ, Alexandrinam Julianam Comitem Leuringensem conjugem allegit. Complures etiam Georgius II. genuit filios, 1. Magdalenam Sybillam n. 1631. m. 1651. 2. Sophiam Eleonoram natam 1634. Wilhelmo-Christophoro Landgravio Hasso-Homburgensi nuptam. 3. Elisabetham Amaliam n. 1635. qvæ Philippi Wilhelmi Palatini Neoburgici facta uxor, Pontificiæ religioni nomen dedit. 4. Ludovica-Christina, n. 1636. Christophoro Comiti Stolbergensi nupta. 5. Anna Maria, nata & denata 1637. 6. Anna Sophia n. 1638. 7. Amalia-Juliana n. & m. 1639. 8. Henrica-Dorothea n. 1641. Johannis Comitis Waldeccianæ uxor. 9. Johanna n. 1642. m. 1643. 10. Augusta Philippina nata 1643. 11. Agnes nata & demortua 1645. 12. Maria-Hedwig n. 1647. Bernhardo Duci Saxoniæ, Ernesti Pii filio, nupta.

§. XXI. LUDOVICUS VI. natus 1630 Princeps doctus, & Mathematicarum artium, imprimis Architectonices studiosus 1650. uxorem duxit Mariam Eleonoram Friderici Holsatiæ Ducis filiam, qvæ peperit ei 1. Magdalenam Sybillam qvæ dui in Svecia apud Reginam viduam vixit.

674 2. Sophiam Eleonoram natam & mortuam 1653.
3. Georgium natum 1654. mortuum 1655.
4. Mariam-Elisabetham natam 1656.
5. Augustam Magdalenam natam 1657.
6. Ludovicum natum 1658.
7. Fridericum natum 1659.
8. Sophiam-Mariam.

Priori Uxore defunctâ Elisabetham-Dorotheam Ernesti Pii Saxoniæ Ducis filiam duxit, ex quâ 1667. natus Ernestus Ludovicus.
2. Georgius n. 1669.
3. Sophia-Ludovica n. 1670.
4. Philippus n. 1671.
5. Henricus 1674

Antè biennium hujus Principis Provinciæ à milite Cæsareo & Brandenburgensi duriter sunt habitæ, quo nomine etiam Rex Sveciæ cum Electore expostulavit.

DE LINEA HASSO-HOMBURGENSI.

§. XXI. Hanc ex Hasso-Darmstattinâ natam coepit FRIDERICUS, Georgii Pii filius, a585. natus 1638. mortuus, cui ex Margaretha-Elisabeta Christophori Comitis Leiningensis filiâ nati 1. LUDOVICUS PHILIPPUS n. 1623. m. 1643.
2. Georgius, n. 1624. m. 1625.
3. WILHELMUS CHRISTOPHORUS Successor Patris.
4. GEORGIUS CHRISTIANUS, natus Anno 1626. Hispanorum, dein Gallorum auspicia in militiâ secutus, ac ad Romanam Ecclesiam transgressus, qui Friderici ab Alefeld nobilis Holsati viduam praedivitem duxit, multumq; negotii facessivit Christiano Alberto Holsatiae Duci, sed ab eo unice divertit.
5. Annam Margaretam, natam 1629. Philippo Ludovico Duci Holsatiae in Sunderburg nuptam.
6. Fridericum natum 1633. cui Sveciae Regi militanti ad Hasniam tormentarius globus pedem comminuit. Uxor illi fuit Margareta Brahea vidua Oxenstirnia, quae eidem non contemnendas opes, quibus Königsmarkia bona in Marchia, ac inprimis Welfelinga coëmta, attulit. Hac uxore demortuâ, Curlandicam duxit Principem Sororem Conjugis Caroli, Hasso-Casellani Landgravii.

§. XXII. WILHELMUS-CHRISTOPHORUS Friderici filius 1625. natus Birgenheimii haud procul Francofurto aulae sedem habet. Anno 1650 uxorem duxit Sophiam Eleonoram, Georgii Hassiae Landgravii filiam, ex quâ eidem nati

1. Fridericus. 1651. eodem anno demortuus.
2. Christina-Wilhelmina n. 1653.
3. Leopoldus Georgius n. 1654. m. 1674.
4. Fridericus, n. & m. 1655.
5. Wilhelmus n. & m. 1656.

Ab prioris uxoris obitu 1665. duxit Annam Elisabetham, Augusti Saxo-Lauenburgici filiam.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.